




**L. Apuleii Madaurensis philosophi Platonici quae quidem  
extare nouimus monimenta, quorum catalogum sequens  
exhibet pagella.**

<https://hdl.handle.net/1874/421421>





**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

X. oct.  
201















~~#7~~  
201.

Litterae Latinae  
Octavo n°. 201.





N 113. C.

... copio

... adde

... equo

... ad hoc

... tam

... qui

... q. i. q.

... magis

... non i

... a ma

... no ab

... illi

... r p b

... quod

... ubi

... dicit

... ad h

... serua

... abser

... ut

... hoc

... q. p.

... ten

... p. d.

... lib

... reg


... 1 sta

... mi

... hoc

... q.

...

 L. APV.  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO  
NICIQVAE QUIDEM  
EXTARENOVIMVVS  
*monimenta, quorum catalogum  
sequens exhibet  
pagella.*

*Ex dono Buchetii*

BASILEAE EXCVDEBAT  
HENRICVS PETRVS.





L. APVLEII MADAVRENSIS  
Platonici hoc encheridiolo con-  
tinentur lucubratio-  
nes, nempe:

|  |      |
|--|------|
| Metamorphoseôs, siue de Asino Aureo libri                  | XII. |
| Floridorum Libri   | III. |
| De dogmate Platonis Liber                                  | I.   |
| De philosophia Liber                                       | I.   |
| De deo Socratis Liber                                      | I.   |
| Apologiæ siue defensionis magiæ pro se ipso ora-<br>tiones | II.  |
| Postremò de mundo Liber                                    | I.   |

Adiecta sunt insuper uita autoris quantum ex scri-  
ptis eius colligere licet:  
Singulorum librorum Metamorphoseôn argu-  
menta.

# DIGNISSI

MIS ATQVE PRÆSTANTIS-  
SIMIS VIRIS D. MAVRITIO

Huteno, & Danieli Stibaro equitibus  
auratis, & Herbipolensis ecclesie ca-  
nonicis, bonarumq; literarum pa-  
tronis Albanus Torinus, S.



Quum superioribus annis Basileæ dege-  
retis splēdidissimi pariter & eruditif-  
simi equites Hutene ac Stibare, ita me  
uobis summa ingenij dexteritate, sua  
uissimo colloquio, & numerosioribus deniq; officijs  
deuinxistis, ut iam tum quoq; in animo meo uersari  
cœperim, qua nã uos re uicissim mihi deuinctos red-  
dere possem, ut qui hac parte mihi fortunatissimus  
uiderer, si taliũ tantorumq; uirorũ gratiã et bencuo-  
lentiam conciliatam auctiorem redderem. Quod  
hiscẽ tandem Saturnalibus (quæ uobis fausta & feli-  
cia cum omnibus uitæ temporibus opto) facere in-  
stitui. Mitto itaq; de prisco amicorũ ritu, strenulam  
paruã quidẽ et uestris meritis paruã dignã sed char-  
taccã, quãdo perbellẽ quadrare uidetur, ut literariũ  
scientissimis, literarum sitientissimus, munusculum  
quoque literarium offerat. Non quòd id satis puta-  
rim, quo uos mihi tales tantosq; uiros deuincirem

## EPISTOLA

uel magnificis saltē istis officijs (nam id nostra tenui-  
 tas, & curta domi supplex nunquā poterit) respon-  
 derem. Sed quod certo scirem uos non rei missæ pre-  
 cium tamē aestimare, quāti mittentis animū, <sup>Επιτομή</sup>  
<sup>Αυτῶν ἁπλῶς</sup> Non Hercle cupio me hac obligatione in  
 totum eiusmodi xeniolo liberare, sed arrabonem mo-  
 dō relinquere, donec iustum ac legitimum debitum  
 persolvere concedatur. Volui igitur hoc nomine, au-  
 spicijs ductūq; uestro felicissimo non minus moribus  
 spectabiles quā natalibus generosi equites, prodire  
 L. Apuleij Madaurensis philosophi Platonici ope-  
 ra emaculata satis & non paucis, quibus scatebat, mē  
 dis repurgata. Condidit is libros quidē cōplusculos,  
 qui temporum iniuria partim desyderātur: Partim  
 nobis huc usq; seruati sunt: ē quibus primus est, qui  
 inscribitur Asinus aureus, quem ex Luciano uertit  
 ac suum fecit, etsi Græcus & Latinus Asinus non  
 nullo discrimine dissideāt, ille succinctus, hic fusior,  
 Græcus uniformis, & summatim homines in asinum  
 & rursum asini in hominem metamorphosim præscri-  
 bit: Rhomanus uerō multiplex, & quā maxime ua-  
 ria supellectile locupletatus interseminatis identidē  
 in loco ac tempore amoenissimis fabellis, quibus in-  
 mirifice lectorem oblectat, tenet & amœnat. Pallia-  
 tus magiam primoribus tantum labijs, ut canis ē Ni-  
 lo

N V N C V P A T O R I A .

lo gustasse uidetur. Togatus uerò noster plenis fauibus corbitasse, adeò ut princeps Magorù crederetur. Quæ appellatione Chaldæi, & prisca homines, non ut uulgus putat, præstigiatōres, sed uiros sapientes nuncupant, & secretorù naturæ conscios. Quorù professionē Latimorù etiam nonnulli Magiã naturalem uocant, quæ apud ueteres in summa dignatione habita est. Nullus certè in Persia rerù gubernaculis præesse poterat, nisi Magicam artē caleret. Cæterù quia hæc res finibus suis nõ contenta, temporis progressu, in curiosam quandã imposturã est delapsa, cœpit honestissimæ artis uocabulũ probro esse. Sub huius porrhò metamorphoseôs in uolucro, naturã mortaliũ, moresq; humanos significare uidetur, homines uidelicet in asinos trãfigurari quũ uoluptatibus pecuinis immerfi, asinina stoliditate brutescũt, nihilq; rationis, uirtutisq; elucescit. Sic Lycaon etiã agon nimirũ ob immanitatẽ, immolato puero ad aram Lycaei Iouis in lupũ creditur trãfiguratus. Rursus autẽ effigiem humanã recipere, & ad rationalẽ statum redire, designat animũ uoluptatibus calcatis resipiscere, & in sese, ubi uerus homo est penitus descendere. Atq; ita fortassis Lycaon ille exacto decennio, posita saeuitia ad pristinum habitũ reuersus est. Pari modo, fari licet iu-

Consiliũ  
authoris.

EPIST. NVNCVPATORIA.

uenes beluinis uoluptatibus oppressos bruti specie  
 arcūfundi. Senescentes oculo mentis uigēte, homi-  
 nem induere. Secundus liber Floridorū, cui id no-  
 minis à uerbis florum instar interlucentibus, et à re-  
 bus florum in modū sese uariantibus est inditū, quæ  
 si uidebuntur ridicula, excusat ea inscriptio. Ter-  
 tius de Platōis dogmate inscribitur, in quo strictim  
 et p̄ capita, sapientiā Platoniciā, uelut in tabella qua  
 piā depinxit. Quartus est de ipsa philosophia, quē  
 si quis nocturna manu uersauerit atq; diurna, deū  
 immortalē, quā uberrimū unā cum ingenti illece-  
 bra fructum fecerit? Quintus de deo Socratis, cu-  
 ius testimonio Aurel. subinde utitur. Sextus Apo-  
 logias habet duas, aduersus calūniatores qui ei cri-  
 men Magicæ intenderāt, quibus se oratione ad un-  
 guem Oratoria defendit. Postremū Cosmographi-  
 am inscripsit, quem ex Aristotele pro suo uertit, in  
 quo cōtinetur ueluti totius naturæ pictura celorū,  
 elementorū, & earū rerū quæ in eis sunt. Hos oēs  
 picturatis uerbis, sententijs rerūq; Dædalea uarie-  
 tate, omnifariāq; doctrina ornauit, & si in Asino ru-  
 dit, in alijs magis sapit. Απολόγια igitur hoc qua-  
 lecunq; benigno animo suscipiatis egregia ueræ no-  
 bilitatis, decora, & eruditionis antistites. Valete.  
 Basileæ Calen. Ian. M. D. XXXIII.



VITA LVCII APVLEII  
SVMMATIM RELATA.



Lucio Apuleio Afro nobili Platonico, patria fuit Madaura, Romani Po. colonia olim splendidissima, & sub Syphacis dititione collocata, quæ in Numidiæ Getuliæq; confinio sita est. Ex quo Seminudam & Semigetulum semet ipse proficitur. Unde & Madaurensis Platonicus Sidonio dicitur. Pater nomine Theseus, cunctis in patria honoribus perfunctus. Mater nomine Salvia, inter fœminas probitate præcellens. Cuius nobilitas satis clara, utpote à Plutarcho illo inchyto Cheronensi, ac Sexto philosopho Plutarchi nepote deriuata. Uxor Pudentilla, opulentij, uirtutibusq;, quæ in fœminâ cadunt doctissimi. Ipse uerò succulentus, peritate, oculis cæcis. flauo capillitio speciosus. Floruit Carthagine sub Iuliano auito & Claudio maximo pconsulibus. Vbi pueritiam disciplinis liberalibus excoluit, plurimumq; sub doctoribus Carthaginensibus proficit. Unde haud immeritò sese Carthaginis alumnum gloriabundus prædicat, eamq; Africæ musam cælestē, & magistrā uenerabilē appellat. Deim Athenis unde oīm doctrinarū fluēta antiqtus hauriebantur

Pudētilla  
uxor Apa  
leij.



riebantur, ebibit musarum crateras multijugas, poeticae commenticiam, Geometriae lympidam, musicae dulcem. Dialecticae austerulam, uniuersae uero philosophiae nectaream. Nouemque musas, hoc est nouem disciplinas ingenuas magno studio nec casso sudore percoluit. Mox et Romae studiorum Latinorum cultor assiduus et uigilax, ad id facundiae Romanae fastigium peruenit, ut eloquentissimus, doctissimusque iuxta conspiceretur, posset meritisime Polyhistor, hoc est multiscius nuncupari, ibique sacris Osiridis iniciatus in numerum pastophororum, quod sacrosancti collegij nomen, cooptatus patrocinia forensia ex dei precepto libens obibat. Hic non minus eloquio pollens quam eruditione praepollens, negocium agens posteritatis non parum multa uolumina condidit, quae parim incuria temporum intercepta desyderantur, partim ad posteros transmissa affatim declarant quantum uir ille ingemo, doctrinaque praestiterit, quantumque inter barbaras atque incultas nationes uirtus elucescat. Sic et olim apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus, ex Apuleia opera. nis monumentis cum alia compluscula, tum de conuiualibus questionibus, de piscibus, de genitu animalium, et epigrammata, et hermagoras, desyderantur. Ex his uero quae hoc tempore extant, circumferuntur

Multiscius  
Apuleius.

Apuleij  
opera.

V I T A.

cumferuntur libelli quattuor Floridorū. In quibus florida facundia, & odorata eruditio, lectorem mirum in modum oblectat, tenet. amoenat. Vbi ueluti saltuatim uarietas rerum contexta conuifitur. Oratorias omnis uirtutes complectitur copiosissima & disertissima oratio, qua crimen magiæ ab aduersarijs obiectum à se alienum esse defendit, tantis eloquentiæ, doctrinæq; uiribus, ut semetipsum uicisse uideatur. Liber est unus de deo siue de dæmōio Socratis inscriptus, cuius testimoniū identidem citat Diuus Augustinus in definitione dæmonum, et descriptione hominum. De Dogmate Platonis libri duo. Vbi quæ à Platone pluribus uoluminibus dispersim lateq; explicantur, strictim & in anctum collecta miro breuiloquio perscribuntur. De cosmographia unus, non pauca continens ex Meteoris Aristotelicis. Dialogus trismegisti ab eodem latinitate donatus. Ita ut nō tam eleganter atticiffare, quàm latialiter diser-  
tare uideatur.

F I N I S.

4 5 ARGVS

HYPOTHESIS SIVE ARGV-  
MENTVM PRIMI LIBRI  
METAMORPHOSEON.

Lucius Apul. magicæ noscendæ cupiēs, Thessaliã  
petit, ubi artes magicæ pollebāt. In itinere duobus  
uiatoribus se tertiũ comitẽ adiũgt. Narratur intere  
undum mira quidã et incredunda de circulatorẽ, de  
Meroë & Panthia lamijs ac sagis. Mox accessus  
Lucij ad Hypatam ciuitatem, hospitiumq; Milonis  
& hospes ipse describitur. Fuit opimor operæpre-  
ciũ hæc carptim degustaſſe, ne illotis ( ut aiunt ) pe-  
bus lector ingrederetur, et ut tirocinũ scholastico  
rũ cõmodius instruertur, libuit aliquantũ euagari,  
et quodã quasi themate futuræ interpretatiõis ante  
loquo ista præmittere, sed iam tẽpus est, ut cũ come-  
mentarijs Beroaldi Apuleiũ curiosius inspicias, quẽ  
in uita philosophum in scriptis amatorem res ipsa  
demonſtrat, ut testatur Ausonius.

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

Dum Hyppatæ loca singula curiosius cõtempla-  
tur, Byrrhenã matronã opulentã recognoscit, sta-  
tuamq; in eius domo sãberrimẽ factam explicat. A-  
qus cõmonitus, ut ab uxore Milonis hospitis caueat  
perinde ac maxima magarũ, in ancillæ amorẽ pro-  
pensus

E L E N C. L I B. A P V L.

pensus labitur. Cum qua cōplexus & colluctationes ueneriæ referuntur. Cœnaticus Byrrhenæ apparatus describitur. Anibi inferuntur & fabellæ conuiuales licentiosiq; cabinnu cōstrepentes, mortui custodia. Custodis nares, auresq; pfectæ, mox regressio Lucij nocturna ad hospiciū, non sine sudore & cede, qua nō tam homicida factus est quā utricida.

A R G V M E N T V M T E R T I I L I B R I.

Exorto die magistratus cū ministris domū Apuleij petunt, cumq; tanquā homicidā in iudicium tradunt. Turba populi cōfluentis, & cuncta stipantis describitur, accusator homicidij reum agit. Reus in nocentiā suā tutatur. Causamq; agit argumētis oratoris. Inter hæc anus aduentat tanquā parens necatorum, quos iussu magistratus reuelat Lucius, ut res esse apparent. Exoritur cachinnus immodicus, & sic derisus celebrata cum hilaritate solemnia Phœtis causam docet facti utricidi. Mox adhibet Lucium spectatorē Pamphiles in auem se trāsfigurantis unguine magico delibuta, qui et ipse tali desiderio flammans, dum in bubonē gestit immutari per errorē pyxidis unguētariæ, in asinū trāsfiguratur. In calce latrociniale furtū refertur, quo asinus cū cæteris iumentis onustus gazis Milonis hospitis abducitur.

A R G V.

## E L E N C H V S

## ARGVMENTVM QVARTI LIBRI.

Demutatus in asinum Apulcius ærumnas laboriosas eloquenter enarrat, quas sub Asinina forma, humana mente retentis, peregrinatione multiplici perpeffus est. Interferuntur tempeffiuiter uarij latronum casus: describitur & ille qui effigie urse subiens instruxit apparatus gladiatorum. De industria inserit fabulam Psyche que & uoluptate, & eruditione etiam refertissima, cuius mysticus intellectus suo loco explicabitur aliàs.

## ARGVMENTVM QVIN. LIBRI.

Hic quintus liber continet Psyche domiciliũ, Cupidinis amorem, sororam Psyche uisitationem, earundem subsequitur inuidia, cuius impulsu Psyche credula maritum Cupidinem uulnusculo percussit. Ex quo deuoluta e culmine beatitatus sis ærumnosa, quam Venus infesta atrociter exagitat. Tandem post multiplices exhaustas ærumnas fit coniunx sui Cupidinis, nuptiæ celebratur in celo inter cælicolas.



LIBRORVM APVLEII.  
ARGVMENTVM SEXTI LIBRI.

Post anxiam disquisitionem, post Cereris suasi-  
onem, post Iunonis refragatiōem, Psyche ultronea  
Veneri sese offert. Veneris ascensus in cœlum &  
numinum imploratio describitur. Eiusq; in Psychē  
iussa imperiosissima memorantur, ut scilicet aceruū  
omnisfarie frugis granis sciugatis disponeret, ut  
Flaccū uelleris preciosi quæsitū afferret, ut liquorē  
stygiū urnula deferret, ut Proserpina pyxide forma-  
sitate repleta referret, quibus omnibus diuino ad-  
miniculo confectis nubit Psyche in concilio deorū  
Cupidini suo, celebranturq; in cœlo nuptiæ, ex quo  
matrimonio nascitur Voluptas.

ARGVMENTVM SEPTIMI LIB.

Quod Lucianus uno tantum uolumine comple-  
xus est, id Apuleius membratim digessit, pluribusq;  
uoluminibus latissimè euagatus explicauit, ne inter-  
pres alieni operis, sed conditor nouæ hystoriæ uide-  
retur, & ut rerū uarietate, quæ gratissima esse so-  
let lectores mulceret, caperet, oblectaret citra fas-  
tidium. Nunc itaq; exequemur ordinem destinatū,  
summatim argumentū proponatur huiusce septimi  
uolumi



uoluminis. Sub diluculum matutinus unus latro nū  
 reliquis collegijs renunciauit, quemadmodum illa  
 quæ contigerant in domo Milonis Hippatini latro  
 cinia & facinora infanda imputabantur L. Apuleio  
 & quòd nullus latronum super tanto scelere in si-  
 mulabatur, sed solus Apuleius omnis facinoris au-  
 tor fuisse credebatur, quoniam nusquam compare  
 bat, quæ audiens Apuleius in Asinum transforma-  
 tus secum querebatur, & medullitus ingemebat,  
 quòd pro insomne fons, pro innocēte nocentissimus  
 haberetur. Nec causam suam agere posset. Inferū  
 tur narraciuncule, festiuè agasonis improbitas &  
 fœmineæ fraudes graphicè describuntur.

#### ARGUMENTVM OCTAVI LIBRI.

Hoc uolumine nex mariti Charites miseranda,  
 exoculatio amatoris Thrasilli facta per Charitem.  
 Vltronea puellæ mors explicantur. Mutatio domi-  
 ni. Enarratio sacerdotum Deæ Syriæ luculenta, &  
 illorum spurcissimæ libidines. Flagra, dissectiõesq;  
 membrorum, fraudes ac decipula contacta conti-  
 nentur.

LIBRORVM APVLEII.  
ARGVMENTVM NONI LIBRI.

Hic nonus liber continet astum asini quo lanie nam euasit, sequitur alterum periculum quo rabiosus creditus, auxiliū aque potus acquisiuisse. Narratio fabellæ de scemina, maritū illudente, cuius amator sub specie emptoris in dolo se fessit. Sors captiosa Syriacorum sacerdotum, furtumq; deprehensum. Descriptio pistoriij operis, cui fuit mancipatus. Explicatio fabularum de adulterijs impudiciatq; sceminarum lepidissima, domini rursus mutatio a pistore ad hortulanum facta translatione. Dirum familiaria infortunium, hortulani in militem ab actor em insultatio, asini occultatio & prospectus.

ARGVMENTVM DECIMI LIBRI:

Hoc decimo libro continetur militis cum asino ad ciuitatem accessus, facinoris muliebris ob amoris incesum, infandumq; luculenta descriptio, asini duobus fratribus facta uenditio, quorum alter pistor erat, alter coquus. Mox fratrum ob asini furtuam rapinam abariam dissidium atq; contentio. Asini uita genitilis, & parasitica sub domino mitiore, eiusdemq; cum matrona amorabunda concubitus

ELENCHVS LIB. APVLEII

bitus, foeminae scelestae ad bestias damnatio, iudicij  
Paridis edictio, asini fuga ex spectaculo.

ARGVMENTVM VNDECIMI  
LIBRI.

Totus quidem Apuleius elegantia & eruditio  
ne plenus est, hic uero nouissimus liber inter omnes  
excellit: in quo dicuntur quaedam simpliciter, multa  
ex fide historica, plurima ex secretarijs philosophiae  
& religionis Aegyptiae de prompta. In principio  
eloquenter explicatur oratio, non asinalis, sed theo  
logica ad lunam, cuiusque luculenta descriptio, mox  
lunae ad Lucium beniuola institutio, pompae sacer  
dotalis copiosa & erudita descriptio. Ex asino in  
hominem pristinum deuoratis rosis facillima resor  
matio, religiosa sacris Isidis & Osiridis initiatio, ca  
stimoniarum abstinentia, altera ad lunam depreca  
tio, felix Romam uersus profectio, ubi sacris  
Romae iniatus in collegium pasto  
phorum allectus est.

L
A
P
V

LEII MADAVRENSIS  
 PHILOSOPHI PLATO-  
 NICI, DE ASINO AV-  
 REO LIBER  
 PRIMVS.



T ego tibi sermōe isto Milesio, † At  
 Varias fabellas conferam, atq;  
 aures tuas  
 Beniuolas, lepido susurro per-  
 mulccam.  
 Modo si papyrum Aegyptiā

Nilotici

Argutia calami inscriptam, non spreueris.  
 Figuras hominum in alias imagines  
 Conuersas, in se rursus nexu mutuo  
 Refectas ut mireris, hoc exordior.

Quis ille, paucis accipe. Hymettos Attica, &  
 Isthmos Ephirea, & Tenaros Spartiaca, glebae feli-  
 ces, eternum libris felicioribus credite, mea uetus  
 prosapia est. Ibi inquam in Atthide primis puerie  
 ei stipendijs merui. Mox in urbe Latia aduena stu-  
 diofum quiritium indigenam sermonem ærumnali  
A labore,

labore, nullo magistro præcunte aggressus exco-  
 lui. En ecce præfamur ueniam si quid exotici ac fo-  
 rensis sermonis rudis locutor offendero. iam hæc  
 quidem ipsa uocis immutatio desultoriæ scientiæ sti-  
 lo, quem accessimus, respondet. Fabulam Græciani-  
 cam incipimus, lector intende, lætaberis. Thessaliã  
 nam & illic originis maternæ nostræ fundamēta  
 à Plutarcho illo inclyto ac mox Sexto philosopho  
 nepote eius prodita, gloriã nobis faciūt, eam Thef-  
 saliam ex negotio petebam, postquã ardua montiũ  
 & lubrica uallium, & roscida cespitum, & glebo-  
 sa camporũ emersi me equo indigena palbo uehens,  
 iam eo quoq; admodum fesso, ut etiam fatigationẽ se-  
 dentariam incessus uegetatione<sup>†</sup> disacuterem, in pe-  
 des desilio, equi sudorem & frontem curiosè extri-  
 co, aureis remulceo, frænos detraho, in gradum le-  
 nem sensim prouecho, quo ad lassitudinis incommo-  
 dum alui solitum ac naturale præsidium eliquaret.  
 Ac dum is ientaculum ambulatorium, prætãq; præ-  
 erit, ore in latus detorto pronus allectat, duobus  
 comitum, qui sorte paululum processerant, tertium  
 me facio, & dum ascolto quid sermonis ageretur,  
 alter extorto cachinno Parce inquit in uerba ista,  
 hæc tam absurda tanquã immania mentiendo. Isto  
 suscepto, sitior alioqui nouitatis, imò uerò inquã im-  
 partito

† discute-  
 rem



partito sermone, nō quidem curiosum, sed qui uelim scire uel cuncta uel certē plurima, simul iug, quod insurgimus, asperitudinē fabularum lepida iucunditas leuigabit. At ille qui coeperat, nē inquit istud mendaciū tam uerū est, quā si qui uelit dicere, magico susurramine amnes agiles reuerſi, mare pi-grum colligari, uentos inanimes expirare, solē inhiberi, lunam despumari, stellas euelli, diem tolli, noctem teneri. Tunc ego in uerba fidentior, heus tu inquā, qui sermonem iecerat priorem, ne pigeat te uel tædeat reliqua pertexere. Et ad alium: Tu uerō erassis auribus, et obstinato corde, respicis, quæ forsitan uerē perhibeantur. Minus hercule calles prauiſsimis opinionibus ea putari mēdacia, quæ uel auditu noua uel uisu rudia uel certē supra captū, cogitationis ardua uidentur, quæ si paulō accuratius exploraris, nō modō cōpertu euidētia, uerū etiā factū facilia senties. Ego deniq; uespera dum pollente caſeate modico securius offulā grandiorē in cōuiuas emulos cōtruncare gestio, mollicie cibi glutinosi faucibus inherētis, et imagula spiritus detinētis minimo minus interij, et tamē Athenis proximo et ante poecilen porticiū isto gemino obtutu circulatorem aspexi equestrē spathā præacutam mucrone infesto deuorasse, ac mox eundē inuitamēto exiguae stipis uenatoriam lanceam, qua parte minatur exitium



in ima uiscera condidisse, & ecce ponè lanceæ fer-  
 rum, quæ bacillum inuersi teli ad occipitiũ, per in-  
 guinem subit, puer in molliciem decorus insurgit.  
 Inq; flexibus tortuosis eneruam & exossam saltatio-  
 nem explicat, cum omnium, qui aderamus, admira-  
 tione, diceres dei medici baculo, quod ramulis se-  
 mi amputatis noðosum gerit, serpentẽ generosum,  
 lubricis amplexibus inhaerere. Sed iam cædo tu so-  
 des, qui cœperas fabulam remetire. Ego tibi solus  
 hic pro isto credam, & quod ingressui primum fu-  
 erit stabulum, prandio participabo, hic tibi mercis  
 posita est. At ille istud quidem quod polliceris, equi  
 boniq; facio. Verum quod inchoaueram, porro ex-  
 ordiar. Sed tibi prius deierabo solem istum uiden-  
 tem, deum, me uera comperta memorare, ne & uos  
 ulterius dubitetis. si Thessaliam proximam ciuitatẽ  
 perueneritis, quod ibidem passim per ora populi  
 sermo iactetur, quæ palam gesta sunt, sed ut prius  
 noritis qui sim & cuius, & quo questu nũc eam,  
 audite. Aegiensis quidem sum, Aetneo melle uel ca-  
 seo et huiuscemodi cauponarũ mercibus per Thes-  
 saliam, Aetoliã, Bœotiam, ultro, citro, discurrens.  
 Comperto itaq; quod Hypatea, quæ ciuitas cuncte  
 Thessaliæ antepollet, eßet caseus recens, & sciti sa-  
 poris, admodum commodus precio distrahi, festi-

nus ad curri, id omne præstinaturus, sed ut fieri as-  
 solet, sinistro pede profectū me spes compendij fru-  
 strata est. omne enim pridie lupus negociator ma-  
 gnarius coëmerat. Ego igitur inefficaci celeritate  
 fatigatus, commodum uespera oriente, ad balneas  
 processeram. Ecce Socratem cōubernalem meum  
 conspicio, humi sedebat, scissili palliastro semami-  
 etus, penè alius lutore ac misera macie deforma-  
 tus, qualia solèt fortunæ deterrima, sicut es in triuijs  
 erogare, hunc talem, quanquàm necessariū & sum-  
 me agnitum, tamen dubita mente propius accessi.  
 Hemi inquam mi Socrates. quid istud? quæ faci-  
 es? quod flagitium? At uerè domus tuæ iam defletus  
 & conclamatus es, liberis tuis tutores iuridici pro-  
 uincialis decreto dati, uox præsolutis si raliibus offi-  
 cijs, luctu & mœrore diuturno deformata, diffictis  
 penè ad extremam captiuitatem oculis suis domus  
 infortunium nouarum nuptiarum gaudijs à suis sibi  
 parentibus hylare compellitur. At tu hic laruale si-  
 mulacrū, cum summo dedecore nostro uiseris. Ari-  
 stomene, inquit, ne tu fortunarū lubricas ambages,  
 & instabiles incursiones, & reciprocas uicissitudi-  
 nes ignoras? & cum dicto futili centuculo faciem  
 suam, iam dudum punicantem præ pudore obtexit,  
 ita ut ab umbilico pubetenus, cætera corporis re-  
 A 3 nudaret.

nudaret. Nec deniq; perpeffus ego tam miserū crumne spectaculum iniecta manu ut affurgat emtor.

At ille ut erat capite uelato, sine inquit fruatur diuinus trophæo fortuna, quod fixit ipsa, effice sequatur. Et simul unam ex duabus lacinijs meis exuo: cumq; properè uestio dicam, an ne contego? Et illico lauacro trado, quod unctui, quod tersui ipse præministrō, soriam enormem eluuiem operosè effrico. Probè curato, ad hospiciū lassus ipse fatigatum ægerrimè sustinens perduco, lectulo resoueo, cibosatio, poculo mitigo, fabulis permulceo. iam ad lubentia procliuis est sermonis & ioci, & scitum est cauillum. iam dicacitas tinnula, cum ille imo de pectore cruciabile suspirium ducēs, dextra seruiente frontem replaudens me miserum infit, qui dum uoluptatem gladiatorij spectaculi satis famigerabilis confector, in has crumnas incidi: nam ut scis optimè secundum quæstum Macedonia profectus, dum mense decimo ibidem attentus numatior reuertor, modico prius quàm Larissam accederem, pertransitum spectaculum obiturus, in quadam auia, & laciniosa cōualle, à uastij: imis latronibus obsessus, atq; omnibus priuatus, tandem euado & utpote ultimè affectus, ad quandam cauponam Meroën anum, sed admodum scitulam, deuorto,

eiq;

eiq; causas & peregrinationis diurnæ, & domui  
 tionis anxietatis, & spoliatiōis diurnæ, aperio. Et dum  
 miserè refero, quæ memini, illa me quæ humanè tra-  
 ctare adorta cœnæ gratæ atq; gratiæ. Ac mox  
 uirgine percita cubili suo applicat, & statim miser  
 ut cū illa acquieui, ab unico congressu anno iam ac-  
 pestilentē contraho, & ipsas etiā lacrimas, quas boni  
 latrones cōtegendo mihi concesserāt, in eā cōtulit,  
 operulas etiā quas adhuc uegetus saccariā faciēs me-  
 rebam, quo ad me ad istam faciē, quæ paulò antè ui-  
 disti bona uxor, & mala fortuna perduxit: Pol qui-  
 dem tu dignus inquā es extrema sustinere: si quid  
 est tamē nouissimo extremus, qui uoluptatē uener-  
 am & scortū scortēū lari & liberis prætulisti. At  
 ille digitū à pollice proximū ori suo admouēs, & in  
 stuporē attonitus: tace tace inquit. Et circūspiciens  
 tutamētā sermonis, paret inquit in fœminam diui-  
 nam, ne quam tibi lingua intemperante noxam con-  
 trahas. Ain tandem inquā potens illa & regina  
 caupona? quid mulieris est? Saga inquit, & diuini  
 potēs, cælum deponere, terram suspendere, fontes  
 durare, montes diluere, manes sublimare, deos in-  
 firmare, sydera extinguere, tartarū ipsum illumina-  
 re. † Oro te inquā, auleū tragicū dimoueto, & sipa † Et oro  
 rum scenicū cōplicato, & cedo uerbis cōmunibus. te inquā



Vis, inquit, unum uel alterum, imò plurima eius an  
 † efflicti dire facta? Nam, ut se ament † efflicti, non modò  
 ui incole, uerum etiã Indi uel Aethiopes utriq; uel ipsi  
 Antichithones, folia sunt artis & nugæ meræ, sed  
 quod in conspectu plurium perpetravit, audi. Ama  
 torem suum, quòd in aliam temerasset, unico uerbo  
 mutauit in firam castorem, quòd ea bestia captiui-  
 tati metuens, se ab insequentibus repræcissione ge-  
 nitalium liberat, ut illi quoq; simile, quod uenerem  
 habuit in aliam, proueniret. Cauponem quoq; uia-  
 num atq; ob id æmulum deformauit in ranam, &  
 nunc senex ille dolium innatans, uini sui aduentores  
 pristinos fœce submissus officiosis roncis raucus  
 appellat. Alium de fôro quidem, quòd aduersus  
 eam locutus esset, in arietem deformauit, & nunc  
 aries ille causas agit. Eadem amatoris sui uxorem,  
 quòd in eam dicaculè probrum dixerat, iam in sar-  
 cinam prægnationis obsepto utero, & repugnato  
 foetu perpetua prægnatione damnauit. Et ut cuncti  
 numerât octo annorum onere miscella illa uelut ele-  
 phantum paritura distenditur. Quæ quum subinde  
 ac multi nocerentur, publicitus indignatio percre-  
 buit, statutumq; est ut in eam die altera seuerissi-  
 mē saxorū iaculationibus uindicaretur. Quod con-  
 silium uirtutibus cantionum anteuenerit, & ut illa  
 Mædea

Mœdea unius diecule à Creonte impetratis inducijs, totam eius domum, filiamq; cum ipso sene, flam-  
 nus coronalibus deusserat. Sic hæc deuotionibus se-  
 pulchralibus in scrobem procuratis, ut mihi tenu-  
 lenta narrauit proximè, cunctos in suis sibi domi-  
 bus tanta numinum uolentia clausit, toto biduo, nõ  
 claustra perfringi, non fores, non deniq; parietes  
 ipsi quiuerint perforari, quo ad mutua hortatione  
 consonè clamarent, quàm sanctissimè deicrantes,  
 sese, neq; ei manus admolituros: & si qui aliud cogi-  
 tarent, salutare laturos subsidium, & sic illa propi-  
 ciata totam ciuitatem absoluit. At uerò cætus illius  
 autorem nocte intempesta, cum tota domo, id est, pa-  
 rietibus & ipso solo, & omni fundamento, ut erat  
 clausa, ad centesimum lapidem in aliam ciuitatem  
 summo uertice mōtis exasperati sitam, & ob id ad  
 aquas sterilem transtulit. Et quoniam densa inhabi-  
 tantium ædificia locum nouo hospiti non dabant,  
 ante portam proiecta domo disedit. Mira inquam,  
 nec minus seua mi Socrates memoras, deniq; mihi  
 quoq; nõ paruam incussisti sollicitudinem, imò uerò  
 formidinem iniecto nõ scrupulo, sed lancea: nequo  
 numinis † mysterio similiter usa, sermones istos no-  
 † ministr-  
 stros anus illa cognoscat. Itaq; maturius quieti nos rio  
 reponamus, & somno leuata lassitudine noctis ante



lucem aufugiamus istinc, quã putas longissimè. Hæc  
 adhuc me suadente insolita uinolentia ac diuturna  
 fatigatione pertentatus bonus Socrates iam sopi-  
 tus stertebat altius. Ego uerò adducta fore, pessu-  
 lisq; firmatis, grabatulo etiam ponè cardinem sup-  
 posito, & probè adgesto, super eum me recipio. Ac  
 primùm præ metu aliquantisper uigilo, dein circa  
 tertiã † uigiliam paululum conuico, commodum  
 quieueram, & repèit impulsu maiore, quã ut latro-  
 nes crederes, ianua † ressecantur, imò uerò si actis  
 & euulsis funditus cardinibus, prosternuntur. Graba-  
 tus alioqui breuiculus, & uno pede mutilus, ac pi-  
 tris, impetus tanti uiolentia prosternitur. Me quoq;  
 euolutum & excussum humi recidens, in inuersum  
 cooperit ac tegit. Tunc ego sensi naturaliter quos-  
 dam affectus in contrarium prouenire. Nam ut læ-  
 crymæ sepiculè de gaudio prodeunt: ita & in illo  
 ninio pauore risum nequiui continere de Aristoteli  
 testudo factus. Ac dum in infimum deiectus  
 obliquo aspectu, quid rei sit grabatuli sollertia mu-  
 nitus opperior, uideo mulieres duas altioris ætatis:  
 Lucernam lucidam gerebat una: spongiam & nu-  
 dum gladium altera. Hoc habitu Socratem bene  
 quietum circumstetere, inquit illa cum gladio, hic est  
 Endymion, soror Panthia, carus † Endymion, hic catamictus

† additur  
 fermè  
 alias  
 † reseran-  
 tur

† Endos=  
 mion

meus, qui diebus ac noctibus illudit et atulam meam,  
 hic qui meis amoribus subter habitis, non solum me  
 diffamat probris, verum etiam fugam instruit. At  
 ego scilicet Vlysi, astu deserta sum, & Calipsonis  
 eternam solitudinem flebo, & porrecta dextera,  
 meq; Panthia suae demonstrabo. At hic inquit bo-  
 nus consiliator Aristomenes, qui fugae huius autor  
 fugit, & nunc morti proximus, iam humi prostra-  
 tus, grabatulo succubans iacet, & hic omnia con-  
 spexit, impune se relaturum meas contumelias pu-  
 tat: saxo cum sero, imò statim, imò uerò iam nunc,  
 ut & praecedentis dicacitatis, & instantis curio-  
 sitatis poeniteat. Haec ego ut accepi sudore frigi-  
 do miser persuo, tremore uiscera quatior, succu-  
 susq; sum: adeò ut grabatulus etiam inquietus su-  
 per dorsum meum palpitando saltaret. At bona  
 Panthia: quin igitur inquit soror hunc primum  
 bacchatim discerpimus, uel mèbris eius destinatis  
 uirilia defecamus? Ad haec Meroë, sic enim reapse  
 nomen eius, quàm fabulis Socratis conuenire sentie-  
 bam, Imò ait supersit hic saltè, qui miselli huius cor-  
 pus parua contumulet humo. Et capite Socratis in  
 alterũ dimoto latus, per iugulum sinistrum, capulo  
 > tenuis gladiũ totũ, ei demergit, & sanguinis erupti-  
 onem uterculo admoto excipit diligenter, ut nulla  
 spilla

st: illa compareret usquam. Hæc ego meis oculis aspe-  
 xi, nam etiam ne quid demutaret, credo, à uicti-  
 mæ religione immulsa dextera, per uulnus illud ad  
 uiscera penitus cor miseri cõtubernalis mei Merocœ  
 bona scrutata protulit, cū ille impetu teli præscata  
 gula uocem, immò stridorem incertum per uulnus  
 effunderet, & spiritum rebulliret. Quod uulnus,  
 quàm maximè patebat spongia, effulciens Panthia:  
 Heus tu inquit spongia, caue in mari nata per flu-  
 men ne transcas, his æditis ab una remoto grabatu-  
 lo uaricus super faciem meam residentes uesticam  
 exonerant, quo ad me urimæ spurcicissimæ madore  
 perluerent. Commodum limen euaserant, & fores  
 ad pristinum statum integræ resurgunt, cardines  
 ad foramina resident, postes ad repagula redeunt,  
 ad claustra pessuli recurrunt. At ego ut eram etiã  
 num humi proiectus inanis, nudus, & frigidus, &  
 locio perliuus, quasi recēs utero matris æditus, imò  
 uerò semimortuus, uerùm etiam ipse mihi superui-  
 uens & posthumus, uel certè destinatæ iam cruci  
 candidatus, quid inquam de me fiet ubi iste iugula-  
 tus mane paruerit? Cui uidebor uerisimilia disse-  
 rentiæ † proferens uera? Proclamares saltē sup-  
 petiarum, si resistere uir tantus mulieri nequibas:  
 sub oculis tuis homo iugulatur, & sciles? Cur autem

† per se-  
 rens

te simile latrocinium non peremit? Cur seua crude-  
 litas uel propter iudicium sceleris arbitro peper-  
 cit? Ergo quoniam euasisti mortem, nunc illò redi.  
 Hæc identidem mecum replicabam, & noxibat in  
 diem, optimum itaq; factu uisum est, ante luculo fur-  
 tim euadere, & uiam licet trepido uestigio capere  
 fere summo sarcinulam meam, subdita clauis pectu  
 los reduco. At ille probe & fideles ianue, que sua  
 sponte deseratæ nocte fuerant, uix tandem et eger-  
 rimè tunc clauis sue crebra immessione patefiunt.  
 Et heus tu inquam ubi es, ualuas stabuli absolue, an-  
 te lucio uolo ire. Ianitor pone stabuli hostium humi  
 cubitans, & iam nunc semi somnus, quid tu, inquit,  
 ignoras latronibus infestari uias? quid hoc noctis <sup>† qui</sup>  
 iter incipis. Hem. & si tu alicuius facinoris tibi con-  
 scijs scilicet morti cupis, nos cucurbitæ caput non  
 habemus, ut pro te moriamur. Non longè inquam  
 lux abest, sed & præterea quid uiatori de summa  
 pauperie latrones auferre possunt? An ignoras  
 inepte, nudum nec à decem pallestritis te spoliari  
 posse? Ad hæc ille marcidus, & semisopitus in al-  
 terum latus euolutus, unde autem inquit scio ana-  
 coniectore illo tuo, cum quo sero deuerteras iugu-  
 lato, fugemandes præsidium? Illud horæ memori-  
 me terra debiscente ima tartara, inq; his canem  
 cerberum



cerberum prorsus esurientem mei prospexisse, ac  
 recordabar profecto bonam Meroën non miseri=  
 cordia iugulo meo pepercisse, sed seuitia cruci me  
 seruasit. In cubiculum itaq; reuersus, de genere tu=  
 multuario mortis mecum deliberabam. Sed cum nul=  
 lum aliud telum mortiferum fortuna, quam solum  
 mihi grabatulum subministraret, iam iam grabatu  
 le inquam anime meo charissimè, qui mecum tot eru=  
 mnis exanclasti, conscius & arbiter quæ nocte ge=  
 sta sunt, quem solum in meo reatu testem innocen=  
 tie citare possum, tu mihi ad inferos festinanti, sub=  
 ministra telum salutare. Et cum dicto, restim qua  
 erat intextus, aggredior expedire, ac tigillo quod  
 fenestra subditum altrinsecus prominebat, inie=  
 cta atq; obdita parte funiculi & altera firmiter in  
 nodum coacta ascenso grabatulo, ad exitium sub=  
 limatus, & misso capite laqueum induo, sed dum  
 pede altero fulcimentum, quo sustinebar repello,  
 ut ponderis deductu restis ad ingluuiem adstri=  
 cta, spiritus officia discluderet, repente, putris  
 alioqui & uetus funis disrumpitur. Atq; ego de  
 alto recidens, Socratem, nam iuxta me iacebat su  
 perruo, cumq; eo in terram deuoluor. Et ecce in  
 ipso momento, ianitor introrupit exerte clami=  
 tans; Vbi es tu, qui alta nocte innoquè festina=  
 bas.

Bas, & nunc stratis inuolutus? Ad hæc, nescio  
 an casu nostro, an illius absono clamore experre-  
 ctus Socrates exurgit prior, Et ne inquit † meri- † immeri-  
 to stabularios hos omnes hospites detestantur. to  
 Nam iste curiosus dum importunè irrumpit, cre-  
 do studio rapiendi aliquid, clamore uasto, marci-  
 dus alioqui me aliissimo somno excussit. Emergo  
 lætus atq; alacer, insperato gaudio perfusus, &  
 ecce † inquam ianitor fidelissime comes, & pa- † alij nos  
 ter meus & frater meus, quem nocte ebrius oc- † habent  
 cisum à me calumniabaris. Et cum dicto Socra-  
 tem deosculabar amplexus. At ille † olore alio- † odore  
 qui spurcissimi humoris percussus, quo me lamie  
 illæ infecerant, uehementer aspernatur. Apage-  
 te inquit fetorem extremæ latrinæ, & causas cœ-  
 pit huius † oloris comiter inquirere. At ego mi- † odoris  
 re afflictus ex tempore absurdo ioco, in alium ser-  
 monem intentionem eius denuo diruo: iniecta  
 dextera. Quin imus inquã, & itineris matutini gra-  
 tiam capimus? Sumo sarcinulam, & precio mansi-  
 onis stabulario per soluto capeessimus uia. Aliquan-  
 tum processeramus, & iam iubaris exortu cuncta  
 collustrantur, & ego euriosè sedulo arbitrabar iu-  
 gum comitis, qua parte gladiū delapsus uiderã, &  
 mecum uesane animo, qn poculis & uino sepultus ex-  
 tremis



tremasomniaſti. Ecce Socrates integer, ſanus, inco-  
 lumis, ubi uulnus? ſpongia ubi? poſtremo cicatrix  
 tam alta, tam recens? Et ad illum: Nō † merito in-  
 † immeri  
 † to  
 quam medicifidi cibo & crapula diſtintos ſeua &  
 grauia ſomniare autumant: mihi deniq; quod pocu-  
 lis ueſperi minus temperaui, nox acerba diras &  
 truces imagines obtulit, ut adhuc me credam cruo-  
 re eſſe humano aſperſum, atq; impiatum. Ad hæc  
 ille ſubridens: At tu inquit non ſanguine, ſed locio  
 perſuſus es: uerum tamen & ipſe per ſomnium iu-  
 † Nihil  
 † nam  
 gulari uiſus ſum † mihi: nam & iugulum iſtum do-  
 lui, & cor ipſum mihi auelli putauī, & nunc etiam  
 ſpiritu deſicio, & genua quatuor, & gradu titubo,  
 & aliqui t̄ cibus reſouendo ſpiritu deſidero. En  
 † a deſt  
 inquam paratum tibi † abeſt ientaculum, & cum  
 dicto manticam meam humero exuo. Caſeum cum  
 pane properè ei porriſſo, & iuxta platanum iſtam  
 reſidamus, animo quo factò et ipſe aliquid indidè ſu-  
 mo. Eumq; auidè eſitantem aſpiciens, aliquanto in-  
 teriore macie atq; pallore buxco deficientem ui-  
 deo, ſic deniq; eum uitalis color turbauerat, ut mi-  
 hi pro metu nocturnas etiam furias illas imaginan-  
 ti, fruſtulum panis, quod primum ſumpſeram, quã-  
 uis admodum modicum, medijs faucibus inhereret,  
 ac neq; deorſum demerare, neq; ſuſſum remerare poſ-  
 ſet,

set. Nam & beruitas ipsa comeantiū metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitū, alterū sine alterius noxa peremptū crederet? Verū ille ut satis de trūcauerat cibū, sūire impatienter cœperat. Nā & optimi casei bonam partem auidē deuorauerat & haud ita longē radices platani tlenis fluminis in spē <sup>Tlenis</sup> ciem placide paludis ignauius ibat, argento uel uitro æmulus in colorē. En inquam explere latice fontis lacteo. Adsurgit, & oppertus paululum planiorē ripæ marginem complicitus, in genua apponat se audus, adfectans poculum, nec dum satis extremis labijs summum aquæ rorem attigerat, & iugulo eius uulnus dehiscit in profundum patorem, & illa sponsia repente de eo deuoluitur, eamq; paruus admodum comitatur cruor. Deniq; corpus exanimatum in flumen penē corruerat, nisi ego altero eius pede retento, uix & ægrè ad ripam superiorē attraxi. Vbi desictum pro tempore comitem misellum arenose humo in amnis uiania sempiterna contexti, ipse trepidus & eximie metuens mihi, per diuersas & auias solitudines aufugi. Et quasi conscius mihi cedis humanae, relicta patria & lare, ultroneū exilium amplexus, nunc Aetoliam nouo contracto matrimonio colo. Hæc Aristomenes. At ille comes eius, qui statim initio obstinata incredulitate sermo-

nem

nem eius respuebat: Nihil (inquit) hac fabula fabuloso-  
 sus, nihil isto mendacio absurdius. Et ad me conuer-  
 sus: Tu autem (inquit) uir, ut habitus & habitudo de-  
 monstrat ornatus, accedis huic fabulae? Ego uero in-  
 quam nihil impossibile arbitror. sed utcumque fata de-  
 creuerint, ita cuncta mortalibus prouenire. Nam &  
 mihi et tibi et cunctis hominibus multa usu euenire  
 mira, & penè infecta, quae tamen ignaro relata fidē  
 perdant. Sed ego huic & credo hercules & gratas  
 gratias memini, quod lepidae fabulae festiuitate nos a-  
 uocauit, asperam denique ac prolixam uiam sine labo-  
 re & tadio euasi. Quod beneficium etiam illum ue-  
 ctore non meum credo letari, sine fatigatione sui me usque  
 ad istam ciuitatis portam, non dorso illius, sed meis  
 auribus prouectio. Is finis nobis & sermonis & iti-  
 neris communis fuit. Nam comites utrique ad uillulas  
 proximas leuorsum abiēre. Ego uero quod primū  
 ingressu stabulum conspicatus sum accessi, & de qua-  
 dam anu cupona illico percontor: Est ne inquam Hy-  
 tata hęc ciuitas? Annuuit. Nosse ne Milonem quendam  
 ē prioribus? Arrisit. Et uerē inquit primus istic per-  
 hibetur Milo, qui extra pomeriū & urbē totā colit.  
 Remoto inque ioco parens optima die oro et ciuitatis sit  
 et quibus diuersetur aedibus. Vidēs ne inquit extremas  
 fenestras quae foris urbem prospiciunt, & altrinsecus  
 fores

† Hytata

fores proximum respicientes angiportum? Imbi iste  
 Milo diuersatur ampliter nummatus, & longè opu-  
 lentus, uerùm extremæ auaritiæ, & sordis infimæ,  
 infamis homo, fœnus deniq; copiosum sub arrabone  
 auri & argenti crebriter exercens, exiguo lare in-  
 clusus, & erugini semper intenus, cum uxore etiam  
 calamitatis suæ comite habitat, neq; præter uniam pa-  
 sât anallulam & habitu mendicantis semper inædit  
 Ad hæc ego risu subijâo, benignè inquam & prospici-  
 cæ Demeas meus in me cõsultuit, qui peregrinaturũ  
 tali uiro cõaliavit, in cuius hospitiõ, nec fumi nec nido-  
 ris nebulã uererer. Et cũ dicto modico secus progres-  
 sus ostium accedo. Et ianuam firmèter oppessulatã  
 pulsare uocaliter incipio. Tandẽ adolescentula que-  
 dam proædens: Heus tu inquit, qui tam firmiter fo-  
 res uerberasti, sub qua specie mutuari cupis? An' tu  
 solusignoras, præter aurum argentiũq; nullum nos  
 pignus admittere? Meliora inquam ominare, & po-  
 tius responde, an intra ædes herum tuum offende-  
 rim? Planè inquit, sed quæ causa questionis huius. Li-  
 teras ei à Corinthio Demea scriptas ad eum reddo.  
 Dum annunão inquit hic ibidem oppriminor. Et  
 cũ dicto rursum foribus oppessulatis introcessit, mo-  
 dico deĩde regressa patefactis ædibus: Rogat te inq;

inutuli me; eumq; accubantẽ exiguo admodũ grabatu



lo, & commodum coenare incipientem inuenio. Aspi  
 debat pedes uxor: & mensa uacua posita, cuius mon  
 stratu. En inquit hospitium. Bene ego, & illico ei lit-  
 † prospe teras Demeæ trado. Quibus † properiter lectis, amo  
 riter inquit meum Demea, qui mihi tantum conalauit ho  
 spitem. Et cum dicto iubet uxorem decedere, utq; in  
 eius locum asideam, iubet, meq; etiamnum uerecun  
 dia contantē, abrepta lacinia detrahens, adside in=  
 quit istic. Nam præ metu latronū nulla est fibula, an  
 ne sufficentem supellectilem parare nobis licet? Feci  
 Et sic, ego te inquit etiam de ista corporis speciosa  
 habitudine, deq; hac uirginali proxus uerecundia  
 generosa stirpe proditum, & rectē, conijarem. Sed  
 meus Demeas eadem literis pronūciat, ergo breuita  
 tem gurgustoli nostri ne spernas peto, erit tibi adia  
 cens, & ecce illud cubiculum, honestum receptaculū,  
 fac libenter diuerseris in nostro. Nam & maiorem  
 domum dignatione tua feceris, & tibi specimē glo  
 riosum arrogaris: sis contentus lare paruolo, The=  
 sci illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris,  
 † Ales qui non est aspernatus † Hecales anus hospitium te=  
 nue. Et uocata anallula: Fortis inquit, sarānula hospi  
 tis susceptas cum fide cōde in illud cubiculum, ac si=  
 mul ex promptuario oleum unctui, & limea tersui,  
 & cetera huc eidem usui profer ocyter. Et hospitem  
 m cum

meum produc ad proximas balneas: s. nis arduo itinere atq; prolixo fatigatus est. His ego auditis, mores atq; parsimoniam ratiocinans Milonis, uolēs q; me arctius ei conciliare: Nihil inquam rerum istarum, quæ itineris ubiq; nos comitantur, indigemus. Sed & balneas facile percontabimur. Plane quod est mihi <sup>†</sup> summe præcipuū, equo qui me strenuè peruexit, fœuum atq; or deum acceptis istis numulis tu, Fotis enato. His actis, & rebus meis in illo cubiculo conditis, pergēs ipse ad balneas, ut prius aliquid nobis cibatum prospicerem, forum cupedinis peto. Inq; eo piscatum opiparem expositū uideo, et percontato precio, quod centum numis indicaret aspernatus XX denarios præstinaui. Inde me cōmodum egredientem continuatur Pythias condiscipulus apud Athenas, Atticus meus, qui me post aliquantum multum temporis amanter agnitus inuadit, amplexusq; ac comiter deosculatus: Mi Luci ait, sat pol diu est, quod interuissimus te. At hercules exinde è Vastio magistro digressi sumus. Quæ autē tibi causa peregrinationis huius? Crastino die scies inquam. Sed quid istud? uoti gaudeo. Nam & lixas & uirgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te uideo. Annonam curamus ait, & edilem gerimus, & siquid obsonare cupis, utiq; comolum dabimus.



dabimus. Abnucbam, quippe qui iam coenae affa-  
 tim piscatum prospexeramus. Sed enim Pythias ui-  
 sa sportula, succusq; in aspectum planiorem pisci-  
 bus: At has quisquillas quanti parasti? Vix inquam  
 piscatori extorsimus accipere XX denarios. Quo  
 audito statim adrepta dextra postliminio me in fo-  
 rum cupedimis reducens, † à quo inquit istorum nu-  
 gamenta hæc cõparasti? Demonstro seniculũ qui in  
 angulo sedebat. Quem confestim pro edilitatis im-  
 perio uoce asperissima increpās: Iam iam inquit, nec  
 amicis quidem nostris, uel omnino ullis hospitibus  
 parcitis? Quid tam magnis precijs pisces friuolos  
 † iudicatis † & florem Thessaliæ regionis, instar so-  
 litudinis, & scopuli † edulium caritate deducitis?  
 Sed non impune iam enim saxo scias, quæ admodum  
 sub meo magisterio mali debeant coherceri. Et pro-  
 fusa in medum sportula, iubet officialem suum insu-  
 per pisces ascendere, ac pedibus suis eo: obterere,  
 qua contentus morum sæueritudine, meus Pythias  
 mihi ut abirem suadens, sufficit mihi ô Luci inquit  
 seniculi tanta hæc contumelia. His actis, consterna-  
 tus, ac prorsus obstupidus, ad balneas me refero, pru-  
 dentis condiscipuli ualido consilio: & simul num-  
 mis priuatus & coena, lautusq; ad hospitium Milonis  
 ac dehinc cubiculum, me reporto. Et ecce Fotis an-  
 cilla,

cilla, rogat te inquit hospes, At ego iam inde Milo-  
nis abstinentiæ cognitor, excusavi comiter, quòd uix  
uexationem non cibo, sed somno censerem diluen-  
dam. Isto accepto pergit ipse, & iniecta dextra cle-  
menter me trahere adortur, Ac dum contortū mo-  
destè renitor: Non prius inquit discedam, quàm me  
sequaris. Et dictum iureiurando secutus, iam obsti-  
nationis suæ, me ingratis obedientem perducit ad  
illum suum grabatulum, & residenti, quã saluè agit  
inquit Demas noster, quid uxor, quid liberi, quid  
uernaculi? Narro singula, percunctatur accuratis-  
us causas etiam peregrinationis meæ, quas ubi pro-  
bè protuli, iam & de patria nostra, & eius primo-  
ribus, ac deniq; de ipso præside scrupulosissimè ex-  
plorans, ubi me post itineris tam sæui uexationem  
sentit, fabularum quoq; serie fatigatum, in uerba me-  
dia somnolentum desinere, ac nec quicquàm desin-  
ctum iam incerta uerborum salebra balbutire, tan-  
dem patitur cubitum ut concederem. Euaasi aliquan-  
do rancidi senis loquax, & famelicum conuiuium,  
somno nõ cibo grauatus, cœnatus solis fabulis, & in  
cubiculum reuersus exoptate me quieti reddidi.

L. APV.  
 LEI MADAVRENSIS  
 PHILOSOPHI PLATO-  
 NICI, DE ASINO AV-  
 REO LIBER  
 SECVNDVS.



**V**T primum nocte discussa, sol  
 nouus diem fecit, & somno si-  
 mul emersus & lectulo, anxi-  
 us alioquin, & nimis cupidus  
 cognoscendi, quæ rara, miraq;  
 sunt, reputanq; me media  
 Thessaliæ loca tenere, quo artis magicæ natua con-  
 tamina totius orbis consono ore celebrantur, fabu-  
 lamq; illam optimi comitis Aristomenis, de situ ciui-  
 tatis huius exortam, suspensus alioquin, & uoto si-  
 mul, & studio curiose singula considerabam. Nec  
 scit in illa ciuitate, quod aspiciens, id esse crederem,  
 quod esset, sed omnia prorsus ferali murmure in  
 aliam effigiem translata, ut & lapides quos offen-  
 derem, de homine duratos: & aueis, quas audirem,  
 indidem plumatas, & arbores quæ pomerium am-  
 birent, foliatas similiter, & fontanos latices de cor-  
 poribus

poribus humanis fluxos crederem. Iam stultas, & imagines incessuras, parietes locuturos, boues & id genus pecua dictura presagium de ipso uero caelo, & iubaris orbe, subito uenturum oraculum. Sic attonitus, imò uerò cruciabili desiderio stupidus, nullo quidem initio, uel omnino uestigio cupidinis meae repperito, cū ita circuibam, tamē dum in luxu nepotali simul hostiatim singula percerro, repente me necius forū cupidinis, intuli. Et ecce mulierem quāpiam frequēti stipatam famulatione, ibidem gradientem, adcelerato uestigio comprehendo. Aurū in gemmis, & in tunicis ibi inflexum, hic intextum matronam profertō confitebatur, huius adhaerebat lateri senex iam grauis in annis, qui ut primū me conspexit: Est inquit hercules hic Luciu. Et offert osculum, & statim incertum quidnam, in aurem mulieris obgannijt. † Qui inquit etiam uel ipsam parentem tuam accedis, & salutas? Vercor inquam ignotae mihi feminae. Et statim rubore suffusus, reiecto capite restitit. At illa obtutum in me conuersa: En inquit sanctissime Saluae matris generosa probitas, sed & caetero corporis exaequaliter ad regulā, quā diligenter aliquid adfigunt, sunt congruentia. Inenormus proceritas, succulenta gracilitas, rubor temperatus, flauum & in affectatum capillitium,

† Quin

oculi cæsi quidem, sed uigiles, & in aspectus micantes prorsus aquilinos, quoquò uersum floridus speciosus & immediatus incessus, & adiecit. Ego te  
 † o † Luci meis istis manibus educaui, quidni parentis  
 tue, nō modò sanguinis, uerùm alimoniarum etiam  
 † familia socia. Nam & † similia Plutarchi ambæ prognata  
 sumus, & eandem nutrice simul bibimus, & in ne-  
 † quàm xu germanitatis unâ coaluimus, nec aliud nos † præ-  
 ter dignitas discernit, quod clarissimas illa, ego pri-  
 uatas nuptias fecerimus. Ego sum Byrrhena illa, cuius  
 forte Sopiculè nomen inter tuos frequentatum  
 educatores retines. Accede itaq; hospitium fiducia,  
 imò uerò iam tuum proprium larem. Ad hæc ego  
 iam sermonis ipsius mora, rubore digesto: Absit in-  
 quam parens, ut Milonem hospitem, sine ulla que-  
 rela deseram. Sed planè quod officijs integris po-  
 test effici, curabo sedulo, quotiens itineris huius ra-  
 tio nascetur, nunquam erit, ut non apud te decur-  
 tar. Dum hunc & huiusmodi sermonem alterca-  
 mur, paucis admodum cōfectis passibus, ad domum  
 Byrrhenæ peruenimus. Atria longè pulcherrima,  
 columnis quadrisariam, per singulos angulos stan-  
 tibus, attollebant statuas. Palmaris deæ facies quæq;  
 pinas explicitis, sine gressu pile uolubilis, instabile  
 uestigium plantis roscidis decitantes, nec ut mane-  
 ant



ant inhaerent, † etiam uolare creduntur. Econtrà † & iam  
 lapis parius in Dianam factus tenet librata[m] to-  
 tius loci medietatem, signum perfecte luculentum,  
 ueste refiatum, procursu uegetum, introeuntibus  
 obuiū, & maiestate numinis uenerabile, canes utrin-  
 que secus deae latera mununt, qui canes & ipsi la-  
 pides erāt. His oculi minantur, aures hiant, ora se-  
 uiunt, & sicunde de proximo latratus ingruerit,  
 eum putabis de faucibus lapidis exire, & in quo  
 summum specimen operæ fabrilis egregius ille si-  
 gnifer prodidit, sublatis canibus impetus arduus,  
 pedes imi resistunt, currunt priores. Ponē tergum  
 deae saxum insurgit in spelunca modum, muscis, &  
 herbis, & folijs, & uirgultis, & sicubi pampinis,  
 & arbusculis alibi de lapide florentibus, splendor  
 intus umbra signi de nitore † lapis, sub extrema sa- † lapidis  
 xi margine poma & uua faberrimè politæ depeu-  
 dent, quas ars æmula naturæ, ueritati similes ex-  
 plicuit. Putes ad cibū inde quedam cū m. stulentus  
 autumnus maturū colorē afflauerit posse decerpi, et  
 si fontes, qui deæ uestigio discurretes in lenē uibratur  
 undam, pronus aspexeris? Credes illos, ut rure pen-  
 dētes racemos, inter cætera ueritatis, nec agitationis  
 officio carere. Inter medias frondes lapidis Acton  
 simulacrū, curioso obtutu in dorsum proiectus, iam



in ceruum ferinus, & in saxo simul & in fonte lo-  
 turam Dianam oppriens uisitur. Dum hæc identi-  
 dem rimabundus eximie delector, tua sunt inquit  
 Byrrhena cuncta quæ uides. Et cum dicto cæteros  
 omneis sermone secreto de edere præcepit. Qui-  
 bus dispulsis omnibus: Per hanc inquit deam ô Lu-  
 ci carissime, ut anxie tibi metuo, & utpote pigno-  
 ri meo longè prouisum cupio: Caue tibi, sed caue  
 fortiter à malis artibus, & facinorosis illecebris  
 Pamphiles illius, quæ cum Milone isto, quæ dicis ho-  
 spitem, nupta est, magna primi nominis, & omnis  
 carminis sepulcralis magistra creditur, quæ fur-  
 culis, & lapillis, & i t genus frivolis imbalatis, om-  
 nem istam lucem mundi syderalis, imis tartari, &  
 in uetustum chaos submergere nouit. Nam simul  
 quenquam conspexit speciosæ formæ iuuenem, ue-  
 nustate eius † capitur, & illico in eum & oculum  
 & animū detorquet. Serit blandicias, inuadit spi-  
 ritū, amoris profundi pedicis æternis alligat. Tūc  
 nūnus morigeros, & uileis fastidians, in saxa & in  
 † et quod pecua, † quod uis animal, puncto reformat. Alios ue-  
 uis rō prorsus extinguit. Hæc tibi † prædico cauenda  
 † trepido & censeo. Nam & illa urit perpetuum, & tu puer  
 etatem & pulchritudinem, capax eius es. Hæc me-  
 cum Byrrhena satis anxia. At ego curiosus alioquin  
 ut primum

ut primū artis magicæ semper optatum nomē au-  
 diui, tantum à cautela Pamphiles absui, ut etiam ul-  
 tro gestirem, tali magistro me uolens ampla cum  
 mercede tradere, & prorsus in ipsum barathrum  
 saltu concito præcipitare. Festinus deniq; & uecors  
 animi, manu eius uelut cathena quadam in me expe-  
 dit, & salue properè addito, ad Milonis hospitium  
 peruciter euolo. Ac dum amenti similis celero uesti-  
 gium, Age inquam ô Iuci, cui gila, & tecum est: ha-  
 bes exoptatam occasionem, & uoto diutino pote-  
 ris fabulis miseris explere pectus: aufer formidines  
 puerilis, cominus cum re ipsa gnauiter congregere,  
 & à nexu quidem uenereo hospitii tuæ tempera,  
 & probi Milonis genalem torum religiosus suspi-  
 ce. Verū enim uero Fotis famula petatur annexè.  
 Nam & forma scitula, & moribus ludicra, & pror-  
 sus argutula est. Vespero quoq; cum sonno cœcde-  
 rit, & in cubiculum te † duxit comiter, & blandè † deduxit  
 lectulo collocauit, & satis amanter cooperuit, &  
 osculato tuo capite, quā inuita discederet, uiniū † no-  
 didit. Deniq; sæpe retrorsa respiciēs, substiit, quod  
 bonū, felix & faustum sit, itaq; † in salutē, re nō erit. † licet in  
 Fotis illa temptetur. Hæc mecum ipse, disputans, † salutare  
 res Milonis accedo, & quod aiur, a pedibus in sen-  
 tentiam meam uado. Nec tam, en Milonem domi uel  
 uxorem

uxorem eius offendo, sed tantum caram meam Fo-  
 tidem, quæ suis dominis parabat iuscum fartim cir-  
 cumcisum, & pulpam frustratim consecram. Ab acū  
 †hyrulen pascuæ †uinulentam, & quidem naribus iam mihi  
 tam ariolabar tucetum, per quàm sapidissimum. Ipsa li-  
 † rursus nea tunica mundulè amicta, †rubeas fasciola præ-  
 se à fascio nitente altiusculè, sub ipsas papillas succitula, illud  
 la cibarium uasculum floridis palmulis rotabat in cir-  
 culum, & in orbis flexibus crebra succutiens, & si-  
 mul membra sua leniter illubricās lumbis sensim ui-  
 brantibus, spinam mobilem quatiens placidè, de-  
 center mundabat. Isto aspectu defixus obstupui, &  
 mirabundus steti. Steterūt & membra quæ iacebāt  
 antè, & tandem ad illam quā pulchrè quāq; festiuè  
 inquā, Fotis mea ollulam istam cum natibus intor-  
 ques, quā mellium pulmentum apparatus, felix & cer-  
 tius beatus, cui permiseris inuicè digitum intingere.  
 Tūc illa lepida alioquin & dicacula puella, Disce-  
 de inquit miselle quā procul à me, à foculo discede:  
 te uel modicè meus igniculus afflauerit, ure-  
 reris in. imè. Nullus extinguet ardorem tuum, nisi  
 ego, quæ dulce condiens & ollam & lectulū, suauè  
 quaterè noui. Hæc dicēs in me respexit, & risit, nec  
 tamen ego prius inde discessi, quàm diligenter o-  
 mnem eius explorassẽ habitudinem, uel quid ego  
 de

de cæteris aio? Cum semper mihi unica cura fuerit  
 caput, capillumq; sedulo, & publice prius intueri,  
 & domi postea perfrui? sicq; iudicij huius apud <sup>†</sup>perfrui  
 me certæ, & statua <sup>†</sup>ratio, uel quod præcipua pars <sup>†</sup>ratione  
 ista corporis in aperto, & perspicuo posita, prima <sup>†</sup>quidem  
 nostris luminibus occurrit, & <sup>†</sup>quod in cæteris mē  
 bris floridæ uestis hilaris color, hoc in capite nitor  
 natiuus operatur. Deniq; pleræq; indolem, grati-  
 asq; suas probaturæ lacrimas omneis exuunt, ami-  
 cula dimouent, nudam pulchritudinem suam præ-  
 bere se gestiunt, magis de cutis roseo rubore, quàm  
 de uestis aureo colore placituræ. At uerò quod ne-  
 fas dicere, nec quòd sit ullum huius rei tam durum  
 exemplum, si cuiuslibet eximie, pulcherrimæq; fœ-  
 mine caput capillo spoliaueris, et faciem natua spe-  
 cie nudaueris, licet illa cælo deiccta, mari edita,  
 fluctibus educata, licet inquam Venus ipsa fuerit, li-  
 cet omni gratiarum eborò stipata, et tota cupidinū  
 populo comitata, et balteo suo cincta, cinama fra-  
 grans, et balsamari rans <sup>calua</sup> mœcesserit: placere  
 non poterit, nec V. Alcauo suo. Quid cū capillis co-  
 lor gratus, et nitor splēdidus illucet? Ecce solis aci-  
 em uegetus fulgurat, uel placidus renitet. At in cō-  
 trariam grauem uariat aspectum, et nunc aurū co-  
 ruscans, in mellis lenem deprimitur umbram. Nunc



coruina nigredine cæruleus columbariū collis floscu-  
 los æmulatur, uel cum guttis Arabicis obunctus,  
 & pectinis arguti dente tenui discriminatur. Et po-  
 ã coactus ã uersum ã coarctus, amatoris oculis occurrens, in  
 star speculi reddit imaginem gratiorem, quid cum  
 frequenti sobole spiritus cumulat uerticem uel pro-  
 lixa serie porrectus dorsa permanat? Tãta deniq;  
 est capillamenti dignitas, ut quãuis auro, ueste, gem-  
 mis, omniq; cætero mundo exornata mulier ince-  
 dat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata nõ pos-  
 sit uideri. Sed in mea Fotide, non operosus, sed inor-  
 dinatus ornatus addebat grãtiam. Vberes enim cri-  
 nes, leniter emissos, & ceruice dependulos, ac dein-  
 de per colla dispositos, sensimq; sinuato patagio re-  
 sidentes, paulisper ad finem conglobatos, in sum-  
 mum uerticem nodus adstrinxerat. Nec diutius  
 ã quini ã qui tantum cruciatum uoluptatis eximie sustine-  
 re. Sed pronus in eam qua sine summum cacumen  
 capillus ascendit, mellitissimum illud sauium im-  
 pinguissimum. Tum illi ceruicem intorset, & ad me con-  
 uersa limis, & morsicantibus oculis: Heus tu scho-  
 lastice ait, dulce, & amarum gustulum carpis.  
 Caue ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis  
 amaritudinem trahas. Quid istic inquam est,  
 mea festiuitas, cum sim paratus, uel uno basio-  
 lo

lo interim recreatus super istum ignem porrectus  
 a Jari? Et cum dicto artius eam complexus, cœpisa  
 uiari. Iamq; emula libidine in amoris parilitatē con  
 germanescenti mecum, iam patentis oris inhalatu cin  
 nameo, & occursantis linguæ illisu nectareo, prona,  
 cupidine adlubescente, † pareo inquam, imò iam du † Perco  
 dū perij, nisi tu propitiaris. Ad hæc illa rursus me  
 deosculato, bono animo esto inquit. Nā ego tibi mu  
 tua uolūtate mancipata sum, nec uoluptas nostra dif  
 feretur ulterius, sed prima fax in cubiculum tuū ade  
 ro. Abi ergo, ac te compara, tota enim nocte tecum  
 fortiter & ex aīo præliabor. His & talibus obgānitis  
 sermonibus, inter nos discessum est. Cōmodum meri  
 dies accesserat, & mittit mihi Byrrhena xeniola por  
 cū optimū, & quinq; gallinulas, & uini cadum in æta  
 te preciosi. Tunc ego uocata Fotide, eæ inquam Ve  
 neris hortator, & armiger Liber, aduenit ultro: ui  
 num istud sorbeamus hodie omne quod nobis restin  
 quat pudoris ignauiam, & alacrem uigorem libidi  
 nis incutiat: hæc enim sitarchia nauigio Veneris in  
 diget sola, ut in nocte peruigili, & oleo, lucerna,  
 & uino, calix abundet, diem ceterum lauacro,  
 ac de hinc cœnæ dedimus. Nam Milonis boni  
 concinnaticiam mensulam rogatus accubueram  
 quàm pote tutus ab uxoris eius aspectu Byrrhenæ  
 C monitorum



monitorum memor, & perinde in eius faciem oculi  
 meos, ac si in auernū lacum formidans deiceret,  
 sed assidue respiciens præministratē Fotidem, in  
 ibi recreabar animi. Cum ecce iam uesperam lucer-  
 nam intues, Pamphile, quā largus inquit humber  
 adderit crastino. Et percontanti marito, qui compe-  
 risset istud, respondit sibi lucernā prædicere. Quod  
 dictum ipsius, Milo risu secutus, grandē inquit istam  
 lucernæ Sibyllam<sup>†</sup> pasāmus, quæ cūcta cæli negocia  
 & solem ipsum de specula candelabri cōtuetur. Ad  
 hæc ego subijciens: Sunt animo prima huiusmodi  
 diuinationis experimēta, nec mihi, licet modicū istum  
 igniculum, & manibus humanis laboratum, memorē  
 tum illius maioris, & cælestis ignis, uelut sui paren-  
 tis, quid esset editurus in ætheris uerticē, diuino præ-  
 sagio, & ipsum scire, & nobis enunciare. Nam &  
 Corinthi nunc apud nos passim Chaldæus quidam  
 hospes miris totam ciuitatē responsis, turbulenta &  
 archana fatorum stipibus emerēdis, ediat in uulgum  
 qui dies copulam nuptialem adfirmet, qui fundamen-  
 ta mœnium perpetuet, qui negociatori commodus,  
 qui uatori celebris, qui nauigijs oportunus: mihi de-  
 niq; proueniū huius peregrinationis inquirenti, mul-  
 ta respondit, & oppidō mira, & satis uaria. Nunc  
 enim gloriam satis floridam, nunc historiā magnam

& incredendam fabulam, & libros me facturū. Ad  
 hæc ridens Milo, qua inquit corporis habitudine  
 præditus, quæve nomine nuncupatus, hinc iste Chaldæ  
 us est? Proærus inquam, & suffusculus Diophanes  
 nomine, ipse est ait, nec ullus alius. Nam & hic apud  
 nos multa multis similiter effatus, non paruas stipes,  
 imò uerò merædes optimas iam consecutus, fortunæ  
 nam seueram, an se uam uerius dixerim, miser inci-  
 dit. Nam die quadam, cum frequentis populi circulo  
 septus coronæ circumstantium fata donaret, Cerdo  
 quidam nomine negotiator, accessit eum diem, cōmo-  
 dum peregrinationi cupiens, quem cum electū desti-  
 nasset illi, iam deposita crumena, iam profusis nu-  
 mulis, iam dinumeratis cētum denarijs, quos in mer-  
 ædem diuinationis auferret, eæ quidam de nobili-  
 bus adolescentulus à tergo adrepēs cum lacinia pre-  
 hendit, & conuersus, amplexusq; exosculatur artis-  
 simè. At ille ubi primū cōsuiatus eum, iuxta se, ut assi-  
 deret effecit, attonitus & repentinæ uisionis stupore,  
 & præsentis negocij, quod generat, oblitus, insit ad-  
 eum: Quam olam equidē exoptatus nobis aduenis?  
 Respōdit ad hæc ille alius: Commodum uespera ori-  
 ente, sed uicissim tu quoq; frater mihi memora, quem  
 admodum exinde ut de Euboëa insula festinus ena-  
 uigasti, & maris & uie confeceris iter. Ad hæc Dia-  
 cophanes

phanes ille Chaldaeus egregius, mente uiduus, nec dū  
 suus. Hostes inquit, et omnes inimici nostri, tam dirā  
 imō uerō Vlyssēā peregrinationem incidant. Nam  
 et nauis ipsa qua uehebamur uarijs turbibus pro  
 cellarum quassata, utroq; regimine admissa, egrē ad  
 ulterioris ripae marginē detrusa praecipitio dimersa  
 est, et nos omnibus amissis uix enat auimus: quodcūq;  
 uel ignotorū miseratione, uel amicorū beniuolentia  
 extraximus, id omne latrocinale inuasit manus: quo  
 rum audatiē repugnans etiam nomine Arisuatus,  
 unicus frater meus sub istis oculis miser iugulatus est.  
 Hæc eo adhuc narrante mœsto, ærdo ille negociator  
 correptis numulis suis, quos diuinationis mercedi de  
 stinauerat, protinus aufugit: ac dehinc, tunc demum  
 Diophanes expergitus, sensit impuditiæ suæ labem:  
 Cum etiam nos omnes circumsecus adstantes in cla  
 rum cachinnum uideret effusos. Sed tibi planē Luci  
 domine, soli omnium Chaldaeus ille uera dixerit sisq;  
 felix, exiter dexterum pergas. Hæc Milone diutine  
 sermocinante, tacitus ingemescebam, mihiq; nō medi  
 ocriter succensebam, quod ultro inducta seric in op  
 portunarum fabularū partem bonam uespere, eisq;  
 gratissimum fructum amitterem, et tandem deniq;  
 deuorato pudore ad Milonem aio: Ferat suam Dio  
 phanes ille fortunam, et spolia populorum rursum  
 conferat

conferat mari pariter ac terræ: mihi uerò fatigatio  
 onis hesternæ etiã nunc saucio, da ueniam maturius  
 concedam cubitum. Et cum dicto facesso, & cubicu-  
 lum meum contendo: atq; illic depræbendo epula-  
 rum dispositiones satis concinnas. Nam & pueris  
 extra limen credo, ut arbitrio nocturni gannitus  
 ablegarentur, humi, quàm procul distractum fue-  
 rat grabattulum meum assisit mensula cœnæ totius  
 honestas reliquias tolerans, & calices boni, iam in-  
 fuso latice semipleni solam temperiem sustinentes,  
 & lagena iuxta orificio cessui de ascento patefcēs  
 facilis auritu, prorsus gladiatorie Veneris antecœ-  
 nia. Commo dum cubueram, & ecce Fotis mea, iam  
 domina cubitum reddita, iacta proximat rosa ser-  
 ta, & rosa soluta in sinu tuberante, ac me præsim  
 deosculato, & corollis reuincto, ac flore prosper-  
 so, arripit poculum, ac desuper aqua calida iniecta,  
 porrigit. ut bibam: idq; modicum. Prius quàm to-  
 tum exorberem, clementer inuadit. Ac relictu pau-  
 lulatim † libellis minuens, meq; respiciens, sorbil-  
 lat dulciter, sequensq; & tertium inter nos uicif-  
 sim, & frequens alternat poculum. Cum ego iam  
 uino madens, nec animo tantum, uerum etiam cor-  
 pore ipso ad libidinem, inquiens alioquin, & petu-  
 lans, etiam sautius paulisper inguinum † sanè, iad-  
 † pullula-  
 tim label-  
 lis  
 † sine  
 C 3      na



na remota impatientiam Veneris Fœtidi meæ mon-  
 strans, miserere inquam, & subueni maturius. Nam  
 ut uides, prælio quod nobis sine finali officio indixe-  
 ras, iam proximante uehementer intentus, ubi pri-  
 mam sagittâ sœui cupidinis in ima præcordia mea  
 delapsam excepi, arcum meum, & ipse uigore tene-  
 di, & oppidò formido ne neruus rigoris nimietate  
 rumpatur, sed ut mihi morem plenius † gesseris, in  
 effusum laxa crinem, & capillo fluente undantur  
 ede cõplexus amabiles. Nec mora, cū omnibus illis  
 cibarijs uasculis raptim remotis, lacinijs cunctis su-  
 is renudata, crinibusq; dissolutis ad hilarem lasciu-  
 uiam in speciem Veneris, quæ marinos fluctus subit  
 pulchrè reformata, paulisper etiâ glabella scenuna,  
 uel rosea palmula potius obumbrans de industria,  
 quàm tegens uerecunda Præliare inquit, & fortis-  
 ter præliare. Nec enim tibi cedam, nec terga uortâ,  
 cominus in aspectû, si uireis † dirigere, & grassare  
 gnauiter, et occide moriturus: hodierna pugna non  
 habet missionē. Hæc simul dicēs, inscensato grabatulo  
 super me sensim residens, ac † crebrè subsiliens, lu-  
 bricisq; gestibus mobilem spinâ quatiens pendulè,  
 Veneris fructu me satiauit: usq; dum lassis animis, et  
 marcidis artubus defatigati, simul ambo corruimus  
 inter mutuos amplexus animas anhelantes. His &  
 huiusce



huiuscemodi colluctationibus ad confinia lucis usq;  
 peruigiles egimus, poculis interdum lassitudinē re-  
 fouentes, & libidinē incitantes, & uoluptatē inte-  
 grantes. Ad cuius noctis exēplar, similes adstruxi-  
 mus alias plusculas. Fortē quadam die mecū magno  
 pere Byrrhena cōtendit, apud eā cœnule interes-  
 sem: & cū impediō excusarē, negauit ueniam. Ergo  
 igitur Fotis erat adcūda, deq; nutu eius consiliū, ue-  
 lut auspiciū petēdum; quæ quanq̄ inuita quod à se un-  
 gue latius digrederer, tamē comiter amatoriuū mili-  
 tiæ breuē commatā indulxit. Sed heus tu inquit ca-  
 ue, regrediare cœna maturius, nā uesana factio no-  
 bilissimorū iuuenū, pace publica insēta, passim tru-  
 cidatos per medias plateas uidebis iacere. Nec præ-  
 sidis auxilia lōginqua, leuare ciuitatē tāta clade pos-  
 sunt. Tibi uerō fortunæ splēdor, insidias, cōtemptus  
 etiā peregrinationis poterit asferre. Fac sine cura  
 inquā sis Fotis mea: Nā præter quod epulis alienis  
 uoluptates meas anti-ferrem, metum etiā istum tibi  
 demam maturata regressione. Nec tamen incomita-  
 tus ibo. Nam gladiolo solito cinctus altrinsecus ipse  
 salutis meæ præsidia gestabo. Sic paratus cœnæ me-  
 cōmitto, si equens ibi numerus epulorum, & utpo-  
 te apud primatē fœminā flos ipse ciuitatis, opipa-  
 res sitro, & ebore nitentes lecti aurcis uestibus

intecti. Ampli calices, uariæ quidem gratiæ, sed pre-  
 ciositatis unius. Hic uitrum affabre sigillatum, ibi  
 chryſtallum impictum, argentum alibi clarum, et au-  
 rum fulgurans, & succinum mirè cauatum, & la-  
 pides ut bibas, & quicquid fieri non potest, ibi est  
 diriuiores plusculi splendide amicti, fercula copi-  
 oſa, ſcituſculè ſubminiſtrata, pueri calamistrati, pul-  
<sup>†</sup>induſia= chre<sup>†</sup> inluſiati, gēmas formatas in pocula uini ue-  
 ti tuſti frequenter offerre. Iam illatis uiminibus, epu-  
 laris ſermo percrebuit. Iam riſus adfluens, & ioci  
 liberales, & cauillis hinc inde. Tum inſit ad me Byr-  
 rhena, quā commodè uerſaris in noſtra patria, quod  
 ciam, tēplis, & lauacris, & cæteris operibus, lōgè  
 ſcunctas ciuitates antecellimus: utenſiliū prætercā  
 pollemus affatim. Certa libertas, ocioſa, & negotio-  
 ſa quidem, adueniēte Romana frequentia, modo deſto  
 uerò hoſpiti quies uillatica, omniq; prouinciæ uolu-  
 ptarij ſeceſſus ſumus. Ad hæc ego, uera memoras,  
 nec uſquā gentiū magis me liberum, quā hic fuiſſe  
 credidi, ſed oppidò ſormido cæca, & ineuitabileis  
 latebras magicæ diſciplinæ. Nam ne mortuorū qui-  
 dem ſepulcra tuta dicunt, ſed, & buſti, et rogis reli-  
 quæ quædam, et cadauerū præſegnina, ad exitiabi-  
<sup>†</sup>anus leis uiuentiū fortunæ petuntur. Et cantatrices <sup>†</sup>a-  
 niculæ, in ipſo momento choragij ſuneris perpeti ce-  
 leritate

lēritate alienam sepulturam anteuortunt. His meis  
 addit alius: Imò uerò istic, nec uiuentibus quidem ul  
 lis parcitur, & nescio quis simile passus: ore un=  
 dig; omnifariā deformato, truncatus est. Inter hæc,  
 conuiuium totum in licētiosis cachinnis effunditur,  
 omniumq; ora, & obtutus: in unū quēpiam angulo  
 secubantē † conferunt, qui cunctorum obstinatione † cōfruiat  
 confusus, indigna murmurabundus, cū uellet exur=  
 tur  
 gere, Imò mi Telepheron Byrrhena inquit, & sub  
 siste paulisper, & more tuæ urbanitatis fabulā illā  
 remetire, & ut filius meus iste Lucius, lepidi sermo=  
 nis tui perfruatur comitate. At ille, Tu quidē domi=  
 na ait, in officio munes sanctæ tuæ bonitatis, sed fe=  
 renda non est quorundam insolentia, sic ille cōmo=  
 tus. Sed instanti Byrrhene quæ cū adiuratione suæ  
 salutis ingratis cogebat effari, perficit ut uellet. Ac  
 sic aggeratis in cumulū stragulis, & effultis in cu=  
 buū, † subreclusq; in torū, porrigit † extera, & in=  
 † subie=  
 star oratorū conformat articulū, duobusq; infimis † etisq;  
 cōclusis digitis, cæteros enim porrigēs, & infsto  
 pollice clemēter subrigens infit Telephron. Pupil=  
 lus ego Mileto profectus ad spectaculū Olympicū,  
 cū hæc etiā loca prouinciæ famigerabilis adire cupe=  
 rem, † pergrata cuncta Thessalia, fufas auibus La=  
 † per=  
 rissam accessi. Ac cūm singula pererrās, tenuato ad=  
 grati  
 C S modum

modum uiatico, paupertati meæ sumenta conquirō,  
 cōspicio medio foro procerū quēdam senem, insiste-  
 bat lapidē, claraq; uoce prædicabat: Si qui mortuū  
 seruare uellet, de precio liceretur. Et ad quēpiam  
 prætereuntiu: Quid hoc inquā comperior? hiccine  
 mortui solent aufugere? Tace respondit ille: Nā op-  
 pidō puer, & satis peregrinus es, meritoq; ignoras  
 Theſſaliæ te cōsistere, ubi sagæ mulieres, ora mortu-  
 orum passim demorsicant, eaq; sunt illis artis magi-  
 cæ supplementa. Contrā ego, & quæ tu inquā, dic so-  
 des custos dela ista feralis? Iam primūm respōdit ille,  
 perpetem noctem eximie uigilandum est, exertis &  
 inconuersis oculis, semper in cadauer intentis, nec  
 acies usquam deuertenda, imò ne obliquanda qui-  
 dem: quippe cum deterrimè uersipelles in quoduis  
 animal ore conuerso, latenter obrepant, ut ipsos eti-  
 am oculos solis & iusticiæ facile frustentur. Nam  
 & aues, & rursum canes, & mures, imò uerò eti-  
 am muscas induunt. Tunc diris cantaminibus so-  
 mino custos obruunt, nec quisquam definire po-  
 terit, quantas latebras nequissimæ mulieres pro li-  
 bidine sua communiſcuntur, nec tamen huius exitia-  
 bilis operæ merces amplior quàm quaterni uel seni-  
 fermè offeruntur aurei. Ehem, & quod penè præ-  
 serieram, si qui non integrum corpus mane restitue-  
 rit,



rit, quicquid inde decerptum, diminutumq; fuerit, id  
 omne de facie sua defictum sarcire compellitur. His  
 cognitis animū meum cōmasculo, & illico accedens  
 præconem: Clamare inquam iam de sine, adest cu-  
 stos paratus, cedo præmiū, Mille inquit numi depo-  
 nentur tibi. Sed heus iuuenis, caue diligēter, princi-  
 pū ciuitatis huius filij cadauera malis Harpyis pro-  
 bē custodias. Ineptias inquā mihi narras, & nugas  
 meras. Vides hominē ferreū, & insomnē, certē per-  
 spicaciore ipso Lynceo, uel Argo & oculcū totum.  
 Vix finierā & illico me produxit ad domū quam pi-  
 am, cuius ipsis sori bus obseptis, per quādam bre-  
 uem posticū, intrō uocat me, & cōclauē quoddam  
 obseratis liminibus, umbrosū demōstrat cubiculū,  
 matronā flebilē fusca ueste coniectā, quā propter ad-  
 sistens: Hic inquit, auctoratus ad custodiā mariti tui,  
 fidenter accessit. At illa erimbus antepēdulus: hinc  
 inde dimotis, etiā in mœrore, luculentā proferens  
 faciem, meq; respectans: Vide oro inquit, quā exper-  
 gite munus obeas. Sine cura sis inquam modō coro-  
 larium idoneū comparas, † quo placito ocyus sur- † hic  
 rexit, & ad illud me cubiculum inducit: ibi corpus  
 splendentibus linteis coopertum, introductis qu-  
 busdam septem testibus, manu releuat, & diuinē  
 † uisu præfeto, obtestata fidē præsentū singula de † uisu  
 monstrat



monstrat anxie, uerba concepta de industria quædam tabulis prænotantē. Ecce inquit nasus integer incolumes oculi, saluæ aures, illibatæ labiæ, mentum solidum: uos in hanc rem boni quirites testimonium perhibetote. Et cum dicto, consignatis illis tabulis, facessit. At ego: lube inquam domina, cuncta quæ sunt usui necessaria, nobis exhiberi. At quæ inquit ista sunt? † Lacerna aio prægrandis, & oleum ad lucem, luci sufficiens, & aqua cum cœnophoris, & calice, cœnarumq; reliquijs discus ornatus. Tunc illa capite quassanti, abi inquit fatue, qui in domo festi cœnas et parteis requiris, in qua tot iugis iam diebus ne fumus quidem uisus est ullus. At istic comesatum te uenis credis? quin sumus potius loco congruentes luctus, & lacrymas? Hæc simul dicens respexit ancillam. Et Byrrhenæ inquit lucernam & oleum trade confestim, & incluso custode cubiculo protinus facesse. Desolatus ad cadaueris solatium, perfrictis oculis, & obarmatis ad uigilias animum meum permulcebam cantationibus, cum statim ecce crepusculum, & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & iam nox intempesta, mihiq; oppido formido cumulator quidem, cum repente introrepens mustela contra me constitit, obtutumq; acerrimum in me destituit, ut tantillum anima  
lis

lis præ nimia sui fiducia mihi turbauerit animū. Deniq; sic ad illam: Quin abis inquam incurata bestiola, teq; ad tui similes musculos recondis, antequam nostri uim præsentariâ experiaris? Quin abis? Terga uortit, & cubiculo protinus exterminatur. Nec mora cum me somnus profundus in inum barathrū repente demergit, ut ne deus quidem Delphicus ipse, facile discerneret, duobus nobis iacētibus, quis esset magis mortuus: sic inanimis, & indigens alio custode, penè ibi non eram. Commodum noctis indusias cantus perstrepebat crista te cohortis. Tãdem expergitus, & nimio pauore perterritus, cadauer accurro, & admoto lumine, releuataq; eius facie, rimabar singula quæ cuncta eucenerunt. Ecce uxor misella flens, cum hesternis testibus introrupit anxia, & statim corpori superuens, multumq; ac diu deosculata, sub arbitrio luminis recognoscit omnia. Et conuersa, Philodespotum requirit autorem, eiq; præcepit, bono custodi redderet sine mora præmiū, & oblato statim: Sumas inquit, tibi iuuenis gratias agimus. Et hercules ob sedulum istud ministeriū, inter cæteros familiareis dehinc numerabimus. Ad hæc ego insperato lucro, diffusus in gaudiū, & in aureos resurgentets, quos identidem manu mea uenilabam, attonitus, imò t̄ in dominā, de famulis tuis

t̄ inquam  
unum additur

unum putato, & quoties operam nostram desidea  
 rabis confidenter impera. Vix hæc effatum, me sta  
 tim familiares omnifariã exertis raptim, cuiusq; mo  
 † palmi in ditelis, insequuntur. Pugnis ille malas offendere, sca  
 festis pulas alius cubitis impingere, † palmis iniectis hic  
 latera suffodere, calcibus insultare, capillos distra  
 † mustelu= here, uestem discindere, sic in modum superbi iuue  
 acts piple nis, Adoni uel mustelatis peplis laceratus, atq; di  
 tus scriptus, domo proturbor. Ac dum in proxima pla  
 tea resouens animũ, infausti atq; improuidi sermonis  
 mei sero reminiscor, dignũq; me pluribus etiã uerbe  
 ribus fuisse meritò cõsentio, ecce iam ultimũ defle  
 tus, etq; cõclamatus proce, serat mortuus, ritũq; pa  
 trio (utpote unus de optimatibus) põpa funeris pu  
 † adanxi= blici ductabatur per forũ. Occurrit ad † latus quidã  
 us mcestus, in lacrymis genialẽ caniciẽ † reucllẽs senex,  
 † inuelle= & manibus ambabus inuadens torũ, uoce cõtenta  
 ras quidẽ sed asiduis singultibus impedita. Per fidem  
 uestrã inquit quirites, per pietatẽ publicã perẽpto  
 ciui subsistite, & extremũ facinus in nefariã, scle  
 stamq; istã mulierẽ. seueriter uindicate. Hæc enim  
 nec ullus alius, miserũ adolescentẽ, sororis meæ filiũ,  
 in adulterij gratiã, & ob præda hereditariã, extin  
 xit ueneno. Sic ille senior, lamentabiles questus sin  
 gulis instrepebat. Senire uulgus interdum, et facti  
keris

veri similitudine ad criminis credulitatem impelli,  
 conclamāt ignem, requirūt saxa, paruulos ad exi-  
 tium mulieris hortantur. Emeditatis ad hæc illa fle-  
 tibus, quāq; sanctissimè poterat, adiurās cūcta numi-  
 na, tantū scelus abnucebat. Ergo igitur senex ille, ue-  
 ritatis arbitriū, in diuinā prouidentia reponamus.  
 Zachlas adest Aegyptius propheta primarius, qui  
 mecū iam dudum grādi præmio pepigit, reducere  
 ab inferis spiritū, corpusq; istud postliminio mortis  
 animare. Et cū dicto iuuenē quēpiam linteis amicu-  
 lis † intectū, pedesq; palmeis baxeis indutū, & ad-  
 usq; de craso capite, producit in mediū, huius diu ma-  
 nus deosculatus, et ipsa genua contingēs, Miserere  
 ait sacerdos, miserere per caelestia sydera, per infer-  
 na numina, per naturalia elementa, per se nocturna  
 silētia, & adepta Coptica, et per incrementa Niloti-  
 ca & arcana Memphisica, & sinistra Phariaca, da  
 breuē solis usurā, & in æternū conditis oculis mo-  
 dicam lucē infunde. Non obnitimur, nec terræ rem-  
 suam denegamus: sed ad ultionis solatiū, exiguū ui-  
 te spaciū deprecamur. Propheta sic propiciatus,  
 herbulam quāpiam, ter ob os corporis, & aliā pe-  
 ttori eius imponit. Tunc orientem obuersus, & in-  
 crementa solis angustī tacitus imprecatus, uenerabi-  
 li scena, facies, & studia præsentium ad miraculum,

Zachlas  
propheta

† illectum

cantum



tantum certatim adrexit. Immito me turbæ socium,  
 & ponè ipsum lectulum æditiorem quendam lapi=  
 dem insistēs, cuncta curiosis oculis arbitrabar. Iam  
 tumore pectus extolli, iam salubris uena pulsari, iā  
 spiritu corpus impleri, & adsurgit cadauer, et pro  
 fatur adolescens. Quod oro me post Lethea pocu=  
 la, iam Stygijs palludibus innatantem, ad momenta  
 riæ uitæ reducit officia: Desine iam, precor, desi=  
 ne, ac me in meā quietem permitte. Hæc audita uox  
 de corpore, sed aliquāto propheta cōmotior. **Quin**  
 refers (ait) populo singula, tuæq; mortis illūinas ar  
 cana? An non putas deuotionibus meis posse diras  
 inuocari? posse tibi membra lassā torqueri? Susci=  
 pit ille de lectulo, & uno congestu populum sic ad=  
 † addu= orat: Malis nouæ nuptæ peremptus artibus, & † ad  
 ctus dictus noxio poculo, torum repente adultero man=  
 cipauit. Tunc uxor egregia, capit præsentem auda  
 ciam, & mente sacrilega coarguenti marito, resi=  
 stes altercat. Populus æstuat diuersa tendentes, hi  
 pessimam foeminam uiuentem, statim cum corpore  
 mariti sepeliendam. Alij mendatio cadaueris fidem  
 non habendam, sed hanc contationem sequens ado  
 lescentis sermo distinxit: man rursus altius ingeni=  
 scens: Dabo inquit, dabo uobis intemeratæ ueritæ  
 tis documētā perlucida, & quod prorsus alius ne=




mo cognouerit indicabo. Tūc digito me demonstrās,  
 nam cum corporis mei aſtes hic ſagaciſſimus, exertā  
 mihi teneret uigiliā, cantatrices anus exuijs meis imi-  
 nentes, atq; ob id reformatæ fruſtra ſæpius cum indu-  
 ſtriam ſedulam eius fallere nequiuiſſent, poſtremum  
 iniecta ſomni nebula, eoq; in profundam quietam ſe-  
 pulo, me nomine ciere non prius deſire, quā dum  
 hebetes artus & membra frigida, pigris conatibus  
 adarus magis eunt antur obſequia, hic utpote uiuus  
 quidem, ſed tantum ſopore mortuus, quod eodem  
 mecum uocabulo nuncupetur, ad ſuum nomen igna-  
 rus reſurgit. Et inexanimis umbræ modū ultroneus  
 gradiens, quanquā foribus cubiculi diligenter ob-  
 cluſis, per quoddam foramē proſectis naſo prius, ac  
 mox auribus, uicariam pro me lanienam ſuſcitauit,  
 utq; ſyllaciæ reliqua conuenirent, ceram in modum  
 proſectarum formatam auriū, ei applicant, examuſ-  
 ſim, naſoq; ipſius ſimilem comparant. Et nunc adſi-  
 ſit miſer hic, præmiū non induſtriæ, ſed debilitati  
 onis conſecutus. His ductis perterritus, temptans ag-  
 gredior, iniecta manu naſum prehendo, ſequitur au-  
 reis pertracto, deruunt, ac dum directis digitis, &  
 detortis nutibus præſentium denotor, dum riſus ebu-  
 lit, inter pedes circumſtantium ſi igido ſudore deſu-  
 onis, euado. Ne poſtea debilis, ac ſic ridiculis, lari mo-

patrio reddere potui, sed capillis hic inde laterum  
 deiectis, aurium vulnere celavi: nasi uero dedecus  
 linteolo isto pressim adglutinato, decenter obtexi.  
 Cum primum Telephron hanc fabulam posuit, com-  
 potores uino madidi, rursus cachinnum integrant.  
 Dumq; biberet solidalium postulant, sic ad me Byr-  
 rhena: Solennis inquit dies à primis cunabulis huius  
 urbis condite, crastinus aduenit, quo die Soli morta-  
 lium sanctissimum deum risum, hilaro, atq; gaudiali  
 ritu propiciamus: hunc tua præsencia nobis efficiet  
 gratiorem, atq; utinam aliquid de proprio lepore  
 letificum honorando deo commiscaris, quo ma-  
 gna, pleniusq; tanto numini litemus. Bene inquam, et  
 fiet ut iubes. Et uellem hercules materiam reperire  
 aliquam, quam deus tantus effluenter indueret. Post  
 hæc monitu famuli mei, qui noctis admonerat, iam et  
 ipse crapula distentus, protinus exurgo, & appella-  
 ti properè Byrrhena, titubante uestigio domuitio-  
 nem capeffo. Sed cum primam plateam uadinus, uè  
 to repentino lumen quo nitebamur, extinguitur, ut  
 uix improuidæ noctis caligine liberati, digitis pedis  
 detunsis ob lapides, hospitium defessi rediremus.  
 Dumq; iam iunctim proximamus, cæcæ tres quidam  
 uegetis, & uastulis corporibus, fores nostras, & sum-  
 mus uiribus irruentes, ac ne præsencia quidem nos-  
 tra

stratantillum conterriti, sed magis, meq; cum æmulatione uirium crebrius insultantes, ut nobis ac mihi potissimum non immerito latrones esse, & quidem seuisimi uiderentur. Statim deniq; gladium, quem ueste mea contactum, ad hos usus extuleram, sinu libratiū arripui, nec cōtutus, medios latrones inuado: à singulis, ut quemq; colluctantem offenderam, altissime demergo, quò ad tandem ante ipsa uestigia mea uastis, & crebris perforati uulneribus, spiritum effluerint. Sic præliatus iā tumultu eo, Fotide suscitata, patefactis ædibus anhelans, & sudore perlitus, in reposito, meq; statim, ut pote pugnantium latronum inuicem Gerioneæ cædis fatigatum, lecto simul, & somno tradidi.

L. APVLEI DE ASINO AVREO  
LIBRI SECVNDI  
FINIS.

C 2 L:APV


**L. APV-**  
**LEII MADAVRENSIS**  
**PHILOSOPHI PLATO-**  
**NICI, DE ASINO AV-**  
**REO LIBER**  
**TERTIVS.**



Commodū puniantibus phaleris  
 Aurora roseum quaerens laertum,  
 cælum inequitabat, & me securus  
 quieti reuulsam, nox dicere dedit,  
 estus inusdit anim. ũq; uel uesperti  
 ni recordatione facinoris. Complicitis deniq; pedi-  
 bus, ac palmulis, in alternas digitorum uicissitudines  
 super genua connexis, sic grabatum cossin insidēs,  
 ubertim sicbam, iam fōrum & iudicia, iam sententi-  
 am, ipsum deniq; carnificem imaginabundus. An mi-  
 hi quisquam tam amicus, tanq; beniuolus index ob-  
 tinget, qui me terne cædis perlitum cruore, & tot ci-  
 uium sanguine delibutum, innocētem pronunciare  
 poterit. Hanc illam mihi gloriosam peregrinationē  
 fōre Chaldeus Diophanes obstinatē prædicabat. Hic  
 identidem merum replicans, fortunas meas ciulabā  
 quanti fōres interim, & frequēti clamore ianue no-  
 stræ

stræ perstrepi. Nec mora, cū magna irruptione pa-  
 tet factis ædibus, magistratibus, eorumq; ministris, tur-  
 bæ miscellaneæ cuncta cōpleta, statimq; lictores duo,  
 de iussu magistratuum immissa manu trahere me sa-  
 nè non renitentem. Ac dum primū Angiportum  
 insistimus, statim ciuitas omnis in populum effusa,  
 mira densitate nos insequitur. Et quamquā capite  
 in terram, imò ad ipsos inferos, iam deiecto, mæstus  
 incederem, obliquato tamen spectu, rem admiratio-  
 nis maximè cōspicio. Nam inter tot millia populi cir-  
 eum sedentis, nemo prorsus, qui non risu dirumpere  
 tur, aderat. Tandem pererratis plateis omnibus,  
 & in modum eorum, qui lustralibus piamentis, mi-  
 nas portentorum hostijs circūstraneis expiant, cir-  
 cum ductus angulati forum, eiusq; tribunal adstuo-  
 or. Iamq; sublimo suggestu, magistratibus residenti-  
 bus, iam præcone publico silentium clamāte, repen-  
 te cuncti cōsona uoce flagitant: propter cætus mul-  
 titudinem, quæ pressuræ nimia densitate pericula-  
 retur, iudicium tantū theatro redderetur. Nec mo-  
 ra cum passim populus procurrens, caueæ conse-  
 ptum mira celeritate compleuit. Aditus etiam et te-  
 ctum omne fartim stipauerant. Pleriq; columnis im-  
 plexu, alij statuis dependuli: nonnulli per fenestras  
 & lacunaria semiconspicui, miro tamen omnes stu-



dio uisendo pericula salutis negligebant. tūc me pro  
 profcenium medium uelut quandam uictimam publi  
 ci ministri perducunt, & orchestrae mediae sstunt,  
 sic rursus praconis amplo boatu citatus accusator  
 quidam senior exurgit, & ad dicendi spaciū uascu  
 lo quodam inuicem coli graaliter fistulato, ac per hoc  
 guttatim defluo, infusa aqua populū sic adorat. Neq;  
 parua res, ac praecipue pacem ciuitatis cuncta respi  
 ciens, & exemplo serio profutura tractatur: *Quiri*  
*tes sanctissimi, quare magis congruit sedulo, singulos*  
*atq; uniuersos uos pro dignitate publica prouidere*  
*ne nefarius homicida† tot caedi lanienam, quam cru*  
*enter exercuit, impune commiserit. Nec me putetis*  
*priuatim simultatibus instinctum, odio proprio scuita*  
*re, sum namq; nocturnae custodiae praefectus, nec in*  
*hodiernum credo quenquam peruigilem, diligentiam*  
*meam culpate posse, rem deniq; ipsam. & quae nocte*  
*gesta sunt cum fide proferam. Nam cum prae iam ter*  
*tia uigilia lapsa diligentia cunctae ciuitatis hostatim*  
*singula considerans, circumire, conspectum istum cru*  
*delissimum iuuenem, mucrone districto, passim caedi*  
*bus operantem iamq; tris numero scuita eius inter*  
*emptos, ante pedes ipsius spirantem adhuc corpori*  
*bus in multo sanguine palpitantem, & ipse quidem*  
*conscientia tanti facinoris merito perimotus, statim*  
*profugit*

† totam e  
 diu lanien

profugit, & in domuum quandam presidio tene-  
 bratum elapsus perpetem noctem delituit. sed pro-  
 uidentia deum quæ nihil impunitum nocentibus per-  
 mittit, priusquam iste clandestinis itineribus elabere-  
 tur, mane prætolatus, ad grauißimum iudicij uestri  
 sacramentũ, eum curauit perducere. Habetis itaq; re-  
 um tot cædibus impiatum, reum coram deprehæn-  
 sum, reum peregrinum. Constanter itaq; in homi-  
 nem alienum ferte sententias, de eo crimine quod  
 etiam in uestrum ciuem seueriter uindicaretis.  
 Sic profatus accusator acerrimus, immanem uocem  
 repressit, ac me statim præco, si quid ad ea respon-  
 dere uellem, iubebat incipere. At ego nihil tunc  
 temporis amplius quam flere poteram. Non tam  
 me hercules iruculentam accusationem intuens,  
 quam meam miseram conscientiam. Sed tamen  
 oborta diuinitus audacia, sic ad illa: Nec ipse igno-  
 ro quam sit arduum, trinis ciuium corporibus expo-  
 sitis, eum qui cædis arguatur, quamuis uera dicat,  
 & de facto confiteatur, ultro tamen multitudini  
 tantæ quod sit innocens persuadere, sed si paulisper  
 audientiam publicam mihi tribuerit humanitas  
 uestra, facile uos edocebo me discrimen capitis,  
 non merito, sed rationabilis indignationis e-  
 uentu fortuito, tantam, criminis inuidiam

frustra sustinere. Nam cū à cœna me serius aliquāto  
 reciperem, potulentus, alioquin quod planè uerum  
 crimen non diffitebor, an ipsas fores hospitij, ad bo  
 num autem Milonem ciuem uestrum deuorto. Vi  
 deo quosdam sæuisimos latrones, adytum temptan  
 tes, & domus ianuas cardinibus obtortis euellere  
 gestientes, claustrisq; omnibus quæ accuratissimè ad  
 fixa fuerant, uiolenter euulsis, secum iam de inhabi  
 tantium exitio deliberantes: unus deniq; & manu  
 promptior, & corpore uastior, his assatibus cæte  
 ros incitabat. Heus pueri quàm maribus animis, &  
 uiribus alacribus dormientes aggredimur. Omnis  
 contatio, ignauia omnis faceisset è pectore, stricto mu  
 crone per totam domum, cædes ambulet: qui sopi  
 tus iacebit, trucidetur: qui repugnare temptauerit,  
 feriat: sic salui recedemus, si saluum in domo ne  
 minem reliquerimus. Fateor quirites, extremos la  
 trones, boni ciuis officium arbitratus, simul eximie  
 metuens, & hospitibus meis, & mihi, gladiolo, qui  
 me propter huiusmodi pericula comitabatur, arma  
 tus fugare, atq; proterrere aggressus sum. At illi  
 barbari prorsus, & immanes homines, neq; fugam  
 capeffunt, & cum me uiderent in ferro, tamen au  
 daciter resistunt, dirigitur præliaris acies. Ipse deo  
 niq; dux, & signifer cæterorum, ualidissime aggressus  
 sua

sus illico manibus ambabus capillo abreptum, ac re-  
 tro reflexum. effigere lapide gessit. Quem dum sibi  
 porrigi flagitat, † certa manu percussum feliciter † *cereæ*  
 prosterno. At mox alium pedibus meis mordicus in-  
 hærentem, per scapulas ictu temperato, tertiumq;  
 improuidè occurrentem pectore offenso per inno, sic  
 pace uindicta, domoq; hospitii, ac salute cõmuni  
 protecta, non tam impunè me, uerùm etiam lauda-  
 bilem publicè credebam fore, qui tantillo quidem  
 unquam crimine postulatus, sed probè spectatus, a-  
 pud meos sen. per innocentiam commodis cunctis  
 antetuleram Nec possum reperire cur iustæ ultio-  
 nis, qua contra latrones teterrimos con. motus sum,  
 nunc istum reatum sustineam, cum nemo possit mon-  
 strare, uel † priuatas inter nos inimicitias præces- *† pprias*  
 sisse, ac ne omnino mihi notos illos latrones usquam  
 fuisse, uel certè ulla præda monstratur cuius cupidi-  
 ne, tantum flagitium creda. ur admissum. Hic profu-  
 tus rursus lacrymis obortis, porrectisq; in preces  
 manibus, per publicam misericordiam, per pigno-  
 rum caritatem, moestus, tunc hos, tunc illos depreca-  
 bat. Cumq; iam humanitate cõmotos, misericordia  
 fletum affectos omnes satis crederem, solis, & iusti-  
 cie testatus oculum, casumq; præsentem meum com-  
 mendans deum prouidentie, paulò altius aspectu  
 D 5 relato,



relato, conspicio prorsus totū populum risu cachinnabili diffuebant. Nec secus illum bonū hospitem, parentemq; meum Milonem, risu maximo dissolutum. At tunc sic tacitus mecum. En fides inquam, en conscientia. Ego quidem pro hospitis salute, & homicida sum, & reus capitis inducor. At ille non cōtentus, quod mihi nec assistendi solatiū perhibuit, insuper exitium meum cachinnat. Inter hæc quædā mulier, per medium theatrum, lacrymosa, & flebilis, atra ueste contecta, parvulum quendam sinu tollerans, decurrit, ac ponē eam anus alia pannis horridis obsita, paribusq; mœsta sictibus ramos oleagni nos utræq; quatientes, † quam circumfusæ lectulum, quo peremptorū cadavera contecta fuerant, plangore sublato se lugubriter heulantes. Per publicam misericordiam, per commune ius humanitatis aiunt, miseremini indignē cæsoꝝ iuuenum, nostræq; uiduitati, ac solitudini: de uindicta solatiū date, certē paruuli huius, in primis annis destituti fortunis succurrite, & de latronis huius sanguine, legibus uestris, & discipline publicæ litate. Post hæc magistratus † natu maior adsurgit, & ad populum talia infit: De scelere quidem, quod serio uindicandum, nec ipse, qui commisit, potest diffiteri, sed una tantum subsiciua sollicitudo nobis relicta est. ut cæ-

teros

† que

† qui natu



teros socios tanti facinoris requiramus, Nec enim  
 uerisimile est hominem solitarium, treis tam ual-  
 dos euitasse iuuenes, pro hinc tormentis ueritas e-  
 ruenda. Nam & † comitabatur cum clangulo pro † qui co.  
 fuit, & res ad hoc deducta est, ut per questionē sce-  
 leris sui participes indicet, ut tam dira fictionis  
 formido funditus perimatur. Nec mora cum ritu  
 graciensi ignis & rota tum omne † flagrorum ge- † flagitio  
 nus inferuntur. Augetur oppidō, imō duplicatur rum  
 mihi n. æsticia, quōd integro saltem mori non licue-  
 rit. sed aruis illa, quæ fictibus cuncta turbauerat,  
 prius inquit optimi ciues, quā latronem istum mi-  
 serorum pignorum meorum peremptorem, cru-  
 ciandum adfigatis, permittite corpora necatorum  
 reuelari, ut & forma simul, & ætatis contempla-  
 tione, magis, magisq; ad iustam indignationem ar-  
 recti, pro modo facinoris sæuatis. His dictis applau-  
 ditur, & illico me magistratus ipsum, iul et corpora  
 quæ lecto fuerant posita, mea manu detegere: lun-  
 tantem me ac diu renidentem præcedens facinus  
 instaurare, noua ostensione: lictores iussu magistra-  
 tum quā instantissime compellunt. Manum deni-  
 que ipsam e regione lateris iudentes, in exi-  
 tum suum super ipsa cadauera porrigunt. Eui-  
 tus tandem necessitate, subcumbit, et in gratias licet

arrepto pallio, retexi corpora. Dij boni, quæ facies  
 rei, quod monstrum, quæ fortunarum mearū repen-  
 tina mutatio. Quanquam enim iam in pcculio Pro-  
 serpine & Orca familia numeratus subditò in con-  
 trariam faciem obstupescactus hæsi, nec possum no-  
 uæ illius imaginis rationem idoneis uerbis expedi-  
 re. Nam cadauera illa iugulatorum hominum erant  
 tres utres inflati, uarijsq; scæti foraminibus: & ut ue-  
 spertinum prælium meum recordabar, his locis hi-  
 antes, quibus latrones illos uulnerauera. Tunc illis  
 quorundam astu paulisper cohibitu: risus, liberè  
 iam exarsit in plebem. Hi gaudij nimietate gratula-  
 ri, illi dolorem uentris manuum compressione seda-  
 re. Et certè lætitiæ delibuti, meq; respectantes, cum  
 tti theatro facessunt. At ego ut primùm illam lacini-  
 am præhenderam, fixus in lapide steti gelidus: ni-  
 hil secus, quàm una de cæteris theatri statuis, uel  
 columnis. Nec prius ab inferis emerisi, quàm Milo-  
 mus hospes accessit, & iniecta manu, me reniten-  
 tem, lacrymisq; rursum pronucantibus crebra sin-  
 gultientem, clementi uolentia secum attraxit, et ob-  
 seruatis me solitudinibus per quosdã anfractus do-  
 mumq; suã perduxit, mœstumq; me atq; etiam tunc  
 trepidum, uarijs solabatur affaibus. Nec tamen in-  
 dignationem iniuriæ quæ inhæserat altius meo pe-  
 ctori,

stori, ullo modo permulcere quivit. Ecce illico etiam magistratus ipsi cum suis insignibus domum nostram ingressi, talibus me monitis delinire gestuunt. Neque tuæ dignitatis, uel etiam profapie tuorum ignari sumus. Luci domine, nam et prouinciam totã, inclytæ uestræ familie nobilitas complectitur. Ac ne istuc quod uehementer ingemiscis, cõtumeliæ causa perpeffus es. Omnem igitur de tuo pectore presentem tristitudinem mitte, et angorem animi depelle. Nam lusus iste quæ publicè grati, imo deo risui, fer annua reuerticula solenniter celebramus, semper cõtenti nouitate florescit. Iste deus, autorem suum propicius ubiq; † comitatur amanter, † nam unquã † comitatur =  
 patietur, ut lex animo doleas, sed frontẽ tuam serena bitur  
 uenustate letabit asidue. Ac tui ciuitas omnis, pro † Nec  
 sim, priuata, sub incerta salutis, & carnificina lanie  
 na, inter tot, ac taleis latrones, & horrendum gladi  
 atorū populū, uel fletum desinere, uel omnino ui  
 uere potero. Lamentata sic: & animi dolore, et fati  
 cum tendore, & corporis lassitudine iam fatigata,  
 marcentis oculos dimisit ad soporem, iam commo



† cōquiescens dum conuierat, nec diu cum repente lymphaticis  
 rat ritu somno recussa, longeq; uehementius afflicta esse  
 se, & pectus etiam palmis inestis tundere, & faciem  
 illam luculentam uerberare incepit, & anicula quā  
 quā instantissimè causas noui, & instaurati mœro  
 ris requirenti, sic ad inspirans altius infit: Hem nūc  
 ceriè nūc maximè funditis, perij, nūc sp̄ci salutiferæ  
 renunciaui, laqueus, aut gladius, aut certè præcipi-  
 tium proculdubio capessendum est. At hæc anus sub-  
 irator, dicere eam seuiore iam uultu iubebat, quod  
 malum fieret, uel quid repete postliminio pressæ qui-  
 etis lamentationes licentiosas refricaret. Nimirū in-  
 quit tanto compendio, tuæ redemptionis defraudare  
 iuuenes meos destinas; quod si pergis ulterius, in  
 faxo la rymis istis, quæ paruipendere latrones con-  
 suevere, insuper habitis, uiua exurere. Tali puella ser-  
 mone deterrita, manuq; eius exosculata: Parce inquit  
 mi parens, & durissimo casui meo, pietatis humanæ  
 memor, subsiste paululum. Nec enim ut reor æuo lon-  
 giore, maturè tibi in ista sancta anicie miseratio  
 prorsus exaruit: specta deniq; scenam meæ cala-  
 mitatis. speciosus adolescens inter suos principalis  
 quem filium publicum omnis sibi ciuitas cooptauit,  
 meus alioquin consobrinus, tantulo triennio maior  
 est, qui mecum primis ab annis nutritus, et adul-



bus in diuiduo contubernio domusculæ imò uerò cu-  
 biculi, thoriq; sanctæ charitatis affectione mutuo mi-  
 hi pignorat, uotisq; nuptialibus, pacto iugali, pri-  
 dem de stinatus consensu parentum, tabulis etiã ma-  
 ritus ad nuptias nūcupatus officio frequēti cognatorū  
 et affiniū stipatus. Templis & ædibus publicis uicti-  
 mas immolabat domus tota, lauris obsita, tedis luci-  
 da strepebat hymeneū. Tunc me gremio suo mater  
 infelix tollens, t̄ modo nuptiali decenter ornabat,  
 mellitisq; sauijs crebriter ingestis, iam spe futura li-  
 berorum uotis anxijis propagabat, cum irruptionis  
 subitæ gladiatorum impetus ad belli faciē sauiens,  
 nudis, & incertis mucronibus coruscans, non cædi,  
 non rapinæ manus afferūt, sed denso, conglobatoq;  
 aeneo, cubiculum uestrum inuadūt protius, nec ullo  
 de familiaribus nostris repugnante, ac ne tantillum  
 quidem resistente, miseram exanimem sauo pauore,  
 trepido, de medio matris gremio rapuere. Sic instar  
 Athracis uel Pirithoi, uel Protefilai despectæ, di-  
 sturbat æquē nuptiæ. Sed ecce sauisimum omnium,  
 nūc etiã redintegratur, imò uerò cumulat infor-  
 tunium meum. Nam uisa sum mihi de domo, de thala-  
 mo, de cubiculo, de toro deniq; ipso uiolens extrā-  
 sta, per solitudines auias, infortunatij, imi mariti no-  
 men invocare, eunq; ut primum meis amplexibus uē-

† mūdo

† Athidis  
† hunc

duatus: st, adhuc unguentis madidum coronis flori-  
 dum, consequi, uestigio me pedibus fugientem alienis  
 utq; clamore percito formosae raptū uxoris conquæ-  
 rens, populi testatur auxilium. Quidam de latroni-  
 bus importunè persecutionis indignatione per-  
 motus, saxo grandi pro pedibus abrepto, miscellū iu-  
 uenem maritum meum percussum interemit. Talis  
 aspectus atrocitate perterrita, somno funesto pauens  
 excussa sum. Tunc fletibus eius adspirans anus,

† mi sic incipit: Bono animo esto † me hercules, nec uanis  
 somniorum figmentis terreare. Nam præter quòd  
 diurnæ quietis imagines falsè perhibeantur, tum etiam  
 nocturnæ uisiones contrarios euentus nonnunquam

† contra quàm iugulari, lucrosū, prosperūq; prouentum  
 uidere nuntiant † circa ridere, & mellitis dulciolis uentrem  
 saginare, uel in uoluptatem ueneriam conuicere,

† uel laxa tristitiæ animi langori corporis, damnisq; cæteris  
 tum † uel anxiatum iri prædicant. Sed ego te narrationi  
 bus lepidis, anilibusq; fabulis, protinus euocabo, &  
 inapit: Erant in quadam ciuitate rex, & regina, hi  
 treis numero filias, forma cōspicuas habuere, sed ma-  
 iores quidem natu, quanuis gratissima specie, idoneæ  
 tamen celebrari posse laudibus humanis crede-  
 bantur. At uerò puellæ iunioris, tam præcipua, tam  
 præclas

præclara pulchritudo nec exprimi, ac nec sufficien-  
 ter quidem laudari sermonis humani penuria pote-  
 rat. Multi deniq; ciuium, & aduenæ copiosi, quos  
 eximij spectaculi rumor studiosa celebritate congre-  
 gabat inaccessæ formositatis admiratione stupidi, &  
 admoventes oribus suis dexteram, priore digito in  
 erectum pollicem residentes, ut ipsam prorsus de-  
 am Venerem religiosis adorationibus ueneraban-  
 tur. Iamq; proximas ciuitates, & attiguas regiones  
 fama peruaserat, deam, quam cærum profundum  
 pelagus peperit, & ros spumantium fluctuum educa-  
 uit, iam numinis sui passim tributa uenia, in medijs  
 conuersari populi certibus, uel cetè rursum nouo  
 celestem stellarum germine non maria, sed terras  
 Venerem aliam uirginali flore præditam pullulas  
 se. Sic immensum procedit in dies opinio: sic insulas  
 iam proximas, et terræ plusculum, prouinciæq; plu-  
 rimas fama porrecta peruagatur. Iam multi morta-  
 lium longis uincibus, atq; altissimis maris meatibus,  
 ad sæculi specimen gloriosum confluebant. Pa-  
 phum nemo, Gnidum nemo, ac ne ipsa quidam Ci-  
 thera, ad conspectum deæ Veneris nauigabant. Sa-  
 cra deæ proferuntur, templa deformantur, pului-  
 naria profiruntur, cerimonie negliguntur, incoro-  
 nata simulacra, & aræ uiduæ frigido cinere, sæda-

†cœtibus

te puellæ, supplicatur, & in humanis uultibus, de  
 tantæ numina placantur, & in matutino progressu  
 uirginis uictimis, & epulis Veneris absentis nomen  
 propitiatur. Iamq; per plateas cōmeantem, popu-  
 li frequenter floribus certis & solutis adprecatur.  
 Hic honorum cælestium ad puellæ mortalis cultum  
 immodica translatio. Verè Veneris uehementer in-  
 cendit animos, & impatiens indignationis, capite  
 qua'santi fremens altius, sic secum differit: En rea-  
 rum naturæ prisca parens, en elementum origo in-  
 itialis, en orbis totius anima Venus, quæ cum mortu-  
 li puella partiaro maiestatis honore tractor, &  
 nomen meum cælo conditum, terrenis sordibus pro-  
 phanatur. Nimirum cōmuni numinis piamento uis-  
 carie uenerationis incertum sustinebo, & imaginē  
 meam circumferes puella moritura. Frustra me pa-  
 stor ille, cuius iustitiam, fidemq; magnus cōprobauit  
 Iupiter, ob eximiam speciem tātis prætulit deabus.  
 Sed non adeo gaudens ista quicumq; est, meos hono-  
 res usurpauit iam saxo huius etiā ipsius illicitæ for-  
 formosi  
 mositas  
 mositas pœniteat. Et uocat confestim puerum suum,  
 penatum illum, & satis temerarium, qui malis suis  
 moribus contempta disciplina publica, flammis &  
 sagittis armatus, per alienas domos, nocte discurs-  
 rens, & omnium matrimonia corrumpens, impune  
 committit



committit tanta flagitia, & nihil prorsus boni facit.  
 Hunc quancūq; genuina licentia procacem, uer-  
 bis quoq; insuper stimulat: per ducit ad illam ciuita-  
 tem, & Pſyche, hoc enim nomine puella nuncupa-  
 batur, coram ostendit, & tota illa perlata de forme-  
 sitis emulatione fabula gemēs, ac si emens indiui-  
 nauōe: Per ego te inquit maternæ caritatis fœdera  
 deprecor, per tuæ sagittæ dulcia uulnera, per flam-  
 mæ istius mellitas ureāmes, uindictam tuæ parenti,  
 sed plenam tribue, & in pulchritudinem contuma-  
 cæ reuerenter uindica, idq; unū, & præ omnibus  
 uniam uolens effice. Virgo ista amore flagrantissi-  
 mo teneatur hominis extremi, quæ & dignitatis, &  
 patrimonij, simul & incolumitatis ipsius fortuna  
 damnauit: namq; infirmi, ut per totum orbem nō in-  
 uenia: miserie suæ comparem. sic effata & osculis  
 hiantibus filium diu ac præssulè sauata, proximas  
 oras reſtui littoris petit, plantisq; roseis uibrantiū  
 fluctuū summū rorē calcauit. Ecce iam p̄fundi maris  
 udo reſedit uertice, et ipsum quod incipit uelle sta-  
 tim quasi pridē præcepit, nō moratur marinū obſe-  
 quiū. Adſunt Nerei filie, chorū canētes, et Fortunę  
 ceruleis barbibus hispidus, et grauis piscoso sinu sala-  
 tia, auriga puulus delphini Palemō iā paſſim maria  
 p̄ſultātes, Tritonū cateruæ. Hic cō. ha sonāū leiter  
 G 4 buccinat



† obstitit buccinat, ille serico tegmine flagrantiae solis † obstitit inimicis, alius sub oculis dominae speculum praegerit, currus † alij subnatant. Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus. Interea Psyche cum sua sibi perspicua pulchritudine, nullum di coris sui fructum percipit, spectatur ab omnibus, laudatur, † nec quisquam non rex, non regus, nec de plebe saltem, cupiens eius nuptiarum petitor, accedit. Mirantur quidem diuinam speciem. sed ut sinu lacrum fabre pollitum mirantur omnes. Olim diae maiores sorores, quarum temperatam formositatem, iam beatas nuptias adeptae. Sed Psyche uirgividua domi residens, deflet desertam suam solitudinem, egra corporis, animi saucia et quamuis gentibus totis complacitam, odit in se suam formositatem. sed infortunatissimae filiae miserrimus pater siffertatis caelestibus odijs, et irae superum moctueis, dei Milesi uetustissimum percontatur oraculum, et tanto numine precibus et uictimis ingratae uirgini petiit nuptias et maritum. Sed Apollo quanquam Graecus et Ioncus propter Milesiae conditorem, sic Iaina forte respondit:

Montis in excelsi scopulo desiste puellam,  
Ornatam mundo funerei thalami:

Nec

Nec speres generum mortali stirpe creatum,  
 sed scuum, atq; ferum, uiper eumq; malum,  
 Qui pinnis uolitas, super æthera cuncta fatigat,  
 Flammamq; & ferro singula debilitat,  
 Quæ tremuit ipse Iouis, quo numina terrificatur,  
 Fluminaq; horescunt, & frigida tenebre.

Rex olim beatus a patre sanctæ uaticinatiõis accepto  
 piger, tristisq; retro domum pergit, suaq; coniugis  
 præcepta sortis enodat infausæ. mœretur, statur,  
 lamentatur diebus plusculis, sed dira sortis, iam ur-  
 get & teter effectus: iam feralium nuptiarum miser-  
 rimæ uirgini choragium struitur, iam tede lumen  
 atræ fuliginis cinerem arcessit, & sonus tibie & gi-  
 gæ mutatur in querulum Lydij modum, cantusq; le-  
 tus Hymenei, lugubri finitur ululatu. Et puella nu-  
 ptura, deterget lacrymas ipso suo flammeo, sic esse  
 etæ domus triste fatum. Cuncta etiam ciuitas conge-  
 mebat, luctuq; publico cõsistim congruens edicitur  
 iusticiam. Sed montis caelestibus parenti necessitas,  
 & misellam Psychen ad destinatam pœnam affigi-  
 tabat. Perfectis igitur ferals thalamu cûsum mo mœ-  
 rore solennium, toto prosequente populo, uiuû pro-  
 ducitur funus, & lacrymosa Psyche comitatur, non  
 nuptias, sed exequias suas. Ac dum mœsti parentes,  
 & tanto malo perciti, nephariam facinus perficere  
 C 5 contantur,

† tetri

† zygiæ

† milef.ã

contantur, ipsa illa filiabus eos adhortatur uocibus.  
 Quid infelicem senectari fletu diuino cruciatist  
 quid spiritum uestrum, qui magis meus est, crebris  
 eiulatibus fatigatis? quid lacrymis inefficacibus ora  
 mihi ueneranda foedatis? quid laceratis in uestris  
 oculis mea lumina? quid caniciem scinditis? quid  
 pectora? quid ubera facta conditis? Hic erunt uo-  
 bis egregie meae formositatis praecleara premia inui-  
 diae nephariae, ne tali plaga percussi, sero senitis cu-  
 gens & populi celebrarent nos diuinis honoribus,  
 cum nouam me uenero ore consono nuncuparent,  
 tunc dolere, tunc flere, tunc me iam quasi peremptam  
 lugere debuistis. iam sentio, iam uideo. solo me no-  
 mine ueneris perisse. Ducite me, & cui fors ad die-  
 rit scopulo sistit. Festino felices istas nuptias obire,  
 festino generosum illum maritum meum uidere. Quid  
 differo? quid de trecto uentem, qui totius orbis  
 exitio natus est? sic profata uirgo conticuit, ingres-  
 sitque iam ualido pompae populi prosequētis sese in-  
 scuit. itur ad constitutum scopulum montis ardui cuius  
 † statutam in summo cacumine † statuam puellam cuncti † de-  
 † deserent ferunt, tedeasque nuptiales quibus praeduxerat ibide-  
 tes lacrymis suis eximetas relinquentes, deiectis capiti-  
 bus domuitione parant. Et miseri quidem parietes  
 eius tanta clade defessi, clausae domus abstrusi tene-  
 bris

bris perpetua nocti sese dedidere. Psychen ac t̄ pa-  
rentem ac trepidam, & in ipso scopuli uertice de- t̄ pauentē  
scentē mitis aura molliter spirantis Zephyri uibra-  
tis hinc inde lacinijs, & restato sinu sensim leuitam  
suo tranquillo spiritu uehens, paulatim per deuexa  
excelsae uallis subditae florentis cespitis gremio le-  
niter delapsam reclinat.

**L. APV-**  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO-  
NICI, DE ASINO AV-  
REO LIBER  
QVINTVS.



Psyche teneris, & uerbosis lo-  
cis, in ipso toro roscidi t̄ germi t̄ grami-  
nis suaue recubans, tanta mētis nis  
perturbatione sedata, dulce cō-  
quieuit. Iamq̄; sufficienti recrea-  
ta somno, placidē resurgit ani-  
mo. Videt lucum proceris & uastis arboribus con-  
situm: uidet fontē uitreo latice t̄ placitū, medio luci t̄ perlucē  
me ditullio propē fontis ad lapsum domus regia est, dum  
edificata



†manibus edificata non humanis, † sed diuinis manibus ac ar  
 sed diui. tibus. Iam scies ab introitu primo, diem cuiuspiam  
 artibus luculentum & amœnum uidere te diuersorū. Nam  
 summa laquearia citro, & ebore curiose cauita  
 subeunt auræ columnæ parietes, omnes argenteo ce  
 lamine conteguntur, bestijs & id genus pecudibus  
 occurrētibus, ob os introeuntū. Mirus profum ma  
 gnæ artis homo, imò semideus uel certè deus, qui ma  
 gnæ artis subtilitate tantū effigauit argentū. Erunt  
 uerò pauimēta ipsa lapide precioso cesim diminuo  
 in uaria picturæ genera discriminātur uehemēter.  
 Iterū ac sæpius beatos illos, qui sup gemmas & mo  
 nilia calcant. Iam cæteræ partes longè, latèq; dispo  
 sitæ domas, sine precio preciose, totiq; parietes so  
 lidati massis aureis, splendore proprio coruscant,  
 ut diem suū sibi domus faciat, licet sole nolente. Sic  
 cubicula, sic porticus, sic ipse ualæ fulgur at. Nec se  
 cius opes cæteræ maiestati domus respōdent: ut ea  
 quidē illud rectè uideatur, ad conuersationē huma  
 nam, magno Ioui fabricatum cæleste palatiū. Inuita  
 † oblecto ta Psyche talium locorū † oblatione propius access  
 sit, & paulò fidentior, mira limen sese facit mox per  
 lectante studio pulcherrimæ uisiōis: miratur singula,  
 & alirinfecus editū horrea, sublini fabrica pfecta,  
 magnisq; cōgesta gazis cōspicit. Nec est quicq; quod  
 ibi



ibi non est. Sed præter cæteram tantarum diuitiarum  
 admirationem, hoc erat præcipue mirificum, quòd nul-  
 lo uinculo, nullo clastro, nullo custode, totius orbis  
 thesaurus, ille muniebatur. Hic ei summa cum uolup-  
 tate uisenti, offert sese uox quædam corporis sui nu-  
 da. Et quid inquit domina tantis obstupescis opibus?  
 Tua sunt hic omnia. Pro hinc cubiculo te refer, &  
 lectulo lassitudinem refoue: & ex arbitrio lauacrum  
 pete. Nos quarum uoces accipis, tuæ famule, sedulo  
 tibi præministrabimus: nec corpus curatæ tibi regæ  
 les epule morabuntur. Sensit Psyche diuinæ pro-  
 uidentia beatitudinem, monitusq; uoces informes au-  
 diens, & prius somno, & mox lauacro fatigationem  
 sui diluit. Visoq; statim proximo femirotudo, suggestum  
 propter, instrumentum tæcenatorium rata, relictum <sup>†</sup>Cenato-  
 suo, commodum libens accumbit, & illico uini uictu-  
 rum rei, eduliumq; uariorum sercula copiosa, nullo seruien-  
 te, sed tantum spiritu quodam impulsa subministran-  
 tur. Nec quenquam tamẽ illa uidere poterat, sed uer-  
 ba tantum audiebat excidentia, & solas uoces famu-  
 las habebat. Post <sup>†</sup>optimas dapeis, quidam introcessit, <sup>†</sup>Opinas  
 & cantauit inuisus, & alius cithara pulsauit, que ui-  
 debatur nec ipsa. Tunc modulata multitudinis con-  
 ferta uox, aures eius affertur, ut quamuis hominum  
 nemo pareret, chorus tamen esse pateret. Finitis uo-  
 ceptatibus

† agebatur

luptatibus, uespera suadente concedit Psyche cubitū.  
 Iamq; prouecta nocte, & clemens quidam sonus au-  
 relis eius accedit. Tunc uirginitati suæ, pro tanta solitu-  
 tudine metuens, & pauet, & horrescit, et quouis ma-  
 lo plus timet, quod ignorat. Iamq; aderat ignobilis  
 maritus, & thorum incendit, & uxorem sibi Psy-  
 chen fecerat, & ante lucis exortum, properè disces-  
 serat. Statim uoces cubiculo prestolante, nouam nup-  
 tam interfectæ uirginitatis curant. Hic diuino tem-  
 pore sic † agebant, atq; ut est natura redditum noui-  
 tas per assiduam consuetudinē, delectationem eius  
 cōmendarat: & sonus uocis incertæ solitudinis erat  
 solatium. Interea parentes eius in defesso luctu atq;  
 mœrore consenescebant, latiusq; porrecta fama, so-  
 rores illæ maiores cuncta cognorant, properèq; mœ-  
 ste atq; lugubres, deserto lare, ærtatim ad paruentū  
 suorum conspectum, affatumq; perrexerant. Ea no-  
 cte ad suam Psychen sic inquit maritus: namq; præter  
 oculos, & manibus & auribus sentiebatur: Psyche  
 dulcissima, & cara uxor, exitiabile tibi periculū mi-  
 natur fortuna seuior, quod obseruandum præstare  
 cautela censeo. Sorores iam tuæ mortis opinione tur-  
 bate, uimq; uestigium requirentes, scopulum istum  
 protinus adiere, quarum si quas fortè lamentationes  
 scæperis, neq; respondeas, imò nec prospicias omni-  
 no.

Cæterum mihi quidem grauissimum dolorem, ti-  
 bi uerò summum creabis exitium. Annuit, et ex ar-  
 bitrio mariti, se facturam spondit. Sed eo simul  
 cum nocte dilapso, diem totum lacrymis ac plangori  
 bus miscella cõsumit: se nunc maximè pro rursus perisse  
 iterans, quæ beati carceris custodia septa, & humanæ  
 ne conuersationis colloquio uiduata, ne sororibus  
 quidem suis, de se moerentibus opem salutare fer-  
 re, at ne uidere eas quidem omnino posset. Nec laus  
 eo, nec aë, nec ulla deniq; refectione recreata siēs  
 libertim decēdit ad somnum. Nec mora cum paulò  
 maturius lectum maritus accubans, eamq; etiam nūc  
 lacrymantem complexus, sic ex postulabat: Hicne mi-  
 hi pollicebare Psyche mea quid iam, de te tuus mari-  
 tus expecto quid spero, & per dia, & pernox, nec <sup>t</sup>perfidæ  
 inter amplexus coniugales desinis cruciatus? Age iã  
 nun ut uoles, & anima tuo damnosa poscenti, pare-  
 ro tamen memineris meæ serie monitionis, cum cœpe-  
 ris sero poenitere. Tunc illa precibus, & dum se mo-  
 rituram comminatur, extorquet à marito, cupitis an- <sup>t</sup>conferat  
 nuat ut sorores uideat, luctus mulceat, ora t̄ conferat  
 Sic ille noue nupte precibus uentiam tribuit: & insu-  
 per quibuscumq; uellet eas auri, uel monilium donare  
 concepit. Sed itentidem monuit, ac sepe terruit, ne  
 quando sororum pernicioso consilio suasa, de forma  
 mariti

mariti quærat, neue se sacrilega curiositate, de tâto  
 fortunarum suggestu pessum deijciat, nec suum postea  
 contingat amplexum. Gratiâs egit marito, iamq; leti  
 or animo. Sed prius inquit senties moriar, quàm tuo  
 isto dulcissimo connubio caream. Amo enim & efflu  
 ctu n te, te quicumq; es diligo, atq; ut meum spiritum,  
 nec ipsi cupidini comparo: sed illud etiam precibus  
 meis oro largire, & illi tuo famulo præcipe Zephy  
 ro, simili uectura sorores huc mihi sistat. Et impi  
 mens oscula suasoria, & ingerens uerba mulcentia  
 & iungens membra cohibentia, hinc etiam blandi  
 tiji astruit. † Mellite mi marite, tuæ Psyche: dulcis  
 anima, ui ac potestate Veneris usurus. Inuitus succum  
 bit maritus & cuncta se facturum spondit. At eti  
 am lux proximante, de manibus uxoris euauit. At  
 ille sorores percontatæ scopulum, locumq; illum quo  
 fuerat Psyche deserta, festinantes adueniunt. Ibiq;  
 descibant oculos, & plangebant ubera, quo ad cre  
 bris eorum ciulatibus, saxa, cautesq; parilem sonum  
 resultarent. Iamq; nomine proprio sororem miserâ  
 ciebant: quoad sono penetrabili uocis ululabilis per  
 prona delapsæ, amens & trepida Psyche procura  
 rit è domo. Et quid inquit uos miseris lamentationi  
 bus ne quicquam effligatis, quàm lugetis? Adsum, luam  
 bres noces desinite, & diutinas lacrymis madentis  
 genas



genas siccate Tandem quippe cum iam possitis, quā  
 plangebatis amplecti. Tunc uocatum Zephyrū præ  
 cepti maritalis ammonet. Nec mora, cum ille parens  
 imperio statim elementissimis flatibus innoxia uectū  
 ra deportat illas. Iam mutuis amplexibus, & se=  
 stinatibus sauijs sese perfruantur et ille sedatæ la=  
 cryme postliminio redeunt prolestante gaudio. Sed  
 & rectum inquit, & larem nostrum læta succedite  
 & afflictas animas cum Psyche uestra recreate. Sic  
 allocuta summas opes domus aureæ, locumq; serui  
 entium populosum familiā auribus earum, lauacroq;  
 pulcherrimo, & inhumane mensæ lauticijs eas oppi  
 pere reficit: ut illarum prorsus cælestium diuitiarum  
 copijs affluentibus & satietate, iam præcordijs peni=  
 tus nutrent inuidiam. Deniq; altera earum, satis † satietate  
 scrupulose, curiosq; percōtari non desinit, quis illa  
 rum cælestium dominus, quisue, uel qualis ipsius sit  
 maritus. Nec tamen Psyche coniugale illud præce=  
 ptum ullo pacto temerat, uel pectoris arcanis exigit:  
 sed è re nata consingit esse iuuenem quendam, et spe † Lanosum  
 ciosum cōmodum. Lanosum barbitio genas inum=  
 brantem, plerunq; rurestribus, & montanis uenati  
 bus occupatum, et nequa sermons præcedentis labe  
 cōsiliū tacitum proderetur auro factū, gemmosiq;  
 monilibus onustas eas statim uocato Zephyro tradit  
 H reportan



reportandas. Quo protinus perpetrato, sorores e-  
 gregiæ domum redeuntes, iamq; gliscentis inuidiæ  
 felle flagrantes, multa secum sermonibus mutuis per-  
 strepebant. Sic deniq; insit altera: En orba, & seu-  
 & iniqua fortuna, hicine tibi complacuit, ut utroq;  
 parente prognatæ, diuersam sortem sustineremus.  
 Et nos quidem, quæ natu maiores sumus, maritis ad-  
 uenis, anallæ de ditæ, extorres, et lare, et ipsa patria  
 degamus, longè parentum uelut exulantes? Hic aut  
 nouissima quam fœtu satiente postremus partus effu-  
 dit, tantis opibus, & deo marito polita, quæ nec uti  
 rectè tanta bonorum copia nouit. Vidisti soror, quæ  
 ta in domo iacent, & qualia monilia, quæ prænitent  
 uestes, quæ splendent gemmæ, quantum prætercâ  
 passim calcatur aurum, quod si maritum etiam tam  
 formosum tenet, ut affirmat, nulla nunc in orbe toto  
 felicior uiuit. Fortassis tamen procedente consuetu-  
 dine, et adfectione roborata, deam quoq; illam deus  
 maritus efficiet. Sic est hercules, sic se gerebat, fere-  
 batq;. Iam iam sursum respicit, & deam spirat muli-  
 er, quæ uoces ancillis habet, et uentis ipsis imperat.  
 At ego misera primùm, patre meo seniore in maritum  
 sortita sum, dein auarbita caluiorem & quouis pu-  
 tro Puffillio = ero Pumiliorem, cum cuncta domum ferris & ca-  
 rem themis obditam custodientem, suscipit alia. Ego uerò  
 maritum

maritū articulari etiā morbo complicatū, curuatūq;  
 ac per hoc rarissimē Venerem meā recoientem, susti-  
 neo plerūq; detortos, & duratos in lapidem digitos  
 eius perfricans, fomentis olidis, & panis sordidis et  
 foetidis cataplasmatibus manus tam delicatas istas  
 adurens, nec uxoris offiāosam faciem, sed modicē la-  
 boriosam personam sustinens: et tu quidem soror ui-  
 deris quā patienti, uel potius scruii, dicam enim <sup>†</sup>medice  
 liberē quod sentio, hic perferas animo. Enim uerō ex-  
 go nequeo sustinere ulterius tam beatam fortunam  
 collapsam indignē. Recordare enim quā superbe,  
 quā arroganter nobiscum egerit, & ipsa iactatio-  
 ne immodicē ostentationis tumentem suum prodide-  
 rit animum, deq; tantis diuitijs exigua nobis in uita  
 proiecerit, conestimq; presentia nostra grauata pro-  
 pelli, & efflari, exhibitariq; nos iusserit. Nec sum muli-  
 er, nec omnino spiro, nisi eam pessum de tantis opti-  
 bus decerero. ac si tibi etiam ut par est, inacuit, no-  
 stra contumelia, consilium ualidum ambae requira-  
 mus, iamq; ista quæ ferimus, non parentibus nostris  
 ac nec uli demonstramus alij, imō nec omnino quic-  
 quam de eius salute norimus: sat est, quod ipse uidi-  
 mus, quæ uidisse pœnituit, ne dum ut genitoribus &  
 omnibus populis, tam beatum eius differamus præ-  
 sonium, Nec sunt enim beati, quorum diuitias nemo

nouit, sciet se non ancillas, sed sorores habere maio-  
res. Et nunc quidem concedamus ad maritos, & la-  
res pauperes nostros, sed planè sobrios reuisamus.  
Deniq; cogitationibus prestioribus instructa adq;  
superbiam puniendam firmiores redeamus. Flaxit  
pro bono duobus malis, malum consiliū. Totisq; illis  
tam preciosis muneribus absconditis, comam trahē-  
tes, et perinde, ut merebantur, ora lacrantes, simul-  
atos redintegrant fletus. Ac sic parentes quoq; re-  
dulcerato prorsus dolore, raptim deterrētes uesania  
turgidae, domus suas contendunt, dolum scelestum  
inò uerò parricidium struentes contra sororem in-  
fontem. Intercà Psychen maritus ille, quem nescit  
rursus suis illi nocturnis sermonibus, sic commonet:  
Vidēsne quantum tibi periculum uelitur fortuna  
eminus? Ac nisi longè firmiter præcaues, mox comi-  
nus congregietur. Perfidæ lupule magnis conati-  
bus nefarias insidias tibi comparant: quarū summa  
est, ut te suadent meos explorare uultus, quos ut tibi  
sepe prædixi, non uidebis si uideris. Ergo igitur si  
post hac, pessimæ illæ lamie noxijs animis armatæ ue-  
nerint, uenient autem scio, neq; omnino sermone  
conferas, etsi id tollerare pro genuina simplicitate,  
proq; animi tui tene: itudine non potueris, certè de  
marito nul quicquàm, uel audias, uel respondeas. Nā

Et familiam nostram, iam propagabimus, et hic ad  
 huc infans uteris gestat nobis infantem alium, si  
 texeris nostra secreta silentio, diuimum: si prophe-  
 naueris mortalem nuncio. Psyche t̄ florebat, et di t̄ leta flo-  
 uinae sobolis solutio plaudebat, et futuri pignoris rebat  
 gloria gesebat, et materni nominis dignitate gau-  
 debat, crescentes dies, et mensis exeuntes anxia  
 numerat, et sarcinae uescia rudimenta miratur, de  
 breui p̄ctulo tantum incrementulum locupletis ute-  
 ri. Sed iam pestes illae, terribesq; furiae, anhelantes  
 uipereum uirus, et festinantes impia celeritate nau-  
 uigabant. Tunc sic iterum momentarius maritus suam  
 Psychen admonet. Dies ultimus, et casus extremus  
 et sexus iniustus, et sanguis inimicus iam sumpsit  
 arma, et castra commouit, et aciem direxit, et clas-  
 sicum personauit. iam mucrone districto iugulum tuum  
 nefarie tuae sorores petunt. Heu quantis urgemur  
 cladibus Psyche dulcissima, tui, nostriq; miserere, re-  
 ligiosaq; continentia domum maritum, teq; et istum  
 paruulum nostrum imminentis ruinae infortunio li-  
 bera: nec illas scelestas foeminas, quas tibi post inter-  
 necium odium, et calcata sanguinis foedera, sorores  
 appellare non licet, uel uideas, uel audias, cum  
 t̄ a more Sirenum scopulo prominentes: funestis uo-  
 cibus saxa personabunt. suscipit Psyche singuliu-



lacrymoso sermonem incertans : iam dudum quid  
 † parcilo sciam, fidei atq; † parciloqui mei perpendisti do-  
 quio meo cumenta. Nec eò secius approbabitur tibi nunc etiã  
 firmitas animi mei: tu modo Zephyro nostro rur-  
 sum præcipe, fungatur obsequio, & inuicem dene-  
 gate sacrosanctæ imagines tuæ, redde saltem con-  
 spectum sororum, per istos cinnameos, & undiq;  
 pendulos crines tuos, per teneras & teretis, &  
 mei similes genas, per pectus, nescio, quo calor e fer-  
 uidum, sic in hoc faciem paruulo cognoscam faciem  
 tuam, supplicis anxie pijs precibus erogatus, germa-  
 ni complexus indulge fructum, & tibi deuotæ, di-  
 cateq; Psyche animam gaudio recreata. Nec quic-  
 quam amplius in tuo uultu requiro: iam nihil officia-  
 unt mihi, nec ipsæ nocturnæ tenebræ. Teneo te meū  
 lumen. His uerbis & amplexibus mollibus decanta-  
 tus maritus, lacrymasq; eius suis crinibus detergēs,  
 facturum spondit, & præuertit statim lumen na-  
 scentis dici, iugum sororium consponte factionis, ne  
 parentibus quidem uisis recta de nauibus scopulū  
 petunt, illum præcipiti cum uelocitate, nec uenti se-  
 rentis opertæ præsentiam licentiosa cum temerita-  
 te profiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus re-  
 galis edicti, quãuis inuitus, suscepta eas gremio spia-  
 re conforto rantis aure solo reddidit. At ille incōtate statim † cō-  
 fert



Frto uestigio, domum penetrant, complexæq; su-  
 am prædam, sorores nomine mentientes, thesau-  
 rumq; penitus abdite, fraudis vultu lato testantes  
 sic adulant Psyche, non ita ut pridem parvula, &  
 ipsa iam mater es, quantum putas boni nobis paris  
 in ista <sup>†</sup> parvula, quantis gaudijs totam domum hi-  
 larabis, o nos beatas, quas in tantis aureis nutrimẽ  
 ta letabunt: qui si parentum, ut oportet pulchritudi-  
 ni responderit protinus, cupido nascetur. sic affe-  
 ctione simulata, paulatim sororis inuadunt animum,  
 statim eas lassitudine uie, sedilibus refotas, & bal-  
 nearum uaporosis fontibus curatas, pulcherrimẽ  
 triclinio mirisq; illis & beatis edulibus atque tuce-  
 tis oblectat: iubet citharam loqui, psallitur, ti-  
 bijs agere, sonatur, choros canere, cantatur que  
 nullo præsentis cuncta dulcissimis modulis, ani-  
 mos audientium remulcebant. Nec tamen scele-  
 starum foeminarum nequitia, uel ipsa mellita can-  
 tus dulcedine mollita conquieuit, sed ad destina-  
 tam fraudium pedicam sermones conferentes,  
 dissimulanter occipiunt suscitari, qualis ei mari-  
 tus, & unde noctalium spectacula prouenrẽt. Tũc  
 illa simplicitate nimia pristini sermonis oblita, no-  
 uum commentum instruit. Aitque maritum suum

† perula

de provincia maxima, magnis pecunijs negociantē  
 iam medium cursum ætatis agere: inter spersum raris  
 ra canicie. Ne in sermōe isto tantillū morata, rursus  
 cum opiparis muneribus eas honestas, uentoso uehi-  
 culo reddidit. Sed dum Zephyri tranquillo spirita  
 sublimatæ domum redeunt, sic secum altricantis:  
 quid soror dicimus de tam monstroso fatuo illius  
 mendacio Tunc adolescens modo florenti lanige-  
 næ barbam instruens, nunc ætate media candenti ca-  
 nicie lucidus, quis ille, quem temporis modici spaciū  
 repentina senectæ reformauit? Nil aliud reperies  
 nisi soror, quàm uel mendacium istam pessimam fœ-  
 minam confingere, uel formā moriti sui nescire, quo-  
 rum utrum † est opibus istis quàm primum extermi-  
 nando est. Quod si uiri sui faciem ignorat, idcō pro-  
 fectō deuupsit, & deum nobis prægnatione ista ge-  
 rit. Certè si diuini puelli, quod absit, hic mater audie-  
 rit, statim me laqueo uexili suspendam. Ergo interim  
 ad parentes nostros redeamus, & exordio sermo-  
 nis huius † qua cum colores fallaces adtexamus. sic  
 aliàs inflammata parentibus fastidienter appellatis, &  
 nocte turbatis uigilijs perdita matutino scopulum  
 peruolant: & inde soliti uenti præsidio uehementè  
 deuolant lacrymā: quæ pressura palpebrarum coactis  
 hoc astu puellam appellat: Tu quidam felix, & ipsa  
 tantū

anti mali ignorantia beata, sedes incuriosa periculi  
 tui. Nos autem quæ per uigili cura rebus tuis excu-  
 bamus, cladibus tuis miserè cruciamur. Pro uerò  
 nanq; comperimus, nec te sociæ scilicet doloris, ca-  
 susq; tui celare possumus, immanem colub: ù, multi  
 modis uoluminibus serpentē ueneno noxio colla san-  
 guinantē, hiantem ingluuie profunda tecū noctibus  
 latenter acquiescere. Nunc recordare sortis Psy-  
 thicæ, quæ te trucis bestię nuptijs destinata esse cla-  
 mauit. Et multi coloni, quiq; circumsecus uenantur,  
 & accolæ plurimi uidere eum uespera redeuntem  
 è pastu, proximusq; fluminis uadis innatantem: nec  
 diu blâdis alimoniarum obsequijs te saginari omnes  
 affirmant. Sed cum primùm prægnationē tuam ple-  
 nus maturauerit uterus, opimiorē fructu præditam  
 deuoraturum. Ad hic iam tua est existimatio, utrum  
 sororibus pro tua cara salute sollicitis adseruiri ue-  
 lis, & declinata morte nobiscum secura periculi ui-  
 uere, an seuijsimæ bestię sepeliri uisceribus? Quod  
 si te ruris huius uocalis solitudo, uel clandestinæ ve-  
 neris fœtidi, periculosiq; cœcubitus, & uenati ser-  
 pentis amplexus delectant, ceriè piæ sorores no-  
 strum fecerimus. Tunc Psyche miscella, utpote sim-  
 plex, & animum tenella, rapitur uerborum tam tri-  
 stium formidine, extra terminum mentis sua posita,

prorsus omnium mariti monitionum, suarumq; pro-  
 missionum memoriam effudit, & in profundum ca-  
 lamitatis sese præcipitavit, tremensq; & exanguis  
 colore lurida, tertata uerba, semianimi uoce sub-  
 strepens, sic ad illas ait: Vos quidem carissimæ sor-  
 res, ut par erat, in officio uestræ pietatis permane-  
 † qui tis: uerum & illi † quam talia uobis affirmant, non  
 uidetur mihi mendacium fingere. Nec enim unquã  
 uiri mei uidi faciem, uel omnino cuiatis sit noui: sed  
 tantum nocturnis subaudiens uocibus, maritum in-  
 certi status, & prorsus Lucifugã tollero, bestiaq; ali-  
 quam recte dicentibus uobis, marito consentio, meq;  
 magnopere semper à suis terret aspectibus, malig-  
 grãde dei uultus curiositate præmiatur. Nunc si quã  
 salutarẽ opem periclitanti sorori uestræ potestis as-  
 ferre, iam nunc subsistite: ceterũ incũria sequẽs prio-  
 ris prouidentie beneficia corrũpit. Nunc nocte, iam  
 portis patẽtibus nudatũ sororis animũ facinorose  
 mulieres, omnis tectæ machinæ: latibulis, destructis  
 gladijs fraudũ, simplicis puellæ pauentes cogitatio-  
 nes inuadunt. Sic deniq; altera: Quoniã nos origi-  
 nis nexus pro tua incolumitate periculũ quidẽ ullũ  
 ante oculos habere cõpellit, uitã, quæ sola deducit  
 iter ad salutẽ diu, diuq; cogitatã, mōstrauimus tibi.  
 Nouaculã præacutam ad pulsam etiã palmulæ len-  
 entis



entis exasperatam tori qua parte cubare consuesti, † lucer-  
 latenter abscondere † lucernam concinnè completam † lucer-  
 oleo, claro lumine præmicantem, subde aliquo clau namq;  
 dentis auleæ tegmine. Omnîq; isto apparatu tenacif  
 simè dissimulat, postquã sulcatus intrahens gressus  
 cubile solitū † conscenderint, iamq; † protectus † concede  
 exordio somni præmentis implicitus, altū soporem rit  
 flare coeperit, toro delapsa, nudoq; uestigio pensile † porrea  
 gradum paulatim minuens, cæcæ tenebræ custodia ctus  
 liberata lucerna, præclari tui facinoris oportunita  
 tem, de luminis cõsilio mutuare, et ancipiti telo illo † nisi  
 audaciter prius dextera sursum elata, † nixu quã ua  
 lido noxi serpētis nodū cervicis et capitis absconde,  
 nec nostrū tibi decribit subsidiū, sed cum prinū illius  
 morte salutē tibi feceris, anxiet̃ præst̃ labimur, cum  
 ctisq; istis socijs tecū relatis uotiuus nuptijs, hominõ  
 te iungemus homini. Tali uerborū incēdio flāmata  
 uiscera sororis, iã prorsus ardētis deserētis ipsæ pti  
 nus tanti mali consiliū sibi, etiã eximie metuētis. fla  
 tus alitis impulsu solito porrectæ sup scopulū illico  
 pernici se fuga proripiūt. Statimq; cõscenscis nauim  
 bus abeūt. At Psyche relicta sola, nisi, q; infestis fu-  
 rijs agitata, sola nõ est æstu pelagi simile, merēdo flu-  
 ctuat. Et qũis statuo cõsilio, et obstinato año, iã tum  
 facinorosas manus admouēs, adhuc incerta consilij  
 titubet



titubet, multisq; calamitatis suae distrabitur affectibus, festinat, disfert, audet, trepidat, diffidit, irascitur, & quod est ultimum in eodem corpore odit bestiam. Diligit matrem, uespera tamen iam noctem trahente, praecipiti festinatione, nefarii sceleris instruit apparatus. Nox aderat, & maritus aderat, primumq; Veneris praelijs uelitatus altum soporem descenderat. Tunc Psyche & corporis & animi alioquin infirma, fati tamen sententia subministrante, uiribus roboratur, & prolata lucerna, et arrepta nouacula, sexum audacia inuauit. Sed cum primum luminis oblatione tori secreta claruerunt, uidet omnium ferarum mitissimam, dulcissimamq; bestiam, ipsum illum Cupidinem formosum deum, formose cubantem, cuius aspectu lucernae quoq; lumen hilaratum increbuit, & acuminis sacrilegi nouacula praenitebat. At uero Psyche tanto aspectu deterrita, et impos animi marcido pallore defecta, tremensq; decedit in imos poplites: & ferrum querit abscondere, sed in suo peccatore, quod profecto fecisset, nisi ferrum timore tantum flagitij, manibus temerarie delapsum euolasset. Iamq; lassata salute defecta, dum saepius diuinum uultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi. Videt capitis aurei genialem caesariem, ambrosia tumultentem, seruices lactis, gemasq; purpureas pererrantes crinum

nium globos, decoriter impeditos. Alios antè pen-  
 dulos, alios retrò pendulos quorum splendor ni-  
 nio fulgurante, & ipsum lumen lucernæ uacillabat,  
 per humeros uolatilis dei, pinæ roscidæ micanti flo-  
 re candicant. Et quamuis alis quiescentibus, extimæ  
 plumulæ tenellæ, ac delicate, tremulæ ressaltantes,  
 inquietè laiciunt. Ceterùm corpus glabellū atq;  
 luculentum, & quale peperisse Venerem non pœni-  
 tet. Ante lectuli pedes iacebat arcus, & pharetra,  
 & sagittæ magni dei propitia tela. Quæ dum insati-  
 abili animo Psyche satis curiosa rimatur, atq; per-  
 tractat: & mariti sui miratur arma, de promit unam  
 de pharetra sagittam, & puncto policis extremam  
 aciem periclitabunda, tremētis etiam nūc articuli  
 T̄n̄ixu fortiore pupugit, altius, ut per summam cutē <sup>T̄n̄ixus</sup>  
 torauerint paruulæ sanguinis rosci guttæ. sic igna-  
 ra Psyche sponte in amoris incidit amorem. Tunc  
 magis magisq; cupidine flagrans Cupidinis, prona  
 in eum effuētum inhians, petulis ac patulantibus sa-  
 uijis festinanter ingestis, de somni mensura metuebat.  
 Sed dum bono tanto percita, saucia mente fluctuat,  
 lucerna illa siue perfidia pessima, siue inuidia noxia  
 siue quod tale corpus contingere, & quasi basiare  
 & ipsa gestiebat, cuomuit de summa luminis sui st. llā  
 struentis olei, super humerum dei dextrum. Hem au-

dax, & temerari a lucerna, & amoris uile ministeriū  
 ipsum ignis totius decum aduris, cum te scilicet amator  
 aliquis ut diutius, cupitis etiam nocte potiretur, pri-  
 Timuenerit mus<sup>t</sup> inuenit. Sic iniustus exiluit deus, suaq; detestae  
 fidei colluuiæ, prorsus ex oculis & manibus infelici-  
 sine coniugis taatus auolauit. At Psyche statim re-  
 surgentis eius crure dextro manibus ambabus arrep-  
 to, sublimis cuectionis appendix miseranda, & per-  
 tubilas plagas penduli comitatus extrema cōsequia,  
 tandem fessa delabitur solo. Nec deus amator humi  
 iacentem deserens, inuolauit proximam cupressum,  
 deniq; eius alto acumine, sic eam grauiter cōmotus  
 affatur: Ego quidem simplicissima Psyche parentis  
 meæ Veneris præceptorum immemor, quæ te miseri,  
 extremiq; hominis deuictam cupidinem, infimo matri-  
 monio addici iusserat, ipse potius amator aduolauit  
 tibi. Sed hic feci leuiter scio, & præclarus ille sagitta-  
 rius ipse, me telo meo percussit, teq; coniugem meâ fe-  
 ces meū, quod istos amatores tuos oculos gerit. Hic ti-  
 bi identidem semper cauenda censebam. Hic beni-  
 uolè remouebam, sed ille quidem consiliatrices egre-  
 gie tuæ, tam perniciosi magisterij dabunt actutum  
 mihi poenas, Te uerò tantum fuga mea puniuero. Et  
 cum termino sermanis, pinus in altum se proripuit,  
 Psyche

Psyche uerò humi prostrata, & quantum uisu poterat, uolatus mariti prospiciens, extremis affligebat lamentationibus animum. Sed ubi remigio plumulæ, captu spatij fecerat alienū, per proximi fluminis marginē præcipitē sese dedit. Sed mitis fluius in honore dei scilicet qui ipsas aquas urere consuevit, metuens sibi cōiēctam eam innoxio uolumine, super ripam florentem herbis exposuit. Tunc forte Pan deus rusticus iuxta supercilium amnis sedebat, complexus hic humo annam deam, eamq; uoculas omnimodas edocens recinere proximē ripam uago pastu lasciuunt comam flunij condentes capellæ, hirtuosus deus, sauciam Psychen, atq; desectam, utaq; casus eius non inscius clementer ad se uocatam, sic permulcet uerbis lenientibus: Puella scitula, sum quidam rusticus, & opilio, sed senectutis prolixæ beneficio multis experimentis instructus. Verum si rectè coniecto, quod pro se non prudentes uiri diuinationē autumāt, ab isto titubante, et sæpius uacillante uestigio, deq; nimio pallore corporis, & astiduo suspiratu, imò & ipsis merentibus oculis tuis amore nimio laboras. Ergo mihi ausculta, nec te rursus præcipitio, uel ullo mortis accersito te genere perimas, luctum desine, & pone mæcerem, precibusq; potius Cupidinem deorū maximum percole, & ut pote adolescentem delicatū,



licatum, luxuriosumq; blandis obsequijs promere.  
 Sic locuto deo pastore, nulloq; sermone reddito, sed  
 adorato, tantum numine salutari, Psyche pergit ue  
 Sed antequam multum uia laboranti uestigio perer  
 rasset, inscio quodam tramite iam de labente, accedit  
 quandam ciuitatem, in quam regnum maritus uirtus  
 sororis eius obtinebat. Qua re cognita Psyche nūci  
 ari presentiam suam sorori desiderat. Mox induc  
 ta, alternis amplexibus, mutuae salutationis, exple  
 tis, percontanti causas aduentus sui, sic incipit: Memi  
 nisi consilium uestrum, scilicet quo mihi suasisit, ut  
 bestiam quae mariti mentito nomine, mecum quiescebat,  
 priusquam ingluuie uoraci me misellam hauriet, an  
 cipiti nouacula perimerem: sed cum primum ut aequi  
 placuerat, conscio lumine uultus eius aspexi, uideo  
 mirum, diuinumq; prorsus spectaculum ipsum illum  
 deae Veneris filium, ipsum inquam Cupidinem leni  
 quiete sopitum. Ad dum tanti boni spectaculo perci  
 ta, & nimia uoluptatis copia turbata, fruendi labo  
 rem inopia, casu scilicet pessimo, lucerna feruens ora  
 leum rebuliuit in eius humerum, quo dolore statim  
 somno recussus, ubi me ferro, & igni conspexit ar  
 matam: Tu quidem, inquit, ubi istud tam dirum facie  
 nus, confestim toro meo diuorte: tibiq; res tuas habe  
 to. Ego uero sororem tuam, & nomen, quo tu conser  
 ris.



ris, aiebat. Iam mihi confestim arra, atq; his nuptijs  
 coniugabo, & statim Zephyro præcipit ultra termi-  
 nos ne domus eius efflaret. Nec dum sermonem Psy-  
 che finierat, illa uesane libidinis, et inuidie noxiæ sti-  
 mulis agitata, præconcinnato mendatio, fallens m-  
 ritum, quasi de morte parentum aliquid cõperisset,  
 statim nauem ascendit, & ad illum scopulum prot-  
 nus pergit. Et quanuis alio uento flante, cæca spe ta-  
 men inhians, accipe me dicens Cupido dignam te cõ-  
 iugem: & tu Zephyre suscipe dominã. Salu se maxi-  
 mo præcipitem dedit: nec tamen ad illum locum, uel  
 saltem mortua, peruenire potuit. Nam per saxa cau-  
 tum membris iactatis, atq; dissipatis, & perinde ut  
 merebatur, laceratis uisceribus suis, aliubus, bestijsq;  
 obuium ferens p bulum, interit. Nec uindictæ sequẽ-  
 tis poena tardauit, nam Psyche errabundo rursus  
 gradu peruenit ad ciuitatem aliam, in qua pari mo-  
 do soror morabatur alia. Nec secius, & ipsa fallaciæ  
 germanitatis inducta, & in sororis sceleratas nupti-  
 as, emula festinauit ad scopulũ, inq; simile mortis ex-  
 itium cãdit. Interim dum Psyche quæsitio ni cupidi-  
 nis intenta, populos arauibat. At ille uulnere lucer-  
 næ dolens, in ipso thalamo matris iacens ingemebat  
 Tunc auis per alba illa graui, quæ super fluctus ma-

rimos pinnis natat, demergit sese properè ad oceanum  
 profundum gremium. Ibi commodum Venerem la-  
 uantem natantemq; propter assistens, indicat aduſtū  
 filium eius graui uulnere, dolore nocentem, dubiū  
 salutis iacere. Iamq; per cunctorum ora popularum  
 rumoribus, conuiuijsq; uarijs omnem Veneris famili-  
 am malè audire, quod ille quidem montano scortatu:  
 tu uerò marino natatu secesseritis. Ac per hoc non  
 uoluptas illa, non gratia, non lepos, sed incompta, et  
 agrestia, & horrida cuncta sint: non nuptiæ coniu-  
 gales, non amicitie sociales, nō liberum caritates, sed  
 † gluuies † elyuiques & squalentium foederum insuauē  
 fastidium. Hic illa uerbosa, et satis curiosa auis, in au-  
 ribus Veneris filium lacrans, existimationem ganni-  
 ebat. At Venus irata, solidum exclamat repente: Er-  
 go iam ille bonus filius meus habet amicam aliquam,  
 pro me age tu quæ sola mihi seruis amancer, nomen  
 eius, quæ puerum ingenuum, & inuestem solliatuit,  
 siue illa de nympharum populo, seu de deorum nu-  
 † ministe- †  
 † rio = rum † mysterio. Nec loquar illa conticuit auis, sed ne-  
 scio inquit do ruina: puto puellā si probè meminī, Psy-  
 ches nomine dicitur, esse istè cupere. Tunc indignata  
 Venus exclamauit, uel maximè Psychem illam meæ  
 formæ succubam, mei nominis emulam, uerè diligit,  
 nimirum

nimirum illud incrementum lenam me putavit, cuius  
 monstratu puellam illam cognosceret? Hic queritans  
 † propter emergit amari, suumq; protinus aureum † properi  
 thalamum petijt, & reperto sicut audierat egroto ter  
 puero iã inde à foribus quã maxime boãs; Honeſta in  
 quit hic, & natalibus noſtris, bonæq; tuæ frugi con-  
 gruentia. Vt primùm quidem tuæ parentis, imò do-  
 minæ præcepta calæres, nec ſordidis amoribus inimi-  
 cam meam cruciâres, uerùm etiam hoc ætatis puer,  
 tuis licentioſis, & immaturis iungeres amplexibus,  
 ut ego nurrum ſcilicet tolerarem inimicam: ſed ut q; q;  
 præſumis nugo, & corruptor & inamabiles te ſo-  
 lum generoſum, nec me iam per ætatem poſſe conci-  
 pere. Velim ergo ſcias multo te meliorem filium ali-  
 um genituram, imò ut contumeliã magis ſentias, ali-  
 quem de meis adoptaturam uernulis, eiq; donaturã  
 miſtas pinnas, & flammã, & arcum, & ipſas ſagittas,  
 & omnem meam ſuppellectilem quam tibi non  
 ad hos uſus dederam, nec enim de patris tui bonis,  
 ad inſtructionem iſtam quicquam conceſſum eſt, ſed  
 malè prima pueritia inſtructus es, & acutas manus  
 habecas, & maiores tuos irreuerenter pulſaſti totiës  
 et ipſam matrem tuam: me inquam ipſam parricida  
 denudas cotidie: & percuſiſti ſepius quaſi uiduam  
 utiq; contemnis, nec uiricum tuum fortiſimum illũ.

maximumq; bellatorem metuis. Quidni, cui sepius in  
 angorem mei pellicatus, puellas propinare consue-  
 †sententi uisti? Sed saxo te lusus huius pœniteat, et †sentias aci-  
 as das, & amaras nuptias istas, sed nunc in sui habita,  
 †quid †quod agam, quò me conferam, quibus modis stulto-  
 nem istum cohibeam. Et tam ne auxilium ab inimica  
 mea sobrietate, quam propter huius ipsius luxuriam  
 offendi sepius, aut rustica, squalentisq; sceminae colo-  
 loquium prorsus adhibendum est? Horresco, nec tam  
 men uindictæ solatium tantum spernendum est,  
 †quæ mihi prorsus adhibenda est, nec ulla alia †quàm casti-  
 get asperrimè nugonem istum, Pharetram explicet,  
 et sagittas de armet arcum denodat, tedam deflamma-  
 met, imò & ipsum corpus eius acrioribus remedijs  
 coherceat. Tunc iniuriæ meæ litatum crediderim,  
 cum eius comas, quas istis manibus meis subinde au-  
 reo nitore perstruxi, deraferim, pinnas, quas meo  
 gremio nectarci fontis infici, prætoro derim. Sic effa-  
 ta foras sese proripit infesta et stomachata biles uene-  
 rias, sed eam protinus Ceres & iuno comitatur, ui-  
 samq; uultu tumido, quæsiere cur truci supercilio tā-  
 tum uenustatē micantium oculorum coërcerent. At  
 illa opportunè inquit ardenti prorsus isto modò pe-  
 ctori uolentiam scilicet perpetrare uenitis. Sed to-  
 nis oro uestris uiribus Psychem illam fugitiuam,  
 uolaticam



uolaticā mihi requirite. Nect nim uos utiq; domus  
mea famosa fabula, & non diendi filij mei facta latu-  
erunt. Tūc ille ignaræ quæ gesta sunt, palpare Ve-  
neris iram seuientem sic adortæ.

Quid tale domina deliquit tuus filius, ut animo  
peruicaci uoluptates illius impugnes, et quam ille di-  
ligi, tu quoq; perdere gestias? Quod autem ora-  
mus, isti crimen si puellæ lepidæ libenter arrisit? An  
ignoras cum masculum & iuuenē esse uel certè iam  
quot sit annorum oblita es? An quod ætatem por-  
tat bellulè puer tibi semper uidetur? Mater autem  
tu, et præterea cordata mulier, filij tui lusus semper  
explorabis curiosè, & in eo luxuriam culpabis, &  
amores reuincas, et tuas artes, tuasq; delicias in for-  
moso filio re præhendes. Quis autem deūm, quis ho-  
minum patietur passim cupidines populis dissemi-  
nantem, cum tuæ domus amores amare cohæreas,  
& uitiorum muliebrium publicam præcludas offi-  
cinam? Sic ille metu sagitarum patrocinio gratio-  
so cupidini, quamuis absenti blandiebatur. Sed Ve-  
nus indignata, ridiculè tractari suas iniurias, per-  
uersis illis, altè rursus concito gradu pelago uiam  
capefcit.



L. APV.  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO  
NICI, DE ASINO AVE  
REO LIBER  
SEXTVS.



Interca Psyche uarijs iactabatur di  
scurfibus, dies noctes mariti uestiga  
tionibus inquietæ, animo tanto cupi  
dior & iratum licet, si non uxoris  
blandicijs lenire, certè scrullibus  
Precibus propitiare. Et prospecto templo quodam  
Tan in ardui montis uerticè. Vnde autè inquit scio, t̄ as  
istic meus degat dominus. Et illico, dirigit citatum  
gradum, quem defectum prorsus assiduis laboribus  
spes incitabat, & uotum. Iamq; gnauiter emēsis cel  
stioribus iugis, puluinaribus sese proximam inuulit.  
Videt spicas frumentarias in aceruo, & alias flexi  
biles in corona, & spicas ordci uidet. Erant & sil  
ces, & opere messorie, modus omnis, sed cuncta  
passim iacentia, & incuria confusa, & ut solet astu  
laborantium manibus proiecta. Hic singula Psyche  
seriosè diuidit, & discretim remoto rite componit  
rata

rata scilicet, nullius dei fana, ceremonias, negligere  
 se debere, sed omnium beniuolam misericordiam  
 corrogat. Hic eam sollicitè, sedulòque curantem  
 Ceres † deprehendit, & longum exclamat pro- † alma  
 tinus. † Ain Psyche miseranda totum per orbem † A  
 Venus anxia disquisitione, tuum uestigium, sus-  
 rens animi requirit, teque ad extremum suppli-  
 cium expeit: & totis numinis sui uiribus ultio-  
 nem flagitat. Tu uerò rerum mearum tutelam  
 nunc generis, & aliud quicquam cogitas, nisi  
 de tua salute? Tunc Psyche pedes eius aduolu-  
 ta, & ubcri fletu rigans deæ uestigia, humum  
 que uerrens crinibus suis, multiungis precibus  
 æditis ueniam postulabat, † rogo te frugiferam, † Per ego  
 tuam dexteram istam deprecor, per letificas mes-  
 sum ceremonias, per tacita sacra cistarum, & per sa-  
 mulorum tuorum draconum pinnata curricula, &  
 glebæ sicule sulcamina, & currum rapacem, & ter-  
 ram tenacem, & illuminarum Proserpine nuptia-  
 rum demacula, & luminosarum filie inuentionū  
 remacula, & cætera que silentio tegit Elcusis At-  
 ticæ sacrarium, † miserum de Psyche anime sup- † à misera  
 plicistue † subsiste, inter istam spicarum cõgeriem † subsiste  
 patere, uel pauculos dies delitescam, quo ad † re  
 deæ tantæ seuiens ira, spacio temporis mitige-  
 sur.

tur, uel certè meæ uircs diutino labore fuisse, quiculis  
interuallo leniantur. suscipit Ceres, tuis quidem la-  
crymosis precibus, & cōmoueor, & opitulari tu-  
pio, sed cognatæ meæ, cum qua etiã antiquum fœdus  
amicitiæ colo, bonæ præterea fœminæ malam gra-  
tiam subire nequeo, decede itaq; istis ædibus proli-  
nus, & quod à me retenta, custoditaq; non fueris, o-  
ptimi consule. Contra spem suam repulsa Psyche,  
et afflictâ duplici mœsticia, iter retrorsum porrigēs,  
inter † subsiste cōuallis sublucidum lucum prospicit  
fanum sollerti fabrica structū, nec ullam, uel dubia,  
speci melioris uiam uolens omittere, sed adire cuius-  
cunq; dei ueniam. Sacratissimis foribus proximat, uidet  
dona speciosa & lacinias auro litteratas, ramis ar-  
borum, postibusq; suffixas, quæ cum gratia facti, no-  
men deæ cui fuerant dicata testabatur. Tunc genu-  
nixa, & manibus aram repenti amplexa, detersis  
antè lacrymis, sic adprecatur: Magni Iouis germa-  
na, et coniuga, siue tu Sami quæ querulo partu uag-  
tuq; & alimonia tua gloriatur. Tene uetustas, de-  
lubra, siue celsæ Carthaginis, quã te uirginē, uetū-  
ra leonis, celo cōmeantem percolit, beatas sedes fre-  
quentas siue prope ripas Inachi qui te iam nuptam  
tonantis & reginã dearum memorat, inclytis Argi-  
uorum præsides mœnibus, quam cunctis oriens

Zygam

Zygam ueneratur, & omnis occidens I ucinā ap= Iuno Zy= pellat, sis meis extremis casibus Iuno sospita, mīq; gra in tantis exanclatis laboribus defissam, immūrentis periculi metu libera, quod sciam soles pręgnantibus periclitantibus ultro subuenire. Ad istum modū supplicanti statim sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate presentat. Et proinus: Quā uellē inquit per fidem nutū meū precibus tuis accommo dare, sed contra uoluntatē Veneris, nurus mea, quā filie semp dilexi loco, prestare me pudor non sinit. Tunc etiā legibus quę seruos alienos profugos inuitis dominis uctant si scipi, prohibeor. Isto quoq; fertune naufragio Psyche perterrita, nec indipisci iā maritū uolantē quiens, tota spe salutis deposita, sic ipsa suas cogitationes cōsuiuit: Iam quę possunt alia meis arumnis tēptari uel adhiberi subsidia, cui nec dearū quidem, quanquā uolentiū potuerūt prodesse suffragia? Quō rursus itaq; tentis laqueis inclusa uestigiū porrigam, quibusq; tectis uel etiam tenebris ab cōdita magnę Veneris incuitabiles oculos effugiā? Quin igitur masculū tantē sumis animū, et casse specule renuncias fortiter, et ulroneam te dominę tuę reddis, et uel sera modestia seuiētes impetus eius mitigas? qui scias, an etiā, quē diu quę uitas, illic in domo matris reperiās? Sed ad dubiū ob



sequium, imò ad certum exitium preparata, principium futuræ secum meditabatur obsecrationes. At Venus terrenis remedijs inquisitionibus obnuans, celum petit, iubet construi currum, quem ei Vulcanus subtili fabrica studiosè poliuerat, & ante thalami rudimentum, nuptiale munus obtulerat, lunc reuantis detrimento conspicuum, & ipsius auidamno preciosum. De multis que circa cubiculum domi re stabulant procedunt quatuor candidæ columbæ & hilaris incessibus picta colla torquentes iugum gemmeam subeunt. susceptaq; domina læta subuolant, currum deæ prosequentes, gannitu consistrepenti lasciuunt passeret, & ceteræ que dulcè canticant aues mellis modulis, suauè resonantes, aduentum deæ pronunciant. Cedunt nubes, & celi filix panditur, & summus æther cum gaudio suscipit deam. Nec obuias aquilas, uel accipitres rapaces pimescit magnæ Veneris canora familia. Tunc se protinus ad regis Iouis arces dirigit, & petiu superbo Mercurij dei uocalis operæ necessariã uirram postulat. Nec renuit Iouis cærum superciliu. Tunc ouans illico comitante etiã Mercurio, Venus celo demittit, eiq; sollicitè ferit uerba. Frater Arcadi scis nempe sororẽ tuam Venerẽ sine Mercurij presentia, nil unquã fecisse, nec te præterit uig, quanto



quanto iam tempore delitescentem ancillam nequi-  
 verim reperire. Nil ergo superest, quã tuo præco-  
 nio præmiũ inuestigationis publicitatis edicere. Fac  
 ergo mandatũ matures meũ, & indicia quibus pos-  
 sit cognosci manifeste designes, ne si quis occultatio-  
 nis illicitæ crimẽ subierit, ignorantia se possit excu-  
 satione defendere. Et simul dicens, libellũ ci porri-  
 git ubi Psyches nomen cõinebatur, et cætera. Quo  
 facto, protinus domũ secessit. Nec Mercurius omi-  
 sit obsequium: nam per omnium ora populorũ pas-  
 sim discurrens, sic mandatæ prædicationis manus  
 exequebatur: si quis à fuga retrahere, uel occultã  
 demonstrare poterit si quiuã regis filiam Veneris  
 ancillam nomine Psychem, conueniat retro metas  
 Muritias, Mercurium prædicatorem accepturus in-  
 dicij nomine, ab ipsa Venere septem saua suauia, &  
 unũ blandientis adpulsum lingue longæ mellium.  
 Ad hunc modũ pronunciantem Mercurio, tanti præ-  
 mij cupido, certatim omnium mortalium studiũ ar-  
 rexerat. Quæ res nunc uel maxime susulit Psyches  
 omnem contationẽ. Iamq; fores eius domine pro-  
 ximanti, occurrit una de famulatione Veneris, no-  
 mine Consuetudo, statimq; quantum maxime potuit  
 exclamat: Tandem ancilla nequissima domus amba-  
 bere te scire cœpisti? An pro cætera morum tuorum  
 te meritate

temeritate, istud quoque nec scire te fingis, quantos labores circa tuas inquisitiones sustinueremus? Sed bene, quod me is potissimum manus incidisti, & inter occiseros tam ipsos adhaesisti, datura scilicet actum contumacie tante poenas. Et audaciter in capillos eius immisa manu, trahendam, ne quaquam remittentem. Quam ubi primum inductam, oblataque sibi conspexit Venus, letissimum cachinnum extollit, et qualem solent furenter irati, caputque quatit: & ad calcipens autem dexteram: Tandem inquit dignitates socrum tuam salutare? An potius maritum qui uulnere tuo periclitatur, interuifere uenisti: sed esto secura, iam enim excipiam te, ut bonam nurum concedet. Et ubi inquit sollicitudo, atque Trifidias ancillam? Quibus intro uocatis, torquendam tradidit eam. At ille sequentes herile praeceptum, Psychem misellam flagellis afflictam, & ceteris tormentis excruciatam, iterum dominae conspectui reddunt. Tunc rursus sublato risu Venus: Et ecce inquit nobis turgidi uentris sui lenocinio commouet miserationem, unde me praecleara sobole, auiam beatam scilicet faciat. Felix uero ego, quae in ipso aetatis meae flore uocabor auia, & uili ancillae filius, nepos uel illegitimus ueris audiet, quamquam inepta ego, frustra filium meum uel dicam. Impares enim nuptiae, & praeterea in uil-

ptiae.

la sine testibus, & patre non consciente, facta, legui  
 me non possunt uideri. Ac per hoc spurius iste nascetur,  
 si tamen partū omnino perferre te patiemur. His editis inuolat in eam, uestemq; plurisariam dilori-  
 ricat: capilloq; discisso, & capite conquassato, graui-  
 ter affligit. Et accepto frumento, & ordeo, & milio,  
 & papauere, & uicere, & lente, & faba, conmix-  
 tisq; accruatim, confusisq; in unum glomulum, sic ad  
 illam: uideris enim mihi tam deformis ancilla nullo  
 alio, sed tamū sedulo ministerio, amator es tuos pro-  
 mereri. Iam ego & ipsa iugem tuam periclitabor,  
 diserne seminum istorum passiuam congeriem: sin-  
 gulisq; granis ritē dispositis, atq; seiungatis, ante istā  
 uesperam opus expeditum approbato. Mihi sic assi-  
 gnato tantorum seminum cumulo, ipsa coeue nupti-  
 ali concessit. Nec Psyche manus admolitur incon-  
 dite illi, & inextricabili moli, sed immanitate præ-  
 cepti consternata, silens obstupescit. Tunc formicula  
 illa paruula, atq; ruricula, certatim difficultatis tan-  
 te, laborisq; miserta: contubernalis magni dei, so-  
 crusq; seuiam execrata, aiscurrens gnauiter conuo-  
 cat, corrogatq; cuncta formicarum accolarum clas-  
 sem. Misere nuntia terræ omniparentis agiles alumne  
 misere mini & amoris uxori puellæ lepidæ pericli-  
 tami, prompta uelocitate succurrite. Bunt alia, si-  
 perq;

perq; alia, sepe dum populorum unda, summoq; studio singule granatim totum digerunt aceruum. Separatimq; distributis, disitisq; generibus, è conspecta peruater abeunt. Sed initio noctis è conuiuio nuptiali, uino madens, & flagrans balsama Venus reneat, totumq; reuincta corpus rosis micantibus, uisq; diligentia miri laboris. Non tuum inquit nequissima nec tuarum manuum istud opus, sed illius, cui tuo, imò, & ipsius malo p'acuisi. Et frusto cibarij panis ci proiecto, cubitum facit. Interim Cupido solus interioris domus unici cubiculi caelo dia clausus, coerebatur acriter: partim ne petulanti luxurie ualnus grauar et, partim ne cum sua cupita conueniret. Sic ergo distinctis, & sub uno tecto separatis amatoribus, terra nox exanclata. Sed aurora commo dum inequitanti, uocata Psyche Venus inquit talia: videtne illud nemus, quod fluuio præter luenti, ripisq; longis attenditur, cuius imi gurgites uicinum fontem despiciunt, oues ibi nitentes, auriq; colore florentes in custodito pastu uagantur: Inde de coma preciosu uelleris floccum mihi confestim quoquo modo questum afferas censeo. Perrexit Psyche uolenter, non obsequium quidam illa functura, sed requiem malorum præcipitio fluuialis rupis habitura. Sed inde de fluuio musicæ suauis nutricula, leni crepitu dulcis



cis auræ diuinitus inspirata, sic uaticinatur arundo  
 uiridis; Psyche tantis ærumnis exercita, neq; tua me=  
 ferrima morte meas sanctas aquas polluas, nec uerò  
 contra formidabilis ouis istus oræ feras aditum,  
 quo ad de solis flagrantia mutuato calore, truci ra=  
 bie solent tafferri, cornuq; acuto, & fronte saxea, tafferri  
 & nonnunquam uenenatis morsibus in exitum seui=  
 rem mortalium. Sed dum meridies t sedauerit uapo=  
 rem, & pecus spiritus fluminalis serenitate conque=  
 uerint, poteris sub illa procerissima platano, quæ me=  
 cum simul uinum fluentem bibit, latenter te abs. on=  
 dere. Et cum primùm mitigata furia laxauerit ouis  
 animum, percussis frondibus attigui numeris laxo=  
 sum aurum reperies, quod passim stirpibus conuexis  
 obhæresat. Sic arundo simplex & humana, Psyche  
 ægerrimâ salutem suam docebat. Nec auscultatu pœ=  
 nitendo diligenter instructa illa cessauit. Sed obser=  
 uatis omnibus furatrima fatili flauentis auri mollicie  
 congestum gremium Veneri reportat. Nec tamen  
 apud dominam saltem secundi laboris periculum se=  
 cundum testimonium meruit, sed contortis superci=  
 lijs subridens amarum, sic inquit: Nec me præterit  
 huius quoq; facti auctor adulterinus, sed iam nunc  
 ego sedulo periclitabor, an oppidò forti ar. imo, sin=  
 gulariq; prudentia sis prædita. Vidēsne insipientem  
 celsissimæ



ælissimæ illi rupi, montis ardui uerticē, de quo fontis  
 atris fusæ defluunt undæ? Proximèq; cœceptaculo  
 uallis inclusæ, Stigias irrigant paludes, & pauca Co  
 cyti fluenta nutriunt: Indidem mihi de summi fontis  
 penita scaturigine, rorem rigentem hauritum ista  
 confestim deserto urnula. Sic aiens, crystallo de dola  
 tum uasculum insuper ei grauiora comminata tradi  
 dit. At illa studiosè gradum celerans: montis extre  
 mum petit cumulam, certè uel illici uentura uite pes  
 simæ finem. Sed cum primum prædicti iugi conter  
 minos locos appulit, uidet rei uasæ lethalem difficul  
 tatem. Namq; saxum immani magnitudine procerū,  
 & inaccessa salebritate lubricum, medijs è faucibus  
 lapidis fontes horridos uomebat. Qui statim proni  
 foraminis lacinijs editi, perq; procliue delapsi, & an  
 gusti canalis exerto contecti tramite, proximam con  
 uallem latenter incidebant, dextera, leuāq; cotibus  
 cauatis proserpūt, & longa colla porrecti seui dra  
 cones inconnuæ uigili æluminibus adictis, & in per  
 petuam lucem populis excubantibus. Namq; & ipse  
 semet muniabant uocales aquæ: nam & discede &  
 quid facis, uide, & quid agis, caue, & fuge, & peri  
 bis, subinde clamāt? Sic impossibilitate ipsa mutata  
 in lapidem Psyche, quanuis præsentis corpore, sen  
 sibus tamen aberat & inextricabilis periculi mole  
 prorsus

prorsus obruta, lacrymarum etiam extremo solatio  
 arebat, nec prouidentiae bonae graues oculos inno-  
 centis animae latuit ærumna. Nam primi Iouis rega-  
 lis auis illa repente propansis utrinque pinnis, affuit  
 rapax aquila, memorque ueteris obsequij, quo ductu ca-  
 pidimis Ioui pocillatorem Phrygium substulerat, op-  
 portunitam ferens opem, deinceps numen in uxoris la-  
 boribus percolens, alti culminis dialæcis uias deserit  
 ob os puellæ præuolans, incipit: At tu simplex alio-  
 quin, et expars rerum talium, sperasque sanctissimi  
 nec minus truculenti fontis, uel unam stillam posse fu-  
 rari, uel omnino contingere. Dijs etiam, ipsique Ioui  
 formidabiles aquas istas stygias, uel fundo comperi-  
 sti. Quodque uos deceratis per numina deorum, deos  
 per stygis maiestatem solere sed ædo istam urnulam  
 et protinus arreptam, completamque festinanter, li-  
 bratisque pinnarum nutantium molibus, inter genas  
 seuientium dentium, et trifurca uibramina, draconum  
 remigium dextera leuaque porrigens, uolentes aquas  
 et ut abiret innoxius, præmunantes, excipit, commē-  
 tus, ob iussum Veneris petere, eique se præministrare  
 quare paulò facilius adeundi fuit copia. Sic accepta  
 cum gaudio plenam urnam, Psyche Veneri citata  
 retulit, nec tamen nutum de seuientis, uel tunc ex-  
 piare potuit. Nam sic tam maiora, atque peiora flagi-

tia comminans, appellat renidens exitabile. Iam te  
 † *magne* quidem uideris magna quædam mihi, & alta pror-  
 sus malefica quæ talibus præceptis meis obtempera-  
 sti gnauius, sed adhuc istud mea pupula ministrare  
 debēbis. sūme istā pyxidem, & dedit protinus, usq;  
 ad inferos, & ipsius orā ferales penates te dirige.  
 Tunc confres pyxidem Proserpinæ: Petit de te Ve-  
 nus dicit, modicum de tua mittas ei formositate, uel  
 ad unam saltem diculam sufficiens: nam quod ha-  
 buit, dum filium curat ægrotum, consumpsit atq; con-  
 triuit omne. Sed haud immaturius redico, quia me ne-  
 cesse est ididem delinatā theatrum decorum frequen-  
 tare. Tunc Psyche, uel maxime sensu ultimas fortuna-  
 nas suas, & uelamento reiecto, ad promptum exitū  
 sese compelli, manifeste cōperit. Quid ni, quæ suis pe-  
 dibus ultrò ad tartarum, manensq; demerare cogere-  
 tur? Nec cunctata diutius, pergit ad quampiam tur-  
 rim præaltā: in idem se datura præcipitē, sic enim  
 rebatur, ad inferos rectē, atq; pulcherrimē se posse  
 descendere. sed turris prorumpit in uoxm subitam:  
 Et quid te inquit præcipitio misella queris extingue-  
 re. quidq; iam, nouissimo periculo, laboriq; isto teme-  
 re succumbis? Nam si spiritus corpore tuo semel fue-  
 rit seingatus, ibis quidem profectò ad inum tartarū  
 sed inde nullo pacto redire poteris, mihi ausculta.  
 Laccede

Lacedæmon Achaie nobilis ciuitas, non longè sita est  
 huius cõterminam, de cuijs abditam loais, quere terna  
 rum inibi spiraculũ dicitur, & per portas hiantes mō  
 stratur iter inuium, cuius te limine transmeatam si-  
 nul commisseris, iam canale directo pergis ad ipsam  
 orã regiam, sed non hactenus uacua debebis per il-  
 las tenebras incedere, sed offas pollente mulsã con-  
 cretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore duas  
 ferre supes. tamq; cõficta bona parte mortifera uie  
 continuaueris, claudum asinum lignorum gerulum  
 tum agasone simili, qui te rogabit decidenti sarcinæ  
 fusticulos aliquos porrigas ei, sed tu nulla uoce de-  
 prompta, tacita præterito. Nec mora cum ad flumẽ  
 mortuum uenies, cui præfatus Charon protinus ex-  
 petens portorium sic ad ripam ulteriorem sutili am-  
 ba deducit commentes. Ergo & inter mortuos, aua-  
 ritia uiuit? nec Charon ille ditis, & pater tantus de-  
 us, quicquam gratuito facit, & pauper moriens uiati-  
 cum dent querere, & æs si fortè præ manu non fue-  
 rit, nemo esse expirare patietur? Huic squalido semi-  
 ni dabis nauli nomine de stipibus quas ferres, alteram  
 sic tamen, ut ipse sua manu de tuo sumat ore, nec se-  
 cius tibi pigrum fluētum transmeanti, quidam super-  
 natans senex mortuus putris attollens manus, ora-  
 bit, ut cum intra nauigium trahas. Nec tu tamen illi



ita affectare pietate. Transito fluuio, modicum te  
 progressam textrices orabunt anus telam struentes  
 manus paulis per accommodes, nec id tamen tibi con-  
 tingere fas est. Nam hic omnia tibi, & multa alia de  
 Veneris insidijs orientur, ut uel unam de manibus  
 committas offulam nec putes futile istud pollutariū  
 † flux **†** flux damnum leue. Altera enim perditā, † ius hęc tibi  
 profus denegabitur. Canis namq; prægrandis tri-  
 iugo, & satis amplo capite præditus, immanis, &  
 formidabilis, conantibus oblatrans faucibus, mortuos  
 quibus iam nil mali potest facere, frustra territando  
 ante ipsum limen, & atra atria Proserpinæ semper  
 † offrena **†** offrena excubans, seruat uacuam ditis domum hunc † affre-  
 natum unius offulæ præda, facile præteribis: adia-  
 psamq; protinus Proserpinam introibis, que te com-  
 miter excipiet, ac benigne, ut & molliter aspidere,  
 & prandium opipare suadeat sumere. Sed tu et hu-  
 mi residere, & panem sordidum petito, esto, deinde  
 nuntiatio quid adueneris. susceptoq; quod offerretur  
 rursus remeans, canis seuiciē offula reliqua redime:  
 ac deinde auaro nauæ data, quam seruaueras sipe  
 transitq; eius fluuio, recalans priora uestigia, adia-  
 stum cæl estium syderum redies chorum.  
 Sed inter omnia, hic obseruandum præ-  
 cipuē tibi censeo, ne uelis aperire, uel in-  
 scicere

spicere illam, quam feres pyxidem, uel omnino for-  
 mositatis diuinæ abditum cures thesaurum. Sic  
 turris illa uel propitia uaccinationis munus ex-  
 plicuit. Nec morata Psyche, pergit tenarum, sum-  
 ptisq; ritè stipibus illis, & ossulis, infernum decur-  
 rit meatum. Transitoq; per silentium asinario debi-  
 li, & amica stipe uectori data, neglecto supernatan-  
 tis mortui desiderio, & spretis textricum subdolis  
 precibus, & ossulæ cibo sopita canis horrendi ra-  
 bie, domum Proserpinæ penetrat, nec offerentis ho-  
 spitæ sedile dedicatum, uel cibum beatum amplexa,  
 sed ante pedes eius residens, humilis, & cibario pa-  
 ne contenta, Veneriã pertulit legationem. Statimq;  
 secreto repletam, conclusamq; pyxidem suscipit, &  
 ossulæ sequentis fraude caninis latratibus obsera-  
 tis, & residua nauitæ reddita stipe, longè uegitior,  
 ab inferis recurrit, & repetita, atq; adorata candi-  
 da ista luce, quanquã festinans obsequium termina-  
 ret, mente capitur temeraria curiositate. Et ecce in-  
 quit: Inepta ego, diuinæ formositatis gerula, quæ  
 nec tantillum quidem indidem mihi delibo, uel sic  
 illi amatori meo formoso placitura. Et cum dicto re-  
 ferat pyxidem, nec quicquã ibi rerum, nec formosi-  
 tas ulla, sed infernus somnus, ac uerè stygius, qui sta-  
 tim cooperculo reuelatus, inuadit eam crassi sopo-

ris nebulam, cunctis eius membris perfunditur, et  
 † *senita* in ipso uestigio, ipsaq; † *senia* conlapsam, possidet,  
 et iacebat immobilis, et nihil aliud, quam dormiens  
 cadauer. Sed Cupido iam cicatrice solida reuales-  
 scens, nec diutinā suae Psyche absentiam tollerans  
 per arctissimam cubiculi, quo cohibebatur, clapsus se  
 nestram, reflectisq; pinnis aliquanta quiete longe  
 uelocius, prouolans, Psychem accurrit suam. Deter-  
 sog; somno curios; et rursus in pristinam pyxidis  
 sedem recondito, Psychem innoxio punctulo suae sa-  
 gitte suscitatur. Et ecce inquit rursus pericras misela,  
 simili curiositate. Sed interim quidem tu, prouin-  
 ciam, quae tibi matris meae praecepto mandata est,  
 exequere gnauiter, cetera ego mei uidero. His di-  
 ctis amator leuis in pinnas se dedit. Psyche uero  
 confestim Veneri munus reportat Proserpine. An-  
 terea Cupido amore nimio pesus, et aegra facie ma-  
 tris suae repentimam sobrietatem peritimescens, ad  
 armile redit, alisque pernicibus caeli penetrato uertice,  
 magno Ioui supplicat, suaque causam probat. Tunc  
 Iuppiter perpressa cupidinis buccula, manuq; ad os  
 suum relata, consauit, atq; sic ad illum: Licet tu in-  
 quit domine fili nunquam mihi concessu deam, de-  
 cretum seruaris honorem, sed istud pectus meum,  
 quo leges elementorum, et uices syderum dispo-  
 nuntur.

nuntur, conuulneraris assiduis ictibus, crebrisq; ter-  
 renæ libidinis foedaueris casibus, contraq; leges,  
 & ipsam Iuliam, disciplinamq; publicam iuribus  
 adulterijs existimationem, famamq; meam læseris,  
 in serpenteis, in igneis, in iuras, in aueis, & grega-  
 lia pecua serenos uultus meos sordidè reforman-  
 do<sup>t</sup> at tum modestæ † meum memor, quòdq; inter  
 istas meas manus erueris, cuncta perficiam dum ta-  
 men scias æmulos tuos cauere. Ac si qua nunc in ter-  
 ris puella præpollet pulchritudine præsentis bene-  
 ficij uicem per eam mihi repensare te debere. Sic fa-  
 tus iubet Mercurium deos omnes ad contionem  
 conuocare protinus. Ac si qui cœtu cœlestium de-  
 fuisset, in pœnam decem millium nummorum con-  
 uentum iri pronunciare. Quo metu statim com-  
 pleto cœlesti theatro, pro sede sublimi sedens pro-  
 cerus Iupiter, sic enunnciat: Dei conscripti Mu-  
 sarum aluo, adolescentem istum, quem manibus  
 meis alumnatus sum, profectò scitis omnes, cum  
 ius primæ iuuentutis caloratos impetus freno quo-  
 dam coercendos existimaui, sat est quotidianis  
 cum fabulis, ob adulteria, cunctasque corrupte-  
 las, infamatu, tollenda est omnis occasio & luxuria  
 puerilis, nuptialibus pedicis colliganda. Puellâ ele-  
 git, & uirginitate priuauit, teneat. Possideat am-  
 plexus

† Attamē  
 † meæ



plexus Psychem, semper suis amoribus persuadetur  
 & ad Venerem collocata facie. Nec tu inquit filia  
 quicquã contristare, nec pro sapie tantæ tuæ, statuiq;  
 de matrimonio mortali metuas. iam faxo nuptias nõ  
 impareis, sed legitimas, & iure civili congruas. Et  
 illico per Mercurium arripi Psychem, & in cælum  
 per duci iubet, porrecto ambrosiæ poculo; Sume in-  
 quit Psyche, & immortalis esto, nec unquam digre-  
 dictur à tuo nexu Cupido, sed iste uobis erunt per-  
 petuæ nuptiæ. Nec mora tum cœna nuptialis affu-  
 ens exhibetur. Accumbat summum torum maritus,  
 Psychem gremio suo complexus, sic & sua Iunone  
 Iuppiter. Ac deinde per ordinem toti dei. Tunc po-  
 culum nectaris, quod uinum deorum est, Ioui quidẽ  
 suus pocillator ille rusticus puer, ceteris uerò Liber  
 ministrabat, Vulcanus cœnam coquæbat, Hora ro-  
 sis, & ceteris floribus purpurabant omnia. Græ-  
 tiæ spargebant balsama, Musæ quoq; canora perso-  
 nabant: Apollo cantauit ad † citheram, Venus suauis  
 Musicæ superingressa, formosa saltauit, scena sibi sic  
 concinnata, ut Musæ quidem chorum canerent, tibi  
 as inflaret, Satyrus, & Paniscus ad fistulam dice-  
 ret. Sic ecce Psyche conuenit in manum Cupidinis  
 et nascitur illis maturo partu filia, quam Voluptatẽ  
 nominamus. Sic captiuæ puellæ delira & temulenta  
 illa

† cithera

illa narrabat anicula. Sed astans ego nō procul do-  
 lebam me hercule, quod pugillareis & stilum non  
 habebam, qui tam bellam fabellam pranotarē. Ecce  
 confecto nescio quo graui praelio, latrones eueniunt  
 onusti, nonnulli tamen imō promptiores vulneratis  
 domi relictis, & plagas recurrantibus ipsi ad reli-  
 quas occultatas, in quadam spelunca sarcinas ( ut  
 aiebāt) proficisci gestiunt. Prandioq; raptim tubur-  
 cinato, me, et equū uectores rerū illarū futuros fusti-  
 bus exinde tundentes producunt in uiam, multisq;  
 cliuis & anfractibus fatigatos, prope ipsam uestige-  
 ram producūt ad quāpiam speluncam, unde multis  
 onustos rebus rursus ne breuiculo quidem tēpore  
 relictos obiter reducunt, tantaq; trepidatione festi-  
 nabant, ut me plagis multis obtundētes, propellen-  
 tesq; super lapidem prope uiam positum deicerēt.  
 Vnde crebris æquē ingestis ictibus, dextero crure,  
 & ungula sinistra me debilitatum ægrè ad exurgen-  
 dum compellunt. Et unus: Quousq; inquit, ruptum  
 istum asclū, nunc etiam claudum frustra pascemus?  
 Et alius: Quid quod & pessimo pede domum no-  
 stram accessit: nec quicquam idonei lucri exinde cœ-  
 pimus, sed uulnera & fortissimorū occisiones. Ali-  
 us iterum: Certè ego cum primū sarcinas istas quā-  
 quam inuitus pertulerit, protinus cū uulturis gra-

tissimum pabulum futurum precipitabo. Dum secum mitissimi homines alterat de mea nece, iam et domum peruenimus: nam timor ungulas mihi alas fecerat. Tum quæ ferebamus, amoliti properiter, nulla salutis nostræ curæ, ac ne meæ quidem necis habita comitibus adscitis, qui uulnerati remanserant, dudum recurrunt relaturi tedia, ut aiebant, nostræ tarditatis, nec me tamen mediocris carpebat scrupulus contemplatione comminata mihi mortis

† Quid et ipse mecum? Quod istas luci, uel quid iam nouissimū expectas? Mors et hæc acerbissima decreto latronū tibi cōparata est, nec magno conatūres indiget. Vides istas ruinas proximas, et præcutas, in his præminentes silices, quæ te penetrantes quæ decideris membratim dissipabunt. Nam et illa ipsa præclara magia tua, nō uultum, laboresq; tibi tantum asini, uerū corium non asini crassum, sed hurrundinis tenue membranulum circumdedit. Quin igitur masculum tandem sumis animum, tuæq; salutis dum licet consulis? Habes summam oportunitatem fugæ, dum latrones absunt. An cūst diā anus semimortuæ formidabis? quā liceat claudi pedis tui calce unica finire poteris. Sed quo gentium capes setur fuga? uel hospiciū quis dabit? Hic quidem inepta

inepta, & prorsus asinina cogitatio. Quis enim uir-  
antium, uentorem suum non libenter auferat secum?  
Et alacri statim, nisi lorum, quo fueram destinatus,  
abrupto, meq; quadrupedi cursu proprio, nec ta-  
men astutulae anus miluinos oculos effugere potui.  
Nam ubi me conspexit absolutum capta super se-  
xum et etatem audacia, lorum præhendit, ac me de-  
ducere, ac reuocare contendit. Nec tamen ego me-  
mor exitiabilis propositi, latronum pietate ulla com-  
moueor, sed incussis in eam posteriorum pedum cal-  
cibus, protinus applaudo terræ. At illa, quamuis hu-  
mi prostrata, tamen tenaciter loro inherbat, ut me  
procurante aliquantisper tractu sui sequeretur, &  
occipit statim clamoris ululatus auxiliium ualidioris  
manus implorare, sed frustra fletibus, casum tu-  
multum commouebat: quippe cum nullus adfueret,  
qui suppetias ei ferre posset, nisi sola illa uirgo ca-  
pticia, quæ uocis exitu procurrens, uidet hercules  
memorandi spectaculi scenam, non tauro, sed asino  
dependente directe aniculam. Sumptaq; constantia  
uirili, facinus audet pulcherrimū, extorto etenim lo-  
ro manibus eius, me placitis gemitibus ab impetu re-  
uocatum gnauiter inscendit, et sic ad cursum rursus in-  
citatur. Ego simul uoluntariae fugæ uoto, & liberandæ  
uirginis



uirginis studio, sed et plagarū suāsu, quæ me sæpiculē  
 commonebāt, equestri celeritate quadrupedi cursu  
 solū replaudens, uirginis delicatas uoculas adhin-  
 nire temptabim. Sed & scalpandi dorsi mei simu-  
 latione, nonnunquam obligata ceruice pedes deco-  
 ros puellæ bastabam. Tunc illa spirans altius, cæ-  
 lum ꝑ; sollicito nutu petens: Vos inquit superbi, tunc  
 dem meis supremis periculis opem facite. Et tu For-  
 tuna durior, iam seuire desine. sat tibi miseris, † sa-  
 † istis tis cruciatibus meis litatū est, † atq; præsidium mee  
 † tuq; libertatis, meæq; salutis, si me domum peruexeris  
 incolumem, parentibusq; & formoso proco reddi-  
 deris, quas tibi gratias perhibebo? quos honores  
 habebo? quos cibos exhibebo? iam primum iubam  
 † tuam probè † pectinetā meis uirginalibus monili-  
 bus adornabo, frontem uerò crissatam, prius de-  
 coriter d' discriminabo. Caudæq; setas incuria conge-  
 † istam ad ditur  
 † pectina bam  
 stas, & horridas compta diligentia perpolibo, bul-  
 lisq; multis aureis inoculatum, ueluti stellis syderis  
 relucētem, & gaudijs populariū pomparum ouan-  
 tem, sinu serico progestans nucleos, edulia mitiora,  
 te meū hospitatorē cotidie saginabo. Sed nec inter  
 cibos delicatos, et ocyū profundū, uitæq; totius bea-  
 titudinē, de erit tibi dignitas gloriosa: nā memoriā  
 præsentis fortunæ mee, diuinæq; puidētiae perpetua  
 † statione

testatione signabo, & depictam in tabula fugæ præ-  
 sentis imaginem, meæ domus atrio dedicabo. Vise-  
 tur, & in fabulis audietur, doctorumq; stulis rudis per-  
 petuabitur histria Asino uectore uirgo regia fugi-  
 ens captiuitatem. & cædes antiquis & ipse miracu-  
 lis, credimus exemplo tuo ueritatis: & Phryxum <sup>†</sup> iue-  
 arieti supernatasse, & Arionem delphino gubernas-  
 se, & Europam tauro supercubasse. Quod si uere  
 Iupiter mugiuu in boue, potest in asino meo latere  
 aliquid, uel uultus hominis, uel facies deorum. Dum  
 hic identidem puella replicat, uotisq; crebros inter-  
 miscet suspiratus, ad quoddam peruenimus truium,  
 unde me arrepto capistro dirigere dextrorsum ma-  
 gnopere gestiebat, quod ad parentes eius, ea scilicet  
 irretur uia. sed ego gnarus latrones illa, ad reliquas  
 commeasse prædas, remitebar fortiter, atq; sic in au-  
 mo meo tacitus exposulabam: Quid facis infelix pu-  
 ella? quid agis? cur festinas ad orcum? quid meis pedi-  
 bus facere contendis? Non enim te tantum uerū etiā  
 me perditū ibis. Sic nos diuersa tendentes, et in cau-  
 sa finali, de proprietate soli, imò uia herciscunda cō-  
 tendentes, rapinis suis onusti coram deprehendunt  
 ipsi latrones, & ad lunæ splendorem, iam inde lon-  
 gius cognitos, risu maligno salutantem, & unus è nu-  
 mero sic appellat: Quorsum istam festinanti uestigio  
 luculratis

lucubratis uiam, nec noctis intempeste mareis, lar-  
 uasq; formidatis? An tu probissima puella parentis  
 tuos interuifere properas? sed & nos, & solitudini  
 tue praesidium praebimus, & compendiosum ad  
 tuos iter monstrabimus, Et uerbum manu secutus,  
 praehenso loro retrorsum me circumtorquet, nec ba-  
 culi nodosi, quem gerebat suctis ictibus temperat.  
 Tunc ingratus ad promptum recurrens exitium,  
 reminiscor doloris unguis: & occipio nutanti capi-  
 te claudicare. Sed ecce inquit ille qui me retraxerat:  
 Rursum titubas & uacillas? & putres isti tui pedes  
 fugere possunt, ambulare nesciunt? At paulo ante pin-  
 natam Pegasi uinebas celeritatem, Dum sic mecum  
**Tuocatur** fustem quatiens, benignus<sup>t</sup> iocatur comes: iam do-  
 mus eorum extremam loricam peruenimus, &  
 ecce de quodam ramo proære cupressus, induta lar-  
 quecum anus illa pendeat. Quam quidem detra-  
 ctam protinus, cum suo sibi funiculo, deuinctam de-  
 dère præcipitem: puellaq; statim distenta uinalis, ce-  
 nam quam postrema diligentia præparauerat infe-  
 lix annicula, ferinus inuadunt animis. Ac dum auda  
 ferocitate cuncta contruncant, iam inaptunt de no-  
 stra poena, suaq; uindicta secum considerare: & ut  
 pote in cætu turbulento, uariæ fuere sententiæ. Ut  
 primus uinam cremari censeret puellam: Secundus  
 bestiis

bestijs obijā suaderet: Terāus patibulo suffigi iube  
 ret: Quartus tormentis ex carnificari præperet.  
 Certē calculo cunctorum utcunq; mors ei fuerat de  
 sinata. Tunc unus omnium sedato tumultu, placito  
 sermone, sic orsus est: Nec se: & collegij, nec mansue  
 tudini singulorum, ac ne meæ quidem modestiæ con  
 gruit, pati uos ultra modum, delictiq; seuire termi  
 num, nec seras, nec cruces, nec igneis, nec tormenta,  
 ac ne mortis quidē maturatæ festinas tenebras adesse  
 re: meis itaq; consilijs auscultantes uitam puella, sed  
 quam meretur, largimini nec uos memoria deseruit  
 utiq; quid iam dudum decreueritis de isto asino, sem  
 per pigro quidem, sed manducone summo, nunc eti  
 am mendaci, fictæ debilitatis, & uirginalis fugæ se  
 questro, ministroq;. Hunc igitur iugulare et asino  
 placeat, totisq; uacue factis præcordijs per median  
 alium, nudā uirginem, quam prætulit nobis, insue  
 re, ut sola facie prominente, cæterum corpus puel  
 le nexu firino cohercat. Tunc super aliquod sa  
 xum<sup>†</sup> scruposum instituium, &† fertilem asinum ex  
 ponere, & solis ardentis uaporibus tradere. Sic  
 enim cuncta, quæ recte statuitis, ambo sustinebunt,  
 & mortem asinus, quam pridem meruit, & illa  
 morsus ferarum, cum uerbis membra lauet un  
 tur. Et ignis flagrantiam, cum sol nimis caloribus  
 inflarit.

† scruposum  
 † fertilem



inflammavit, uterum & patibuli cruciatum, cum ca-  
 nes & uultures intima protrahent uiscera. Sed  
 & cæteras eius ærumnas & tormenta numerare.  
 Mortuæ bestię ipsa uiuens uentrem habitabit:  
 tum fetore nimio nares aestuabunt, in eadē diutine  
 lethali fame tabescet, nec suis saltem liberis manibus  
 mortem sibi fabricare poterit. Talibus dictis,  
 non pedibus, sed totis animis latrones in eius  
 uadunt sententiam, quam meis tam ma-  
 gnis auribus accipiens, quid aliud  
 quam meum crastinum  
 desicbam cadauer?

L. APVLEI DE ASINO AVREO  
 LIBRI SEXTI  
 FINIS.

L. APV-  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO-  
NICI, DE ASINO AV-  
REO LIBER  
SEPTIMVS.



**V**T primum tenebris abiectis, dies in  
albebat, & candidum solis curricu-  
lum, cuncta conlustrabat, quidam  
de numero latronum peruenit: sic  
enim mutue salutationis officium  
indicabat. Is in primo speluncae aditu residens, &  
ex anhelitu recepto spiritu, talem collego suo nundiu  
fecit: Quod ad domum Milonis Hippatini, quam  
proxime diripuimus, pertinet, discussa sollicitudine  
ia possumus esse securi. Postquam uos enim fortissimis  
uiribus, cunctis ablati, castra nostra remcastis, immi-  
xtus ego turbulis popularium, dolentiumque, atque indigna-  
ti similis, arbitrabar super inuestigatione facti, cuius-  
modi consilium caperetur. Et an, & quatenus latro-  
nes placeret inquiri renundaturus uobis, ut manda-  
ueritis omnia, nec argumentis dubijs, sed rationibus  
probabilibus, congruo cuncte multitudinis consen-  
su nescio

su nescio q̄ Lucius auctor manifestus facinoris postula  
 labatur, qui proximis diebus, fictis commendaticijs  
 literis, Miloni sese, uirum commentitus bonum, archi  
 us cociliauerat, ut etiam hospicio susceptus, inter fa  
 miliaris intimos haberetur. Plusculisq̄; ibidem die  
 bus demoratus, falsis amoribus ancillæ Milonis ani  
 mum inrepens, ianue claustra sedulo explorauerat  
 & ipsa membra, in quis omne patrimonium condi  
 solebat, curiose perpexerat. Nec exiguum scelerati  
 monstrabatur iudicium: quippe cum eadem nocte,  
 sub ipso flagitij momento, idem profugisset, nec ex  
 inde usquam compareret, nam & presidium fugæ,  
 quo uelocius frustratis insecutoribus, procul ac pro  
 cul abderet sese, eidem facile suppeditasse: equum  
 namq̄; illum suum candidum uectorem futurum dux  
 xisse secum planè seruam, eius ibidem in hospicio re  
 pertum scelerum, consiliorumq̄; herilium futurū indi  
 cem, per magistratus in publicam custodiam receptū  
 & altero die tormentis uexatum pluribus, ac penè  
 ad ultimam mortem extarnificatum, nil quicquam  
 rerum talium esse confessum, missos tamen in patriā  
 Lucij, illius multos numero, qui ream pœnas datu  
 rum sceleris inquirerent. Hic eo narrante, ueteris  
 fortune, & illius beati Lucij, presentisq̄; ærumne,  
 & infelicis asini facta comparatione medullitus in  
 gemebam.

ingemebam. Subibatq; me non de nihilo ueteris, pri-  
 scæq; doctrinae uirtos sinxisse, ac pronunciaſſe, cœcã  
 & prorsus exoculatã esse fortunam, quæ semper ſu-  
 as opes ad malos, & indignos conferat, nec unquã  
 iudicio, quanquã mortalium eligat, imò uerò cum  
 his potiſſimum diuerſetur, quos procul ſi uideret,  
 fugere deberet. Quo iq; cunctis est extremius, uari-  
 as opinionēs imò contrarias nobis attribuat, ut &  
 malus boni uiri ſama gloriatur, & innocentiſſimus  
 contrã nòxiõrum ore plectatur. Ego deniq; quem  
 ſeuiffimũ eius impetus in beſtiam extremæ ſortis  
 quadrupedem deduxerat, cuiusq; caſus etiã, cuius  
 iniquiſſimo dolendus, atq; miſerandus meritò uide-  
 tur, crimine latrocinij, in hoſpitem mihi cariſſimum  
 poſtulabar. Quod crimen non modò latrocinium, ue-  
 rum etiã parricidium, quiſq; rectius nominaret,  
 nec mihi tamẽ licbat cauſam meã defendere, uel uni-  
 co uerbo ſaltem denegare. Deniq; ne mala concien-  
 tia, tam ſœleſto crimini præſens uiderer ſilencio con-  
 ſentire, ac tantum impatientia productus, uolui dicere:  
 Non feci. Et rerum quidem præcedens, ſemel ac-  
 ſepius immodicè clamitauit, ſequens uerò nullo pa-  
 cto diſſerere potui. Sed in prima remanſi uoce, &  
 identiẽdem boiui: Non non: quanquã nimia rotun-  
 ditate pendula uibrãſſem labia. Sed quid ego pluri



bus de fortunæ seuitate conqueror, quanquàm nec  
 istud puduit me, cum meo famulo, meoq; uectore illo  
 equo factum conseruum atq; coniugem. Talibus co  
 gitationibus fluctuantem, subiit me illa cura potior,  
 quia statuto consilio latronum, manibus uirginis de  
 cretam me uictimam recordabar, uentrem crebro  
 suspiciens, meum, iam misellam puellam parturiebã.  
 Sed ille qui commodum falsam de me notariam per  
 tulerat, ex promptis mille aureis, quos in sinu lacinæ  
 contexerat, quosq; uarijs uiatoribus detractos, ut aze  
 icbat, pro sua fugalitate comuni conferebat arca,  
 infit etiam de salute commilitonum sollicitè sciscitari.  
 Cognitoq; quosdam imò uerò fortissimum quenq; ua  
 rrijs quidem, sed impigris casibus adoppetisse, sua  
 det tantisper pacatis itineribus, omniumq; prelio  
 rum seruatis inducijs, inquisitionibus commilitonũ  
 potius insisteretur, et tyrocynio nouæ iuuentutis, ad  
 pristinæ manus numerum, Martiæ cohortis facies in  
 tegraretur: nam & inuitos terrore compelli, & uo  
 lentes premio prouocari posse, nec paucos humili  
 seruiliq; uite renunciantes, instar tyrannicæ potesta  
 tis, sectam suam conferre malle. Sed quoq; iam du  
 dum, pro sua parte quendam conuenisse hominem  
 & statu procerum, & ætate iuuenem, & corpore  
 uastum, & manu strenuum, eiq; suasisse: ac deniq;  
 persuasum

persuasisse, ut manus hebetatas diutina pigritia tan-  
 dem referret ad frugem meliorem, bonoq; secundae,  
 dum posset, frueretur ualitudinis. Nec manū ualidā  
 eroganda siipi porrigeret, sed hauriendo potius  
 exercebat auro. Talibus dictis uniuersi omnes assen-  
 sere, & illum qui tam comprobatus uideretur, asci-  
 sci, et alios ad supplendū numerū uestigare statuunt.  
 Tūc profectus, et paululū cōmoratus ille, perducit  
 immanem quendam iuuenem, uti fuerat pollicitus.  
 Nescio an ulli presentium comparandum: nam prae-  
 ter ceteram corporis molem, toto uertice cunctos  
 antepollebat. Et ei cōmodum lanugo malis inserpe-  
 bat. Sed plane centuculis disparibus, & male con-  
 iarcinatis semiamicum, inter quos pectus & uen-  
 ter crustata crassitie reluctabant. Sic introgres-  
 sus: Aucte inquit fortissimo deo Marti clientes, mi-  
 hiq; iam uidi cōmilitones, & uirum magnanimae ui-  
 uacitatis uolentē uolentes accipite, libentius uulne-  
 ra corpore excipientē, quā aurum manu suscipentē,  
 ipsaq; morte, quā formidant alij, meliorem. Nec me pu-  
 tetis egenū uel abiectum, neue de pannulis istis uir-  
 tutes meas aestimetis. Nam praesui ualidissimae manui,  
 totaq; prorsus deuastati Macedonia Ego sum praedo  
 famosus, Hemeus ille Thracius, cuius totae provinciae Hemeus la-  
 nomē horrescunt, patre Therone atq; latrone inelyto

prognatus, humano sanguine nutritus, Interque  
 ipsos manipulos factionis educatus, haeres et emu-  
 lus uirtutis paternae. Sed omnē pristinam sociorum  
 fortium multitudinē, magnasq; illas opes exiguo tem-  
 poris amissi spatio: nam procuratorē principis, du-  
 cenaria perfunctū, de hinc fortuna tristiore decus-  
 sum, praetercuntē † coram sacra aggressus. Sed rei  
 † nre orato noscendae carpo ordinē. Fuit quidam multis offi-  
 cijs in aula caesaris clarus, atq; conspicuus, ipsi etiā  
 probe spectatus. Hunc insimulatū quorundam astu  
 proiecit extorrem seuiēs inuidia, sed uxor eius Plo-  
 tina quaedam, rarae fidei atq; singularis pudicitiae  
 foemina, quae decimo partus stipendio, uiri familiaria  
 † spretis fundauerat, † sumptis atq; contemptis urticae lu-  
 xuriae delicijs fugiētis comes, & infortunij sociā,  
 tonsa capillo in masculinam faciem reformato habi-  
 tu preciosissimis moralium, & auro monetali zonis  
 referta incincta, intra ipsas custodientium multum  
 manus, & gladios nudos, intrepida, cunctorū peri-  
 culorum particeps, & pro mariti salute, per uigile  
 curā sustinens, ærumnas assiduas ingenio masculo  
 sustinebat. Iamq; plurimis itineris difficultatibus, ma-  
 risq; terroribus exanclatis, Zacynthū petebat quā  
 fors ei fatalis decreuerat temporariam sedem. Sed  
 cum primū littus Aethiacū, quo tunc Macedonia de-  
 lapsa

lapsi grassabamur, appulisset, nocte promoti, taber-  
 nulam quādam littori, nauiq; proximā, uitatis maris  
 fluctibus incubabat. Inuadimus et diripimus omnia,  
 nec tamē periculo leui, temptati discesimus. Simul  
 nanq; primū sonum ianuae matrona percepit, pro-  
 currēs in cubiculū, clamoribus inquietis cuncta mi-  
 scuit, milites, suosq; famulos nominatim, sed et o-  
 mnem uiciniā suppetiarū conuocās: nisi quod pauo-  
 re cunctorū quē sibi quisq; metuētes delitescebāt, ef-  
 fectū est, ut impune discederemus. Sed protinus san-  
 ctissima (uera enim dicēda sunt) et unica fidei fœ-  
 mina bonis artibus gratiosa, precibus ad Cæsaris  
 numen porrectis, et marito reditū celerem, et ag-  
 gressuræ plenam uindictā impetrauit. Den q; <sup>†</sup> uo- <sup>†</sup> noluit  
 luit esse Cæsar Hemi latronis collegiū, et confestim  
 interijt. Tantū potest nutus etiam magni principis,  
 tota deniq; factione militariū uexillationū indagatu  
 confecta, atq; concisa, ipse me furatus agrē solus me  
 dijs orci faucibus ad hunc euasi modum. Sumpta ue-  
 ste muliebri florida, in sinus floccidos abundante,  
 mitellaq; textili coniecto capite calceis foemininis,  
 albis illis et tenuibus indutus, et insequiore in se-  
 xum incertus atque absconditus, asello spicas orde-  
 accas gerenti residens, per medias acies infesti-  
 militis transibij: unam mulierem putantes asina-



riam, concedebant liberos abitus, quippe cum mihi  
 etiam tunc depiles genae, leui pueritia splendica  
 rent, nec ab illa tamē paterna gloria uel mea uirtute  
 descuii, quanquā semitrepidus, iuxta mucrones  
 Martios constitutus, sed habitus alieni fallatia tectus  
 ullas seu castella solus aggrediens, uaticulum mihi  
 corrafi. Et diloricatis statim pannulis, in mediu pro  
 fudit duo millia aurcorum. Et en inquit istam sportu  
 lam, imò uerò dotem uestro collegio libens, meq; uo  
 bis ducem fidissimum, si tamē non recusatis offero,  
 breuis temporis spatio, lapideā istam domum ue  
 stram facturum auream. Nec mora, nec contatio, sed  
 calculis omnibus ducatu latrones unanimes ei de  
 ferunt, uestemq; lautiusculam proferunt, sumeret ab  
 iecto centuculo diuite. Sic reformatus, singulos ex  
 osculatus et in summo puluinari locatus, cœna et po  
 culis magnis inauguratur. Tūc sermombus mutuis  
 de uirginis fuga, deq; mea uectura, et utiq; destina  
 ta moustruosa morte cognoscit, et ubi locoru esset  
 illa percontatus, de ductusq; uisa ea ut erat uinculis  
 onusta, cõtorta, et uituperanti nare dicefit. Et non  
 sum quidem tam brutus, uel certē temerarius inquit  
 ut scitum uestru inhibeā, sed male cōscientie reatu  
 intra me sustinebo si quod bonū mihi uidetur disti  
 mulauero, sed prius fiduciam uestri causa sollicito  
 mihi

mihi tribuit, cum præsertim uobis si sententia hæc  
 mea displicuerit, liceat rursus ad asinū redire. Nā  
 ego arbitror latrones, quiq; eorū rectē sapiunt, ni-  
 hil anteferre lucro debere suo, ac ne ipsam quidē sæ-  
 pe, & alijs, damnosam ultionē. Ergo igitur si perdi-  
 deritis in asino uirginē, nihil amplius, quā sine ullo  
 cōpendio indignationē uestram exercueritis. Quin  
 ego censeo deducendam eam ad quāpiam ciuitatē,  
 ibiq; uenundandam. Nec enim leui precio distrahi  
 poterit talis ætacula: nā & ipsa quosdā lenones pri-  
 dem cognitos habeo: quorū poterit unus magnis e-  
 quidem talentis, ut arbitror puellā istam præstina-  
 re cōdignē natalibus suis fornicem processurā, nec  
 in simlē fugam discursurā. Non nihil etiā cum lupa-  
 nariseruierint uindictæ uobis depensurā hanc ex  
 animo quidē meo sententiā cōducibile ptuli. Sed uos  
 nostrorū estis cōsiliorū rerūq; domini. Sic ille latro-  
 nū huius aduocatus, nostrā causam ptulerat, uirginis  
 & asini sospitator egregius. sed in diutina delibe-  
 ratione cæteri cruciātes, mora consilij, mea træcor-  
 dia, imò miserū spirituum ⁊ libenter tandem nouitij ⁊ libentes  
 latrois accedunt sententiæ, & ptinus à uinculis e-  
 xoluunt uirginē. Quæ quidē simul ut uiderat illū in-  
 uenem, fornicisq; & lenonis audierat mentionem,  
 cæpit risu lætissimo gestire, ut mihi meritò subiret  
 L 5 uituperio

uituperio totius sexus. Cum uiderē puellis pro iuue-  
 nis amore, nuptiarūq; castarū desiderio simulato. In  
 panaris spurci, sordidiq; subdito delectari, nomine,  
 & tunc quidē totū mulierū secta, moresq; de asini  
 pendebāt iudicio. Sed ille iuuenis sermone repe-  
 tito: Quin igitur inquit supplicatū Marti comiti per-  
 gimus, & puellā simul uendituri, & socios indaga-  
 turi. Sed ut uideo nullū uspiā pecus sacrificatui. Ac-  
 ne uinū quidē potatui a; atum, uel sufficiens habea-  
 mus. Decē itaq; mihi legate comites, quis contentus,  
 proximum castellū petam, inde uobis epulas, et alias  
 res cōparaturus. Sic eo profecto, ceteri copiosum in-  
 struunt ignē. aram cespite uirēu Marti deo faciūt.  
 Nec multō post adueniunt illi uinarios utres feren-  
 tes, & gregatim pecua cōminantes, uinū prælectū  
 †horrico grandē hircū, annosum et † horriconē Marti secu-  
 mem tori, comitiq; uictimāt, & illico prandiū fabricatur  
 opiparē. Tūc Hospes ille, nō modō, inquit, expedi-  
 tionū, prædarūq; uerū etiam uoluptatū uestrarum  
 ducē me strenuū sentire debetis. Et aggressus insi-  
 gnifacunditate gnauius cuncta præmunistrat, uer-  
 rit, sternit, coquit, tuceta concinnat. Apponit satulē,  
 sed præcipue poculis crebris, grandibusq; singulos  
 ingurgitat. Interdū tamē insimulatione promendi  
 quæ poscebat, usus, ad puellā cōmeabat assidue, par-  
 teisq;

tesq; subreptas clanculo et prægustatas à se potir-  
 nes, offerebat hilaris. Ad illa sumebat appetèr. &  
 nōnunq; basiare uolenti, promptis sauiolis adlube-  
 scebat, quæ res opidò mihi displicebat. En oblita es  
 nuptiarū, tuiq; mutui cupitoris puella uirgo, & illi,  
 nescio cui, recenti marito, quē tibi parētes iunxe-  
 runt, hunc aducū, cruentūq; percussorē prapo-  
 nis? Nec te cōscientia stimulat, sed affectione calca-  
 ta, inter lanceas & gladios istos scortari tibi libet.  
 Quid si quomodo cæteri latrões p̄senserint, nō rur-  
 sum recurre ad asinum, & rursum exitū mihi pa-  
 rabis, reuera ludis de alieno corio. Dum ista sycō-  
 phanta ego mecū maxima cū indignatione dispu-  
 to, de uerbis eorū quibusdam dubijs, sed nō obscuris  
 prudenti asino, cognosco nō Hemū illū prædonē fa-  
 mosum, sed Lepolemū sponsum puellæ ipsus. Nam  
 procedente sermone, paulò iam clarius, contempta  
 mea præsentia quieuere mortui. Bono animo es in-  
 quit Charite dulcissima, nam totos istos tuos hostis  
 statim captiuos habebis, † et instantia ualidiore uinū  
 immixtū, sed iā modico te p̄fectū uapore, saucijs il-  
 lis & crapula, uimolētiq; madidis, ipse absumus  
 nō cessat impingere, et Hercules suspitionē mihi fe-  
 cit, quasi soporiferum quoddam uenenum cantaris  
 immisceret illis. Cuncti deniq; , sed prorsus omnes

† instanti

uine.



uino sepulti iacebant omnes, partim parati morti. Tunc nullo negotio arctissimis uinculis impeditis, ac pro arbitrio suo constrictis illis, imposita dorso meo puella dirigit gressum ad suam patriam. Quam simul accessimus, tota ciuitas ad uotiuum conspectum effunditur: procurrunt parentes, affines, clientes, alumnus, famuli leti faciem gaudio delibuti. Pompea cerneret omnis sexus & omnis aetatis, nouumque et hercules memorandum spectantem, uirginem asino triumphante. Denique ipse etiam hilarior pro uirili parte, ne praesenti negotio, ut alienus discrepare, porrectis auribus, proflatisque naribus, rudium fortiter, imo tonanti clamore personui. Et illam thalamo receptam, comode parentes sui fouebat. Me uero cum ingenti iumentorum, ciuiumque, multitudine, confestim retro Lepolemus agebat, non inuitum, nam & aliam curiosus, & tunc latronum captiuitatis spectactor optabam fieri, quos quidem colligatos, adhuc uino magis, quam uinculis deprehendimus. Totis ergo prolatis, eruditisque rebus, & nobis auro, & argento, caeterisque onustis, ipsos partim constrictos (ui fuerant) pro uolutosque, in proximis ripas praecipites dedere. Alios uero suis sibi gladijs obruncatos reliquere. Tali uindicta leti & gaudentes, ciuitatem reuenimus, & illas quidem diuitias, publica custodia commiserunt. Lepolemo puella

la repetitam lege tradidere. <sup>†</sup> Exin me suum fossita <sup>†</sup> Eximiu  
 torem nuncupatum matrona prolixè <sup>†</sup> queritabat, <sup>†</sup> currua  
 ipsoq; nuptiarum die, praesepium meum ordeo pas=  
 sim repleti iubet, foenumq; camelo <sup>†</sup> Bastrinae suff. ei <sup>†</sup> Bastrino  
 ens apponi. Sed quas ego condignas Fotidi diras de  
 uotiones imprecet, quæ me formauit non canem, sed  
 asinum, quippe cum uiderem largissimæ cœnæ reli  
 quijs, rapinisq; canis omnibus inescatos, atq; distin  
 tos, post unicam noctem & rudimenta Veneris, re=  
 cens nupta gratias summas apud suos parentes, ac  
 maritum mihi meminisse non destitit, quoad summos  
 illi promitterent honores habituri mihi. Conuocatis  
 deniq; grauioribus amicis, consilium datur, quo po=  
 tissimum factò dignè remunerarer. Placuerat uni,  
 domi me conclusum & ociosum, ordeo, lecto, fabaq;  
 & uitia saginari. Sed obtinuit alius, qui meæ liber=  
 tati prospexerat, suadens ut rurestribus potius cam  
 pis in greges equinos lasciuens discurrerem, datu=  
 rus dominis equarum insensu generoso multas mu  
 las alumnas. Ergo igitur euocato statim armentario  
 requisione, magna cum <sup>†</sup> praefactione deducendus as <sup>†</sup> equisone  
 signor. & sanè gaudens, latu q; praecurrebam, sar=  
 cinis & cæteris iam tunc renunciaturus. Nactiq;  
 libertate ueris initio, pratis herbantibus, rosas ut q;  
 reperitur aliquas, subibat me tamen illa etiam fre  
 que ns

quens cogitatio, quod tantis actis gratijs, honoribusq; plurimis, a sino meo tributis, humana facierecepta, multo tanta, pluribus beneficijs honestarer. Sed ubi me procul à ciuitate gregarius ille perduxerat, nullæ deliciae ac ne ulla quidem libertas excipit. Nam protinus uxor eius auara quidē, nequissimāq; illa mulier, molæ machinariæ sub iugum me dedit, frondosoq; baculo, subinde castigans, panem sibi, suisq; de meo parabat corio. Nec tantum sui cibi gratia me fatigare contenta, uicinorum etiam frumenta mercenarijs discursibus meis conterebat, nec mihi misero, statuta saltem cibaria, pro tantis præstabantur laboribus. Namq; ordeum meum frictum, & sub eadem mola meis quassatum ambagibus, colonis proximis uenditabat. Mihi uerò per diem laboriosæ machinæ attento, sub ipsa uespera surfures apponebat incretos ac sordidos, multoq; lapide salebrosos. Talibus ærumnis edomitū, nouis fortuna sæua cruciatibus tradidit scilicet ut quod aiunt, domi, forisq; fortibus factis, adoriæ plene gloriarer, equinis armentis. Namq; me congregem, pastor egregius mandati dominici seruis auscultator, aliquando permisit. At ego tandem liber asinus, lætus & tripudians, graduoq; molli gestiens, quas opportunissimas iam mihi concubinas futuras deligebam. Sed hic etiam spes

spes hilarior in capitale processit exitium: mares  
 enim ob admiffuram ueterem† pasti satianter ac diu †pasci  
 saginati terribiles alioquin, et utiq; quouis asino for  
 tiores, de me metuentes sibi, et adulterio de generi  
 praeuantes, nec hospitalis Iouis seruato foedere, ri  
 ualem summo furcibus persequuntur odio. Hic cla  
 tis in altum uastis pectoribus, arduus capite, et subli  
 mis uertice, primoribus in me pugillatur unguis. Il  
 le terga pulposis torulis obesa conuertens, postre  
 mis uclitatur calcibus, alius hinnitu maligno commi  
 natus, remulsiis auribus, dentiumq; candentium renu  
 datis hastis, totum me commorficat. Sic apud historiã  
 de rege Thratio legeram, qui miseros hospites, feri  
 nis equis suis lacerandos, deuorandosq; porrigebat.  
 Adcon præpotens ille tyrannus, sic parcus ordei fu  
 it, ut edaciũ iumentorum, famem corporum humano  
 rum largitione sedaret. Ad eundem modum distra  
 ctus et ipse uarijs equorum incurfibus, rursus mola  
 reis illos circuitus requirebam. Verũ fortuna me  
 is cruciatibus insatiabilis, aliam denuo mihi pestem  
 instruxit. Delegor enim ligno monte deuehundo,  
 puerq; mihi præfectus imponitur: omnibus ille qui  
 dem puer deterrimus, nec me montis excelsi tantum  
 arduum fatigabat iugum, nec saxcas tantum sudas  
 incurfando conterebam unguis, uerũ fustũ quoq;  
 crebris



crebris ictibus per sepe de dolabar, ut usq; plagarum  
 mihi medullaris insideret dolor, coxæq; dextræ sem-  
 per ictus inautiens, & unum feriendo locum, dissi-  
 pato corio, & ulcers latissimi facti foramine, imò  
 fouea, uel etiam fenestra, nullus tamen desinebat idē  
 tidem uulnus sanguine delibutū obtundere. Ligno-  
 rum uerò tanto me premebat pondere, ut sarcinæ  
 molem elephantis non asino paratam putares: ille ue-  
 rò quotiens in alterum latus præponderans decli-  
 narat sarcina, cum deberet potius grauantis ruina  
 fustes demere, & leuata paulisper pressura, sanare  
 me, uel certè in alterum latus translatis præequa-  
 re, cōtra, lapidibus additis insuper, sic iniquitati præ-  
 deris medebatur. Nec tamē post tantas meas elades  
 immodico sarcinæ pondere contentus, cum fluiuium  
 transcenderemus (qui fortè præter uiam desuebat)  
 pedibus suis ab aquæ madore consulens, ipse quoq;  
 insuper lumbos meos insiliens residebat, exiguum  
 scilicet, & illud tantæ molis superpondium. At si quo  
 casu limo cœnoso ripæ supercilio lubricante, oncris  
 impatientia prolapsus deruissem, cum deberet egre-  
 gius Agaso manum porrigere, capistro suspendere,  
 cauda subleuare, artam partem tanti ponderis, quo  
 ad resurgerem saltem detrahere, nullum quidem  
 desesso mihi ferebat auxilium, sed occipiens à capite  
 imò

imò uerò & ipsis auribus totum me compilabat, † & † cedit  
 dens fuste grauiſſimo, donec fomenti uice, me plagæ  
 ſuſcitarent. idem mihi talem excogitauit perniciem  
 ſpinas acerrimas, & punctu uenenato uirioſas torti  
 li nodo in ſacem conſtrictas, caudæ meæ penſilem  
 delegauit cruciatum, ut inceſſu meæ commotæ incita  
 tæq; ſuneſtis aculeis inſiſtè me conuulnerent. Er  
 go igitur ancipiti malo laborabam, nam cum me cur  
 ſu proripueram, fugiens acerbiffimos incurſus uehe  
 mentiore niſu ſpinarum ſcriebar, ſi dolori parans  
 paululum reſtitiffem. Plagis compellebar ad cur  
 ſum, nec quicquam uidebatur aliud excogitare puer  
 ille nequiſſimus, quàm ut me quoquo modo perditū  
 iret. idq; iurans, & nonnunquam comminabatur, et  
 planè fuit quod eius deteſtabilem maliciam ad peio  
 res conatus ſtimularet. Nam quadam die, nimia eius  
 inſolentia expugnata patientia mea, calces ualidos  
 extuleram. Deniq; tale ſàcinus in me commiſcitur  
 ſtuppæ ſarcina me ſatis onuſtum, propereq; funicu  
 lis conſtrictum, producit in uiam, deq; proxima uil  
 lula ſpirantem carbunculum ſuratus, oneris in ipſo  
 meditullio reponit. Iamq; fomento tenuis caleſcens,  
 & enutritus ignis, ſurgebat in flammæ, & totum  
 me ſuneſtus ardor inuaderat, nec ullum peſtis extre  
 mæ ſuſugium, nec ſalutis aliquod apparet ſolatium.

Et ustrina talis moram non sustinet, sed meliora consilia præuertitur, sed in rebus sæuis adfulsit Fortuna nutus hilarior. Nescio an futuris periculis me reseruās, certè præsentè statutaq; morte liberans. Nā fortè pluuiæ pridianæ recens conceptaculum aque lutulentæ proximum conspicatus, ibi memet improvido saltu totum abijcio. Flammaq; prorusus extincta, tandem & pondere leuatus, & exitio liberatus eua-do. Sed ille deterrimus ac temerarius puer, hic quoque suum nequissimum factum in me retorsit, gregarijsq; omnibus affirmavit me sponte uicinorum foculos transcuntem, titubanti gradu prolapsum, ignem ultroneum accessisse, mihi etiam arridens addidit: Quousq; ergo frustra pascemus ignigenum istum? Nec nullis interiectis diebus, longè & etioribus me dolis petiuit: Ligno enim quod gerebam, in proximam casu iam uendito, uacuum me ducens, iam se nequitie meæ proclamans imparem, miserrimumq; istud magisterium reuens querelas huiusmodi concinat: Videtis istum pigrum, tardissimumq; & nimis asinū me præceteris flagitijs nunc nouis periculis etiam angit, ut quæq; enī uiatorē prospexerit, siue illa sit uetula mulier, siue uiro nubilus seu tener puellus, sese illico disturbato gestamine nonnunquam etiam ipsis stramentis abiectis, furens incurrit, & homines a-

maior

amator talis appetit, & humi prostratis illis inhiās,  
 illicitas atq; incognitas temptat libidines & ferinas  
 uoluptates, auersam Venerem inuitat ad nuptias.  
 Nam imaginem, † at sauij mentiendo, ore improbo † *tetiani*  
 compulsat ac morsicat. Quæ res nobis non medio-  
 cris lites etq; iurgia, imò forsitan & crimina pariet.  
 Nunc etiã uisa quadam honesta iuvene ligno (quod  
 deuehebat) abiectio dispersoq; in eam furiosos dixit  
 rit impetus, et festiuus hic amasio humo sordida pro-  
 stratam mulierem, ibidem in coram omnium gestie-  
 bat inscendere. Quod nisi ploratu, gestuq; foeminio  
 conclamatum uiatorum presidium accurrisset, ac de  
 medijs unguis, ipsius esset crepta, liberataq;. Misc-  
 ra illa compauida, atq; dirupta, ipsa quidem crucia-  
 bilem cladem sustinisset, nobis uerò poenale reli-  
 quisset exitium. Talibus mendacijs admiscendo ser-  
 mones alios, qui mecum uerecundum silentium uche-  
 mentius premerent, animos pastorum in meam per-  
 niciẽ atrociter suscitauit. Deniq; unus ex illis: Quin  
 igitur publicum istum maritum inquit, imò comunẽ  
 omnium adulterum, illis suis monstruosis nuptijs cõ-  
 dignam uictimamus hostiam? & † Hec tu puer ait, † *Hemus*  
 obruncato protinus eo, intestina quidem canibus no-  
 stris iacta, ceteram uerò carnem omnem operario-  
 rum cœnæ reserua. Nam corium affirmatum cine-



ris inspersum dominis referemus, eiusq; mortē de lu-  
 po facile mētiemur. Sublata contatione, accusator ille  
 meus noxius, ipse etiam pastoralis executor senten-  
 tię letus, & meis insultans malis, calāsq; illius admo-  
 nitus, quā inefficacem fuisse me hercules dolco. pro-  
 tinus gladium cotis attritu parabat. Sed quidam de  
 coetu illo ruficorū: Nefas aī tam bellū asinum, sic ene-  
 care, & propter luxuriam, lasciuiaq; amatoriam  
 criminatum, opera seruitioq; tam necessario carere,  
 cū alioquin exectis genitalibus, possit neq; in venerē  
 ullo modo surgere, nosq; omni metu periculi libera-  
 re insuper etiā lōgē grātor, atq; corpulētor effici.  
 Multos ego scio non modo asinos inertes, uerū et  
 am ferocissimos equos nimio libidinis calore labo-  
 rantes, atq; ob id truces, uesanosq; adhibita tali dete-  
 statione: mansuetos ac mansues exinde factos, et one-  
 ri ferendo non inhabiles, & ceteri ministerij patiē-  
 tes. Deniq; nisi uobis suadeo uolentibus, possum spa-  
 cio modico interiectu, quo muratum proximū obire  
 statui, petitis ē domo ferramentis, huic curę prepa-  
 ratis, ad uos actutum redire, truemq; amatorem istū  
 atq; insuauem, disitis foemoribus emascularē, &  
 quouis ueruce mitiorem efficere. Tali sententia me  
 dijs orci manibus retractus, sed ex tunc pœnere ser-  
 uatus, mœrebam, & in nouissima parte corporis,  
 totum

totum me † pariturum debebam, inedia deniq; con † peritum  
 timus uel præcipiti ruina, memet ipse querebam ex rum  
 tingerer, moriturus quidem nihilominus, sed mo-  
 riturus integer. Dumq; in ista necis meæ decontor  
 electione, matutino me rursus puer ille peremptor  
 meus circa montis suctum ducit uesigiū. tamq; me  
 de cuiusdam uastissimæ ilicis ramo pendulo destina-  
 to, paululum uiam supergressus, it se securi lignum  
 quod deheret, recidebat. Et ecce de proximo spe-  
 cu uastum attollens caput, funesta proserpit ursa, quā  
 simul conspexi, pavidus, & repentina facie conter-  
 ritus, totum corporis pondus in postremos popli-  
 tes recello: arduaq; ceruice sublimiter elcuata, lorū  
 quo tenebar, rumpo: meq; protinus pernici fugæ cō-  
 mitto, perq; prona non tantum pedibus, uerūmi etiā  
 toto proiecto corpore, properè deuolutus immitto  
 me campis subpatentibus, & summo studio fugiens  
 immanem ursam, ursq; peiorem illum puerū. Tunc  
 quidem uiator solitarium, uagumq; me respiciens,  
 inuadit, & properiter insensum baculo, quem ge-  
 rebat † obuerberans, per aliquam, ignaramq; me † obum-  
 ducebat uiam. Nec inuitus ego cursui me accommo brans  
 dabam, relinquens aurociſsimam uirilitatis lame-  
 nam. Ceterū plagis non magnopere commouebat  
 quippe consuetus ex forma concidi sustibus, sed illa

† deum  
† Ante

fortuna meis casibus peruicax, tam opportunum latibulum, misera celeritate præuersa, nouas instruit insidias. Pastores enim mei perditam sibi requirentes uacculam, uariâsque regiones peragrantes, occurrunt nobis fortuito, statimq; me cognitum, capistro reprehensum, attrahere gestiunt. Sed audacia ualida resistens ille, fidem hominum † dominq; testabatur. Quid me raptatis, quid inuaditis. † Ain te nos tractamus inciuiliter, qui nostrum asinum, furatus abducis: quin potius effaris ubi puerum eiusdem Agasonem necatum scilicet occultaris? Et illico de tractatus ad terram, pugnisq; pulsatus, & calcibus contusus, infit deierans! nullum semet uidisse ductorem, sed planè concinatum solutum & solitariuum, ob indicinæ præmium occupasse, domino tamen suo restitutum. Atque utinam ipse asinus inquit, quem nunquam profectò uidissem, uocem qui ret humanam dare, meaq; testimonium innocentie perhibere posset, profectò uos huius iniuriæ pigeret. Sic adscuerans nihil quicquam promouebat: nam collo constrictum reducunt eum pastores molesti, circa montis illius syluosa nemora, unde lignum puer solebat egerere. Nec uspiam ruris reperitur illò, sed planè corpus eius membratim laceratum, multisq; dispersum locis conspicitur.

Quare

Quam rem proculdubio sentiebam ego illius ur-  
 se dentibus esse perfectam, & hercules dicerem  
 quod sciebam, si loquendi copia supeditaret. Sed  
 quod solum poteram, tacitus licet seræ uindictæ  
 gratulabar. Et cadauer quidem dissectis partibus  
 tandem totum repertum, agræque concinnatum  
 ibidem terræ dedere. Meum uerò Bellorophon-  
 tem, abactorem indubitatum, cruentumque percu-  
 sorem criminantes, ad casas interim suas uinctū  
 perducunt, quoad renascenti die deductus ad ma-  
 gistratus, ut aiebant, pœnæ redderetur. Inte-  
 rim dum puerum illum parentes sui plangori-  
 bus, fletibusq; querebatur, & adueniens ecce ru-  
 sticus, nequaquam promissum suum frustratus, de-  
 stinatam sectionem meam flagitat. Non est inquit  
 in his unus, indidem præsens iactura nostra, sed pla-  
 nè crastino libet non tantum naturam, uerum etiam  
 caput quoque ipsum pessimo isto asino demere. Nec  
 ibi ministerium dedit istorum. Sic effectum est, ut in  
 alterū diem clades differeretur mea. Ad ego gra-  
 tias agebam puero, quòd saltem mortuus unam  
 carnisficinæ meæ dieculam donasset. Nec tamē tan-  
 tillū saltē gratulationi meæ, quietiq; spaciū datū, nā  
 mater pueri mortem deplorans acerbam filij, fleta



& lacrymosa, fuscaq; uestem contecta arbabus ma-  
 nibus trabēs cinerosam caniciem, eiulans, & exim-  
 de proclamās, stabulum irrumpit meum, tunsisq; ac  
 diuerberatis uehementer uberibus, incipit: Et nūc  
 iste securus, incumbens præsepio, uoracitati suæ de-  
 seruit, & insatiabilem, profundumq; uentrem sem-  
 † fortassis per esitando distendit, nec ærumnæ meæ † miseræ  
 miseret uel detestabilem casum defuncti magistri recorda-  
 tur. Sed scilicet senectam, infirmitatemq; meam con-  
 temnit ac despicit, & impune se laturum tantum  
 † contra scelus credit. At utcumq; se præsumit innocentem.  
 noxiam Est enim congruens pessimis conatibus, † circa no-  
 xiam conscientiam, sperare securitatem. Nam pro-  
 deū in fidem, quadrupes nequissime, licet præcati-  
 am uocis usuram sumens, cui tandem, uel ineptissi-  
 me, persuadere possis, atrocitatem istam culpa uas-  
 care, cum propugnare pedibus, & arcere morfi-  
 bus, mi illo puero potueris? An ipsum quidem se-  
 pius incusare calcibus potuisti, moriturum uerò de-  
 fendere alacritate simili nequisti? Certè dorso rece-  
 ptum auferres protinus, & infesti latronis cruentis  
 manibus eriperes. postremum deserto, derelictiq;  
 illo conseruo, magistro comite pastore, non solus au-  
 fugeres. An ignoras eos etiam qui morituris auxi-  
 lium salutare denegarint, quòd contra bonos mores  
 id ipsum

id ipsum fecerint, solere puniri? sed nō diutius meis  
 cladibus letaberis, † homicidia senties, efficiam mi- † homici-  
 fero dolori naturalis uircis adesse. Et cum dicto, da  
 assertis manibus, exoluit suam sibi fasciam, p̄d. s̄q̄  
 meos sigillatim inligans, in idem constringit arctis-  
 simē scilicet ne quod uindictae meae superesset praes-  
 sidium. Et partica, qua stabuli fōres † affirmari so- † offirma-  
 lebant, arrepta, non prius me desit obtundere, quā ri  
 uictis, fessisq̄; uiribus suo p̄te pondere degrauius,  
 manibus eius fustis esset clapsus. Tunc de brachio-  
 rum suorum cita f̄tigatione conquesta, procurrit  
 ad focum, ardentēq̄; titionem gerens, medijs ingui-  
 nibus obtrudit, donec solo quod restabat innixus  
 praesidio, liquida fimo strictim egestis, faciem atque  
 oculos eius confeddassem, qua caecitate, atq̄; scetore † Caterū  
 tandem fugata est à me pernicies, † certum titione  
 delirantis althae Melcager a n̄ u terijssit.

L. APV-  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO-  
NICI, DE ASINO AV-  
REO LIBER  
OCTAVVS.



Octis gallicinio, uenit quidam iuue-  
nis proxima ciuitate, ut quidem mi-  
hi uidebatur, unus de famulis (ha-  
rites, puella illius, quæ mecum apud  
latrones paruis ærumnas exancla-

uerat. Is de eius exitio & domus totius infortunio  
mira ac nefanda, ignem propter aspidēs, inter con-  
seruorum frequentiam, sic annunciabat, equisitio-  
nes, opilionesq; et bubse quæ. Fuit Charite nobis  
quàm miscella, & quidem casu grauissimo, nec ue-  
rò incommutata manes adiuit, sed ut cuncta nori-  
tis referam uobis à capite quæ gesta sunt, quæq;  
possint meritò doctiores, quibus solum fortuna  
subministrat, in historie speciem chartis inuol-  
uere. Erat in proxima ciuitate iuuenis, natali-  
bus prænobilis, equo clarus, & pecuniæ satis lo-  
cuples

† bouis  
equi

† Charitis

cuples, sed luxurie popimalis, scortisq; & diurnis potationibus exercitatus, atque ob id factionibus latronum malè sociatus, nec non etiam manus infectus humano cruore, Thrasillus nomine. Idq; sic erat, & fama dicebat. Hic cum primùm Charite nubendo maturuisset, inter præcipuos procos, summo studio petitionis eius munus obierat. Et quanquã cæteris omnibus id genus uiris antistaret eximiusq; muneribus parentum inuitaret iudicium, morum tamen improbatus, repulsæ contumelia fuerat aspersus. At dum herilis puella in boni Lepolemi manum uenerat, firmiter decorsus delapsum nutriens amorem, & denegati thalami renuenscens indignationem, cruento facinori querebat accessum. Nactus deniq; præsentis suæ tempestiuam occasionem, scelere quod diu cogitauerat, accingitur. Ac die quo prædonum insidiis murembus puella fuerat, æstu, uiribusq; sponsi sui liberata, turbæ gratulantium exultans, insigniter permiscuit sese, salutiq; præsentia futuræ soboli nouorum maritorum gaudibundus, ad honorem splendida prosapie, inter præcipuos hospites domum nostram receptus, occultato consilio sceleris, amici fidelissimi personam mentiebatur. Iamq;

sermo =



sermonibus assiduis, & conuersatione frequenti,  
 nonnumquam etiam coena, poculoq; communi carita-  
 † forte ro or, cariorq; factus in profundam † Romam cupidita-  
 tam nis sese paulatim nescius praecipitauerat. Quidni?  
 cum flamma cui amoris, parua quidem primo uis-  
 pore delectet, sed fomento consuetudinis exestu-  
 ans immodici ardoris, & totos comburat homines  
 Diu deniq; liberauerat secum Thrasillus, cum nec  
 clandestinis colloquijs opportunum reperiret lo-  
 cum, et adulterinae Veneris magis, magisque praecula-  
 sos aditus copia custodientium cerneret, nouaq; at-  
 que gliscentis affectionis firmissimum uinculum non  
 posse dissociari perspiceret, & puellae si uellet, quam  
 quam uelle non posset, furatrinae conjugalis incom-  
 modaret rudimentum, & tamen a hoc ipsum quod  
 non potest, contentiosa pernicie, quasi posset impela-  
 litur, quod nunc arduum factu putatur. Amore per  
 dies roborato, facile uidetur effectu. spe etate de-  
 niq;. Sed oro sollicitis animis intendere, quosum  
 furiosae libidinis proruperint impetus. Die quadam  
 uenatum Lepolemus assumpto Thrasillo petebat,  
 indignatus feras, si quod tamen in capreis † ferita-  
 † ueritatis  
 licet mi-  
 nus apic  
 tis est. Nec enim Charite maritum suum querere  
 patiebatur bestias armatus dente uel cornu. iam-  
 que apud frondosum tumulum, ramosumq; den-  
 sis

sis tegminibus, umbroso prospectu uestigatorum, ob  
 septis caprejs, canes uenationis indagum genere  
 se, mandato, cubili residentes inuaderent bestias, im  
 mittuntur, statimq; solertis disciplinæ memores, par  
 titi totos præcingunt aditus, tacitq; prius seruata  
 musitatione, signo sibi repentino reddito, latrati  
 bus seruidis, dissonisq; miscēt omnia, nec ulla capra  
 nec pauens damnula, nec præ cæteris feris maior ær  
 ua, sed aper immanus, atq; inusitatus exurgit, toris  
 callo secutis obesus, pilis inhorrenibus, corio squalli  
 dus, setis insurgentibus, spinæ hispidus dentibus at  
 tritu sonaci spumeus, oculis flammeus, aspectu mina  
 a, impetu sæuo frementis oris totus fulmineus. Et pri  
 mium quidem canum procaciores, qui cominus con  
 tulerant uestigium, genis hac illac iactatis, consecras  
 interficit, deinde calcata retiola qua primos impe  
 tus reduxerat, transibit. Et nos quidem cuncti pa  
 uore deterriti. Et alioquin innoxij uenationibus cõ  
 sueti, tunc etiam inermes, atq; innuniti, tegumentis  
 frondis, uel arboribus latenter abscondimus. Thra  
 sillus uerò nactus fraudium oportunum decipulum,  
 sic Lepolemmum captiosè compellat. Quod stupore  
 re confusi, uel etiam cassa formidine similes humili  
 tati seruorum istorum, uel in modum pauoris scemi  
 nei deiecti, tam opimam prædam medijs manibus a  
 mittimus

timus? Quin equos inscendimus, quin otyus indipisā  
 mur, & cape uenabulum, & ego sumo lanceā. Nec  
 tantillum morati, protinus insiliunt equos ex summo  
 studio bestiam insequentes. Nec tamen illa genuini  
 uigoris oblita, retorquet impetum, & incendio feri  
 tatis ardescens, dentium compulso, quem primum  
 insiliat contabunda rimatur. Sed prior Lepolemus  
 iaculum quod gerebat, insuper dorsum bestiae con  
 torsit. At Thrasillus feræ quidem pepercit, sed equi  
 quo uehebatur Lepolemus, postremos poplites lan  
 cea feriens amputat. Quadrupes recidens, qua san  
 guis effluxerat, toto tergo lupinatus, inuitus domi  
 num suum deuoluit ad terram. Nec diu, sed cum a  
 per furens inuadit iacentem, ac primò lacinias eius,  
 mox ipsum resurgentem, multo dente laniauit. Nec  
 cepti nefarij bonum piguit amicum, uel suæ seuitiæ  
 litatum saltem tanto periculo cernens potuit exple  
 ri, sed percito, atq; plagosa crura contegenti, suūq;  
 auxilium miseriter roganti, per scemur dextrū dimi  
 sit lanceam. Tanto illa quidem fidentius, quāto cre  
 deret ferri uulnera similia futura profectu dentium  
 Nec non tamen ipsam quoq; bestiam facili manu trās  
 adiit. Ad hunc modum defuncto iuuenē, exciti lati  
 bulo suo, quisq; familia mœsta concurrimus. At ille  
 quanquā perfectō uoto, prostrato inimico, letus  
 ageret

ageret, multu tamen gaudium tegit, & frontem asse-  
 uerat, & dolorem simulat, & cadauer quod ipse fe-  
 cerat, auidè circumplexus, omnia quidem lugentium  
 officia solerter affinxit, sed solæ lachrymæ procede-  
 re noluerunt. Sic ad nostri similitudinem, qui uerè  
 lamentabamur, conformatus, manus suæ culpam, be-  
 stie dabat. Ne dum satis scelere transacto, fama dila-  
 bitur, & cursus primos ad domum Lepolemi detor-  
 quet, & aurcis infelicis nupte percutit. Quæ  
 quidem simul percepit talem nuncium, qualem non  
 audiet alium, amens, & uecordia percita, cursuq; bac-  
 chata furibundo per plateas populosas, & arua rã-  
 restria fertur insana uoce, casum mariti queritans.  
 Confluunt ciuium mœste cateruæ, sequuntur ob-  
 uij dolore sociato, ciuias cuncta uacuatur studio uisi-  
 onis. Et cæcæ mariti cadauer accurrit, labemq; spiri-  
 tu, totam se super corpus effudit, ac plenis in e ibidè  
 quàm deuouerat ei reddidisset animam, sed ægrè  
 manibus crepta suorum, remansit in uita. Funus ue-  
 rò toto feralem pompam prosequente populo, dedu-  
 citur ad sepulturam. Sed Thrasiillus numium clama-  
 re, plangere, & quas in primo n. ærore lacrymas  
 non habebat, iam scilicet crescente gaudio, reddere  
 & multis charitatis nominibus ueritatem ipsam fal-  
 lere, illum amicum coætaneum, contubernalem fra-



trem deniq; adlito nomine lugubri cicere, nec non in  
 terdum manus Charites à pulsandis uberibus amo-  
 uere, luctu n̄ sedare, heuiatum cohercere, uerbis  
 palpantibus stimulum doloris obtundere uarijs ex-  
 emplis multiuag; casus, solatia neçtere. Cunctis  
 tamen mentitæ pietatis officijs, studium contrectan-  
 dæ mulieris adhibere odiosumq; amorem suum per  
 peram delectando nutrire. Sed officijs infirialibus  
 statim<sup>r</sup> ereptis, puella protinus festinat, ad maritum  
 suum n̄ demerare, cunctasq; prorsus pertemptat uias.  
 Certè illam lenem, ociosamq; , nec telis ullis indigen-  
 tem, sed placidæ quieti consimilem inedia, deniq; mi-  
 sera, & incuria squalida, tenebris imis abscondita, cū  
 luce iā transegerat, sed Thrasillus instātia peruicaci  
 partim p̄ semetipsos, partim p̄ cæteros familiaris, ac  
 necessarios ipsos deniq; puellæ parētes extorquet, tã  
 dē iā lurore & illuuiæ pene colapsa mēbra lauacro  
 cibo deniq; cōfueret. Ad illa parentum suorum ali-  
 oquin reuerens, inuita quidem uerū religiosæ ne-  
 cessitati succumbens, uultu non quidem hilari, uerū  
 paulò sereniore obiens, ut iubebatur, uiuentium mu-  
 nia, prorsus in pectore, imò uerò penitus in medul-  
 lis, luctu ac mœrore carpebat animū, diesq; totos, et  
 noctesq; tasq; noctes, insumebat luctuoso desiderio & tima-  
 ginem defuncti<sup>r</sup> quam ad habitum dei liberi forma  
 uerat

¶ expletis

¶ imagies

¶ quas

uerat, affixo seruitio diuinis percolens honoribus,  
 ipso se solatio cruciabat. Sed Thrasillus præceps ali  
 oquin, & de ipso nomine temerarius, priusquam  
 dolorem lacrymæ satiarent, & percitæ mentis resi  
 deret furor, & in sese nimietatis senio lacefferet lu  
 ctus adhuc flentem maritum, adhuc uestes lacrantem  
 adhuc capillos distrahentem, non dubitauit de nu  
 ptijs conuenire, & impudente labe, tacita pectoris  
 sui secreta, fraudesq; ineffabileis detegere, sed Cha  
 rite uocem nefandam, & horruit & detestata est:  
 & uelut graui tonitu, procellaq; sideris, uel etiam  
 ipso Diali fulmine percussa corruit corpus, & ob  
 nubilauit animam. Sed interuallo reualefcente pau  
 latim spiritu, sermos rugitus iterans etiam† scænâ † cœnans  
 pessimi Thrasilli prospiciens, ad limam consilij, de  
 syderium petitoris distulit. Tunc inter moras um  
 bra illa miserè trucidati Lepolemi, sanè cruentam,  
 & pallore deformem attollens faciem, quietem pu  
 dicam interpellat uxoris: Mi coniunx, qd' tibi pror  
 sus ab alio dici non licebit, si pectori tuo iam perma  
 net nostri memoria, uel acerbæ mortis meæ casu fœ  
 dus charitatis intercidit, quouis alio felicius marita  
 re, modò ne in Thrasilli manum sacrilegam con  
 uenias, nèue sermonem conferas, nec mensam ac  
 cumbas, nec thoro acquiescas. Fuge mei percussoris

cruentam dexteram: noli parricidii nuptias auspicari. Vulnere illa, quorum sanguinē tuæ lacrymæ proluere, nō sunt tota dentium vulnere, lancea mali Thrasilli, me tibi fecit alienum. Et addit cætera, omnemq; scenam sceleris illuminat. At illa ut primum mœstaqueuerat, thoro faciem impressa, etiam nunc dormiens lacrymis emanantibus, genas cohumitat, et uelut quodā tormento, inquieta quiete exausta, luctu redintegrato, prolyxum heuiat. Discessaq; interula, decora brachia seuiantibus palmulis conuerberat, nec tamen cum quoquam participatis nocturnis imaginibus, sed in dicio facinoris prorsus dissimulato, et nequissimum percussorem punire, et ærumnabili nitese se subtrahere tacita deærnit. Ecce rursus improvide uoluptatis detestabilis petitor aureis obseratas de nuptijs obtundens, aderat. Sed illa clementer aspernata sermonem Thrasilli, astuq; mirò personata, instanter garricenti summissaq; deprecanti: Adhuc inquit tui fratris, meiq; carissimi mariti facies pulchra illa in meis diuersatur oculis. Adhuc odor cina meus Ambrosij corporis per nareis meas percurrit. Adhuc formosus Lepolemus in meo uiuit pectore. Boni ergo et optimi consules, si luctu legitimo miserrimæ sceminæ necessarium concesseris tempus, quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur

atur anni. Quæ res cum meum puorẽ, tum etiã tuũ  
 salutare commodũ respicit : ne fortẽ immaturitate  
 nuptiarum indignatione iusta manes acerbos mariti  
 ad exitium salutis tuæ susciteamus . Nec isto sermone  
 Thrasillus sobrius factus, uel saltem tempestiua polli-  
 citatione recreatus, identidem pergit linguæ sau-  
 ciantis susurros improbos tingerere, quoad simulan-  
 ter reuicta Charite suscipit . Istud equidem certẽ  
 magnopere deprecanti concedas necesse est mihi  
 Thrasilla, ut interdum taciti clandestino coitus obca-  
 mu, nec quisquam persentiscat familiarium, quoad  
 dies reliquos metiatur annus. Promissioni fallaciõs  
 mulieris oppressus, succubuit Thrasillus, & prolyxẽ  
 consentit de furtiuo concubitu, noctemq; & opertas  
 exoptat ultro tenebras: uno potius di studio, postpo-  
 nens omnia. Sed heus tu inquit Charite, quã probe  
 ueste contactus, omniq; comite uiduatus, prima uig-  
 lia foreis meas tacitus accedas, unoq; sibilo contentus  
 nutricem istam meam operiare, quæ claustris adhæ-  
 rens exaubabit aduẽtui tuo. Nec secius patefactis æ-  
 dibus acceptum te nullo lumine conscio, ad meũ per-  
 ducet cubiculum. Placuit Thrasillo scæna feraliũ nu-  
 ptiarum, nec sequius aliquid suspicatus, sed expecta-  
 tione turbidus, de diei tantum spatio, et uesperæ mo-  
 ra querebatur. Sed ubi sol nocti tandem decessit, &

t iurgere



Et ex imperio Charites adornatus, et nutricis capti-  
 tiosa uigilia deceptus, irrepit cubiculum pronus spectans.  
 Tunc anus de iussu dominæ blandiens ei, furtim de-  
 promptis calcibus, et œnophoro, quod immixtum  
 uino soporiferum gerebat uenenum, crebris potio-  
 nibus, auidè ac securè haurientem, mentita dominæ  
 tarditatem, quasi parentem ad sideret ægrotum, fa-  
 cile sepeliuit ad somnum. Tamq̃; eo ad omnes iniuri-  
 as exposito, ac supinato, intra uocata Charite, masculi-  
 nis animis impetuq̃; diro sermè inuadit, ac superstitit  
 sicarium, et inquit: Fides coniugis mei comes, en  
 uenator egregius, en carus maritus: hæc est illa dex-  
 xtera, quæ meum sanguinem fudit: hoc pectus, quod  
 fraudulentas ambages in meum concinnauit exitum.  
 oculi isti, quibus malè placui, qui quodammodo tamè  
 tam futuras tenebras auspicantes, uenientes pœnas  
 antecedunt: Quiesce securus, beatè somniare, non  
 ego gladio, non ferro petam. Absit, ut simili mortis  
 genere cum marito meo coæqueris. Viuo tibi mori  
 entur oculi, nec quicquam uidebis nisi dormiens. Sa-  
 xo feliciorẽ necem inimici tui, quàm uitam tuam  
 sentias. Lumen certè non uidebis, manu comitis in-  
 digebis. Charitem non tenebis, nuptijs non frueris,  
 nec mortis quiete recreaberis, nec uitæ uoluptate læ-  
 taberis:

taberis, sed incertum simulachrum errabis† orcum † fortune  
 & solem, & diu quæres dexteram, quæ tuas expu-  
 gnauit pupulas. Quodq; est in ærumna miserrimum,  
 nescies de quo queraris. At ego sepulchrum mei Le-  
 polemi tuo luminum cruore † libabo, & sanctis ma † litabo  
 nibus eius, istis oculis parentabo. Sed quid mora tem-  
 poris, dignum cruciatum lucraris, & meos forsitan  
 tibi pestiferos imaginariis amplexus? Relictis somno=  
 lentis tenebris, ad aliam pœnalem euigila caligi=  
 nem. Attolle uacuam faciem, uindictam recognosce,  
 infortunium intellige, ærumnas computa. Sic pudici-  
 cæ mulieri tui placuere oculi, sic faces nuptiales tu-  
 os illuminarunt thalamos? Vltirices habebis pro-  
 nubas, & orbitatem comitem, & perpetuæ consci-  
 entie stimulum. Ad hunc modum uaticinata muli-  
 er, acu criminali capite deprompta, Thrasilli conuul-  
 nerat tota lumina, cumq; prorsus exoculatum relin-  
 quens: dum dolore nescio crapulam cum somno di-  
 scutit, arepto nudo gladio, quo se Lepolemus sole-  
 bat incingere, per mediam ciuitatem cursu furioso  
 proripit: se proculdubio nescio, quod scelus gesti-  
 ens, circa monumentum mariti contendit. At nos, et  
 omnis populus, nudatis totis ædibus, studiosè con-  
 sequimur: hortati mutuo, ferrum uesantis extorque-  
 re manibus, sed Charite capulum, capit Lepolemi,

propter assistens, gladioq; fulgenti singulos abi-  
 gens, ubi fletus uberes & lamentationes varias cum  
 citorum intuetur: Abijcite inquit importunas la-  
 crymas, abijcite luctum meis uirtutibus alienum,  
 uindicaui in mei mariti cruentum peremptorem,  
 punita sum funestum mearum nuptiarum prædo-  
 nem. Iam tempus est, ut isto gladio decorsus ad me-  
 um Lepolemmum uiam quæram. Et enarratis ordi-  
 ne singulis, quæ sibi per somnum nunciauerat ma-  
 ritus, quòque astu Thrasillum inductum petisset, fer-  
 ro sub papillam dexteram transfecto, corruit. Et in  
 suo sibi peruoluta sanguine, postremò balbutiens  
 incerto sermone, † perflauit animam uirilem. Tunc  
 † pereffla  
 re propè familiares miseræ Charites, accuratissimè cor-  
 pus ablutum munita sepultura ibidem marito per-  
 petuam coniugem reddidêre. Thrasillus uerò co-  
 gnitis omnibus, nequens idoneum exitium præ-  
 senti clade reddere, certisq; tanto facinori nec  
 gladium sufficere, sponte delatus ibidem ad se-  
 pulchrum: Ultronea nobis insisti manes, en ad-  
 est uictima, sepe clamitans, ualuis super sese di-  
 ligenter obseratis, inedia statuit elidere sua sen-  
 tentia damnatum spiritum. Hinc ille longo tra-  
 hens spiritu, & nonnunquam illacrymans, gra-  
 uiter affectis rusticis annunciabat. Tunc illi mutati  
 domini

domini nouitatem metuentis, & infortuniū domus  
herilis altius miserantes, fugæ se comparant. Sed  
equorum magister, qui me curandum magna ille qui  
dem commendatione susceperat, quicquid in casula  
preciosum conditum seruabat, meo atq; aliorum iu-  
mentorū dorso repositum abspertans, sedes pri-  
stinas deserit, gerebamus infantulos & mulieres,  
gerebamus pullos, passeres, edos, catellos, & quic-  
quid infirmo gradum fugam morabatur, nostris  
quoq; pedibus ambulabat, nec me pondus sarcinæ,  
quanquā enormis urgebat: quippe gaudiali fuga  
detestabilem illum exectorē uirilūatis meæ relin-  
quentem, Syluosi montis asperum permensi iugum,  
rursusq; reposita camporū ad spacia peruecti, iam  
uespera semitam tenebrante, peruenimus ad quod-  
dam castellum frequens & opulens, unde nos in-  
cola nocturna, imò uerò matutina etiā prohibebāt  
egressione. Lupos enim numerosos, grandes, &  
uastis corporibus sarcinosos, ac nimia ferocitate  
seuientes, passim rapinis adsuetos infestare cum  
etiam illam regionem. Idēque ipsas uias obsidere,  
& in modum latronum prætereuntes aggredi,  
imò etiam uesana fame rabidos, finitimas expu-  
gnare uillas, exitiūque inertissimorum pecudum  
ipsis iam humanis capitibus imminere. Deniq; ob-



iter illud quod nobis erat commeandum, iacere semina  
 sa hominum corpora, suisque uisceribus nudatis ossi-  
 bus cuncta candere, ac per hoc nos quoque cautione  
 summa uiae reddi debere, idque uel imprimis obser-  
 uantem, ut luce clara, et die iam proeecto, et sole  
 florido, uitantes undique latentes insidias, cum et  
 ipso lumine dirarum bestiarum repinguatur impe-  
 tus, non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato co-  
 meatu difficultates illas transabiremus. Sed nequissi-  
 mi fugitiui ductores illi nostri et caeca festinationis te-  
 meritate, ac metu incertae insequutionis, spreta sa-  
 lubri monitione, nec expectata luce proxima, circa  
 ferme tertiam uigiliam noctis onustos nos ad uiam  
 propellunt. Tunc ego metu praedicti periculi, quan-  
 tum poteram, turbae medius, et inter conferta iu-  
 menta latenter absconditus, clunibus meis ab ag-  
 gressionibus ferinis consulebam. Iamque me cursu ce-  
 leri ceteros equos antecellentem, mirabantur om-  
 nes, sed illa pernicitas non erat alacritatis mea,  
 sed formidinis indicium. Denique mecum ipse repus-  
 tabam, pegasum inclytum illum metu magis uolun-  
 ticum fuisse, ac per hos merito pennatum proci-  
 tum, dum in altum et ad usque caelum subsilit ac re-  
 sultat, formidans scilicet igniserae morsum Chime-  
 re. Nam et illi pastores qui nos agebant, speciem  
 praetij

prælij manus obarmauerant. Hic lanceam, ille ue-  
 nabulum, alius gerebat spicula, sustum alius, sed &  
 saxa, quæ salebroſa ſemita largiter ſubmiſtrabat.  
 Erant qui ſudes præacutas attollerent, pleriq; ta-  
 men ardentibus facibus proterrebant ſeras, nec quic-  
 quàm præter unicâ tubam deerat, quin acies eſſet  
 præliaris. Sed nequicquàm ſi uſtra timorem illum  
 ſatis inanem perſuncti, longè peiores inhaſimus  
 laqueos. Nam lupi forſitan confertæ iuuentutis ſtre-  
 pitu, uel certè nimia luce flammæ deterriti, uel  
 etiam aliorſum graſſantes, nulli circa nos aditum  
 tulere, ac ne procul ſaltem ulli comparuerant. Vil-  
 le uerò (quam fortè tunc præteribamus) coloni  
 multitudinem noſtram latrones rati, ſatis agentes  
 rerum ſuarum, eximicq; trepidi, canes rabidos &  
 immanis, & quibusuis lupis & urſis ſeuiores,  
 quos ad tutelæ præſidia curioſè fuerant alumnati,  
 iubilationibus ſolitis, & huiusmodi uocibus nobis in-  
 hortantur. Qui præter genuinam ferocitatem tu-  
 multu ſuorum exaſperati, circa nos ruunt, & undi-  
 que laterum circumfuſi, paſſim inſiliunt, & ſine ul-  
 lo delectu, iumentu ſimul & homines lacerât. Diu-  
 que graſſati, pleroſq; proſternüt. Cerneret non tam  
 Hercules memorandum, quàm miſerandum etiam  
 ſpectaculum, canes copioſos ardentibus animis, alios  
 N S fugentes

fugientes arripere, alios stantibus inherere: quos-  
 dam iacentes insecundare, & per omnem nostrum  
 com meatum morsibus ambulare. Ecce tanto peri-  
 culo malum maius insequitur, de summis enim te-  
 ctis, ac de proximo colle, † rusticani illi saxa super  
 nos raptim deuoluunt, ut discernere proorsus nequi-  
 remus, quàm potissimum caueremus cladem, com-  
 minus canum, an cminus lapidum. Quorum qui-  
 dem unus mulierem, quæ meum dorsum residebat,  
 repente percussit. Quo dolore commota, statim fle-  
 tu cum clamore sublato, maritum suum pastorem it-  
 lum suppetiatum ciet. At ille † domini fidem cla-  
 mitans, & cruorem uxoris absargens, altius quiri-  
 † Quid tabat. † Quod miseros homines, & laboriosos uia-  
 tores, tam crudelibus animis inuaditis, ac perterri-  
 tis, atque obruitis? quas prædas munitis, quæ da-  
 mna uindicatis? At non speluncas ferarum, uel cau-  
 tes incolitis barbaros, ut humano sanguine pro-  
 fuso gaudeatis? Vix hæc dicta, & statim lapidum  
 congestus cessauit humber, et infestorum canum re-  
 uocata conuicuit procella. Vnus illinc deniq; de  
 summo cupressus cacumine: At nos inquit, non ue-  
 strorum spoliatorum cupidine latrocinamur, sed hæc  
 ipsam cladem de uestris protelamus manibus. Jam  
 deniq; pace tranquilla securi potestis incidere. Si  
 ille

ille: Sed nos plurifariam uulnerati, reliquam uiam  
 capescimus, alius lapidis, alius morsus uulnera rese-  
 rentes, uniuersi tamen saucij. Aliquanto deniq; uia  
 peruenso spacio, peruenimus ad nemus quoddam  
 proceris arboribus consitum, & patentibus uire-  
 tis amœnum. Vbi placuit illis ductoribus nostris  
 paululum conuiescere, corporaque sua diuersè la-  
 mata sedulo recurare. Ergo passim prostrati solo,  
 primū fatigatos animos recuperare, ac dehinc uul-  
 neribus medelas uarias adhibere festinant. Hic cru-  
 orem præterfluentis aquæ rore diluere, ille spon-  
 gis macidatis tumores comprimere. Alius fascio-  
 lis hiantes uincere plagas ad istum modum saluti  
 suæ quisq; consulebat. Interea quidam senex de sum-  
 mo colle perspectat, quem circum capellæ pascen-  
 tes opilionem esse profectò clamabant. Eum roga-  
 uit unus è nostris, haberet ne ueni lacte, uel ad-  
 huc liquidum, uel in caseum recentem inchoatum.  
 At ille diu capite quassanti: Vos autem inquit de  
 cibo, uel poculo, uel omnino ulla refectione nūc  
 cogitatis, an nulli scitis quo loco confederitis. Et  
 cum dicto, conductis ouiculis, conuersus longè  
 recessit. Quæ uox eius & fuga pastoril us no-  
 stris non mediocrè pauorè incussit. Ac dum perter-  
 riti de loci qualitate scisitati gestunt, nec est qui  
 doceat



† forte de  
crepito

doccat senex alius magnus ille quidem, grauat<sup>us</sup>  
annis, totus in baculum pronus, & lassum trahens  
uestigium, ubertim lacrymans. per uiam proximat,  
uisisq; nobis cum fletu maximo singulorum iuuenū  
genua contingens, sic adorabat. Per fortunat<sup>as</sup>, ue-  
strōsque genios sic ad meae senectutis spatia ualidi  
letiq; ueniatis, † decepto seni subsistite, mecumque  
paruulum ab inferis creptum canis meis redde-  
te. Ne pos nanq; meus, & itineris huius suavis comes,  
dum forte passerem incantantem spiculae confecta-  
tur arripere, delapsus in proximam foueam, qua  
fruticibus imis subpatet in extremo iam uitae consi-  
stit periculo, quippe cum de fletu ac uoce ipsius au-  
xilium sibi sepiculē clamantis, uiuere illum quidē  
sentiam sed per corporis ( ut uidetis ) mei dese-  
ctam ualitudinem opitulari nequeam. At uobis a-  
tatis & roboris beneficio facile est suppetiari mi-  
serrimo seni, puerūque illum nouissimum suc-  
cessionis meae, atque unicam stirpem sospitem mi-  
hi facere. Sic deprecantis, suamque caniciem  
distrabentis, omnes quidam miserentur, sed unus  
praeter ceteris, & animo fortior, & etate iuuenior,  
& corpore ualidior, quiq; solus praeter alios incolu-  
mis praeliū superius euaserat, exurgit altē alacer, &  
percōmus, quō nā loci puer ille cecidisset. Monstrā  
tem

tem digito nō longè frutices horridos, senem illū im-  
 pigrè comitatur ac dum pabulo uestro, suaq; cura re-  
 fecti, sarcinulis quisq; sumptis suis uiam capeffunt,  
 clamore primo nominatim cientes illū iuuenem fre-  
 quenter inelamant. Mox hora diutina commoti, mit-  
 tit e suis acerfitorē unum, qui requisitum comitem tē-  
 pestiue uie commonefactum reduceret. At ille modi-  
 cum commoratus, reffert sese, buxantiq; pallore tre-  
 pidus, mira super conseruo suo renunciat: conspicua  
 tum se quippe supinato illi, & iam ex maxima parte  
 consumpto, immanem draconem mandentē infistere  
 nec ullum usquā miserrimū senem comparere illū  
 Quare cognita, & cum pastoris sermone collata,  
 qui eum prorsus hunc illum nec alium † locorum in  
 quiliū prēmtebatur, pestilenti deserta regione,  
 uelociori se fuga proripiunt, nosq; pellunt, crebris  
 tudentes fustibus, celerrimè. Deniq; longo itinere  
 confecto, pagum quēdam accedimus, ibiq; totam per  
 quiescimus noctem. † Mihi cœptum facinus, oppidō  
 memorabile, narrare cupio. Seruus quidam, cui cum  
 etiam familie tutelam dominus permiserat suus, quiq;  
 possessionem illam maximam in qua diuiteramus  
 uillcabat, habens ex eodem famulicio conseruam cō-  
 iugam, liberæ cuiusdam, extrariæq; mulieris flagra  
 bat cupidine. Quo dolore pellicatus, uxor eius † in-  
 strictra et

† sacorū

† Inibi

† intrictra  
 uel in stru  
 strictra et

stricta cum suis mariti rationes, & quicquid horre-  
 reconditum continebatur, admoto combussit igne.  
 Nec tali damno thori sui contumeliã uindictã se con-  
 tenta, iam circa sua seuiens uiscera, laqueum sibi ne-  
 ctit, in tantulumq; quæ de eodem marito iam dudũ  
 susceperat, eodem funiculo necit, seq; in præaltissi-  
 mum puteum, appendicem paruulum trahens præ-  
 cipitat. Quam mortem dominus eorum egerime  
 substinens, arreptum seruulum eius, qui causam tanti  
 sceleris luxuriæ suæ præstiterat, nudum ac totum mel-  
 leplitum firmiter alligauit arbari ficulneæ, cuius in  
 ipso carioso stipite inhabitantium formicarũ nidificia  
 †bulliebãt †burriebãt, et ultro atroq; cõmeabant multijuga sa-  
 turigine. Quæ si nũl dulcẽ ac mellitũ corporis nito-  
 rẽ persenscũt, paruis quidã sed numerosis et conti-  
 nuis morsuiculis penitus inherentes, per longi tẽpo-  
 ris cruciatum, ita carnibus atq; ipsis uisceribus ade-  
 sis, homine consumpto membra nudarunt, ut ossa tã-  
 tum uiduata pulpis, nitore nimio candentia funeste  
 cohererent arbori. Hac quoq; detestabili desertã  
 mansione, paganos in summo luctu relinquentes rur-  
 sum pergimus, dieq; toto campestres emensi uias, ciui-  
 tatem quandã populosã, et nobilem iam sepsi per-  
 uenimus. Ibi larem sedesq; perpetuas pastores illi sta-  
 tuere decernunt: quod & longẽ quæsituris firmas  
 latebras

latebræ uiderentur, & annonæ copiosæ beata cele-  
 britas inuitabat. Triduo deniq; iumentorum refectis  
 corporibus, quo uendibiliores uideremur, ad merca-  
 tum produamur, & magnâq; uoce præconis, pre-  
 cia singulis nunciantis equi atq; alij asini opulentis  
 emptoribus præstinentur. Ac me relictum solum, ac  
 subsocium, cum fastidio pleriq; præteribant. iamq;  
 tedio contrectationis eorum, qui de dentibus meis  
 ætates computabant, manum cuiusdam, si tore sordē-  
 tem, qui gingiuas identidem meas putidis scalpebat  
 digitis, mordicus arreptam plenissimè cōtrui. Quæ  
 res circumstantiū ab emptiōe mea, utpote ferocis, ini-  
 deterruit animos. Tunc præco disruptis faucibus, &  
 rauca uoce sauius in meas fortunas, ridiculos instrue-  
 batio eos: quæ ad finem cæterium istū tenui si iusta sub-  
 iacimus & uetulum, extriās unguis debilem, & co-  
 lore deformem, & inertū pigrida ferocem, nec quic-  
 quā amplius quā ruderarium cribrum, atq; adeo  
 q; uel do nemo eum cuiquam, si qui tamen foenum  
 suum perdere non grauatur. Ad istum modum præ-  
 co ille cachinnos circumstantibus commouebat. Sed il-  
 la fortuna mea seuisissima quam per tot regiones iam  
 fugiens effugere, uel præcedentibus malis placare  
 non potui, rursus in me cæcos detorsit oculos, & potuit  
 emptorem aptissimum, duris meis casibus ire repletū  
 obicit.



obicat. Scitote qualem Cynædum, & senem Cynædū  
 caluum quidem, sed cincinis semitanis & pendulis  
 capillorum, unum de triuitali populariū sece, qui per  
 plateas, & oppida cymbalis & crotalis personan-  
 tes, deamq; Syriam circumferentes, mendicare com-  
 pellunt. Is nimio præstinandi studio præconem ro-  
 gat, cuiatis essem. At ille Capadotium me, satis et for-  
 tialium denūciat. Rursum requirerit annos ætatis  
 mee, sed præco lasciuiens mathematicus quidam, qui  
 stellas eius disposuit quintum ei numeravit annum.  
 Sed ipse scilicet melius istud de suis nouit profesio-  
 nibus, quanquam enim prudens crimen Cornelia le-  
 gis incurram, si aũ Romanum, pro seruo tibi uen-  
 didero, quin emis bonum & frugi mancipium, quod  
 te, & foris, & domi poterit inuare? Sed exinde odi-  
 osus emptor, aliud de alio non desinit querere. De-  
 niq; de mansuetudine etiam mea percõstatur anxie.  
 At præco ueruecem inquit nõ asinum uides, ad usum  
 omnem quietum, non mordacem, nec calatronem qui-  
 dem, sed prorsus ut asini corio modestum hominẽ  
 inhabitare credas, quæ res cognitu nõ ardua. Nam  
 si faciem tuam medijs eius fæminibus eniseris, facile  
 percontaberis, quam grandem tibi demonstrat pa-  
 tientia. Sic præco lurconem tractabat dicacule, sed  
 ille cognito cauillatu, similis indignanti: At te inquit  
 cadauer

exdauet surdum, & mutum, delirumq; præconem,  
 omnipotens, & omniparens dea Syria, & sanctus  
 Sabadius, & Bellona, & mater Ideæ, cum suo Ado=  
 ne Venus domina cæcum reddant qui scurrilibus iam  
 dudum contra me uelitaris iocis. An me putas inepte  
 iumento fero posse deam committere, ut turbatum re  
 pente diuinum deiiciat simulachrum? Egoq; miser,  
 cogar criminibus solutis discurrere, & deæ meæ humi  
 iacenti aliquem medicum quærere? Accepto tali ser=  
 mone, cogitabam subito uelut lymphaticus exilire,  
 ut me ferocitate cernens exasperatum, emptionem  
 desineret. Sed præuenit cogitatum meum emptor  
 anxius, precio depenso statim quod quidem gaudes  
 dominus scilicet tedio mei: facile suscepit septende=  
 cim denarium, & illico me tumida<sup>†</sup> sparteâ deligatū <sup>†</sup> partē  
 tradidit Philebo, hoc enim nomine censebatur iam  
 meus dominus. At ille susceptum nouitium famulum  
 traherat ad domum, statimq; illic de primo limine  
 proclamat: Puellæ seruum uobis pulchellum  
 en ecce mercato per duxi. Sed illæ puellæ, chorus erat  
 cynædorum: quæ statim exultantes in gaudium fra=  
 ctâ rauca & effœminata uocæ clamores absonos intol=  
 lunt, rati scilicet uerè quempiam hominem seruulū  
 ministerio suo paratum. Sed postquàm non ceruam  
 pro uirgine, sed asinum pro homine succidancum ui  
 dere

dere, nare detorta, magistrum suum uarie cauillantur. Non enim seruum, sed maritum illum salicet sibi perduxisse. Et heus aiunt, caue ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum: sed nobis quoq; tuis palumbulis nonnunquam impertias. Hæc & huiusmodi mutuò blacterantes, præsepio me proximum deligant. Erat quidam iuuenis satis corpulentus, choraula doctissimus, collatiâ stipe de mensa paratus, qui fors quidem circungestantibus decam, cornu canens adambulabat: domi uerò promiscuis operis partiari os agebat concubitus. Hic me simul domi conspexit, libenter appositis largiter abarijs, gaudens alloquitur. Venisti tandem miserrimi laboris uicarius, sed diu uiuas & dominis placeas, & meis defectis iam lateribus consulas. Hic audiens, iam meas futuras nouas cogitabam ærumnas. Die sequenti uarijs coloribus indusiati, & deformiter quisq; formati, faciem cæno so pigmento deliti, & oculis obunctis graphicè prodeunt mitellis, & crocotis & carbasinis & bombicinis linteis: quidem tunicas albas in modum lancio larum quoquo uersum fluente purpura depicta, cingulo subligati, pedes luteis induti calæis, decamq; serico contactam amiculo mihi gerendam imponunt, brachijsq; suis humero tenus renudatis, attolentes immanes gladios ac securis euantes exiliunt, incitant

antes tibi e cātu lymphaticū tripudium. Nec paucis  
 pererratis casulis, ad quandam uillam possessoris  
 Britini perueniunt, & ab ingressu primo statim ab  
 sonis ululatibus constrepantes, fanaticè peruolant.  
 Deniq; capite demisso, ceruices lubricis intorquen-  
 tes motibus, crinesq; pendulos in circulum rotantes  
 & nonnunquàm morsibus suos incurstantes muscu-  
 los, ad postremum ancipiti ferro, quod gerebant sus-  
 queq; brachia, dissecat. inter hæc, unus ex illis baccha-  
 tur effusus, ac de imis præcordijs anhelitus crebros  
 referens, uelut numinis diuino spiritu repletus, simu-  
 labat sauciam uecordiam prorsus<sup>†</sup> qua domini præ-  
 sentia sola, & homines non sui fieri meliores, sed de-  
 biles effici uel egroti. Specta deniq; quale caelesti  
 prouidentia meritum reportauerit. insit uaticinatio  
 ne clamosa, cōficto mendacio, semetipsum incesse-  
 re, atq; criminari, quasi contra fas sancta religionis de-  
 signasset aliquid, & insuper iustas pœnas noxij fa-  
 cinoris, ipse de suis malis exposcere. Arrepto de-  
 niq; flagro, quod semiuiris illis proprium gestamen-  
 tum, & multiuigis talis ouium tessellatum, in diem se-  
 se multinodis commulcat ictibus: mirè contra plaga-  
 rum dolores præsumptione munitus. Cerneret pro-  
 sectu gladiatorum, ictuq; flagrorum, solum spurcicie  
 O 2 sanguinis

† quasi de  
am



sanguinis effœminati madescere. Quæ res incutiebatur mihi non paruam sollicitudinem, uidenti tot uul-  
 neribus largiter profusum cruorẽ, ne quo casu deæ peregrinæ stomachus, ut quorundam hominum lactem, sic illa sanguinem conspiceret asininum. Sed  
 ubi tãdem fatigati, uel certe suo lamatu satiati, et pul-  
 sam carnificinam dedere, stipes æreas, imò uerò et  
 argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recepte patulo. Nec non et uini cadum, et lactem, et caseos, et farris, et siliginis aliquid, Et nonnullis ordem deæ gerulo donantibus, auidis animis, corroden-  
 tes omnia, et in saculos huic questui de industria præparatos sarcientes, dorso meo congerunt, ut duplici scilicet sarcinæ pondere grauatus, et horrum simul et templum incederem. Ad istum modum palantes omnem illam depredabantur regionem. Sed  
 in quodam castello copia et lætati largioris quæsticuli, gaudiales instrunt dapas à quodam colono, factæ uaticinationis mendatio pinguisimum deposcunt arietem, qui deam Syriam esurientem suo satiaret sacrificio, probeq; disposita cœnula, balneas obcunt. Ac dehinc lauti, quendam fortissimum rusticanum, industria laterum, atq; imis uentris bene præparatum comitem cœnæ secum adducunt, paucisq; admodum prægustatis olusculis, ante ipsam mensam, spurcissima

et  
 carnifici-  
 ne

et lætanti

cissima illa propudia, ad illicitæ libidinis extrema  
 flagitia, infandis † uirginibus efferantur, passimq; † inguini=  
 circumfusi, nudatum, supinatumq; iuuenem, exc=bus siue  
 crandis uredimibus flagitabant. Nec diu tale facinus uredini=  
 meis oculis tollerantibus: Porrhò quirites perclama bus  
 re gestiui, sed uiduatum cæteris syllabis ac litteris,  
 præcessit ô tantum sanè clarum, ac ualidum, & asi=  
 no proprium. sed importuno plano tempore. Namq;  
 de pago proximo complures iuuenes abactum sibi  
 noctu perquirentes asellum, numioq; studio cuncta  
 diuorsoria scrutantes, intus æditum audito ruditu  
 meo, prædam absconditam latibulis ædium rati, co  
 ram rē inuasuri suã, improuisi cõferto gradu se pe=  
 netrant, palamq; illos, execrandas fœditates obeun  
 tes, depræhendunt. Iam iamq; uicinos undiq; par=  
 tientes, turpissimam scenam patefaciunt, insuper  
 ridiculè sacerdotum purissimam laudantes castimo  
 niam. Hac infamia consternati, quæ per ora populi  
 facile dilapsa merito inuisos ac detestabiles eos cun  
 ctis effecerat, noctem sermè circa mediam, collectis  
 omnibus, furtim castello faceßüt, bonaq; itineris par  
 te ante iubaris exortũ transacta, iam die claro solitu  
 dines auias nacti, multa prius secum collocuti, accin  
 gunt se meo funeri. Deaq; uehiculo meo sublata, &  
 humi reposita, cunctis stramentis me renudatum, ac

de quadam quercu destinatum, flagro illo pecuniis  
 ossibus cathenato uerberantes, penè ad extremas  
 consecrerant mortes. Fuit unus qui poplites meos  
 enervare securi sua comminaretur, quod de pudore  
 candido scilicet suo tam deformiter triumphassem.  
 Sed cæteri non meæ salutis, sed simulachri tacentis  
 contemplatione, in uita me retinendum censuerunt.  
 Rursum itaq; me refertum sarcinis, planis gladijs  
 minantes, perueniunt ad quandam nobilem ciuita-  
 tem, ubi uir principalis, & aliàs religiosus, & exi-  
 miè † domini cōferens tinnitu cymbalorū & sonitu  
 † domine reuerens tympanorum, cantusq; Phrygijs mulcētib; modulis  
 exercitus, procurrit obuiam, deamq; uotiuo suscipi-  
 ens hospitio, nos omnis intra conseptum domus am-  
 plissimæ cōstituit, numenq; summa ueneratione, atq;  
 hostijs opimis placare cōtendit. Hic ego me poti-  
 mum capitis periclitatū memini. Nā quidā colonus,  
 partē uenatiōis, immanis cerui pinguisimū scemur,  
 domino illi suo muneri miserat. Quod incuriosè po-  
 nè culinæ fōres, nō altiusculè suspēsū, canis adaq;  
 uenaticus latenter inuaserat, latusq; præda, ppere-  
 custodiētes oculos euaserat. Quo damno cognito,  
 suaq; repræhēsa negligētia, coquus diu lamētatius,  
 lacrymis inefficacibus, iam itaq; domino cœnā flagra-  
 tante moerēs, & utcūq; metuens altius, filio suo par-  
 uulo

uulo consalutato, arreptoq; funiculo mortē sibi nexu  
 laquei cōparabat. Nec tamen latuit si dā uxore eius  
 cājus extremus mariti, sed funestū modū uiolēter in  
 ualēs manibus ambabus. Adeōne inquit, presenti  
 māo pterritus, mēte excidisti tua, nec fortuitū istud  
 reuediū, quod domini puidētia subministrat, intue  
 ris? Nā si quid in ultimo fortunæ turbine respicis,  
 expurgite mi ausculta, & aduenā istū asinū, remoto  
 quolā loco deductū iugula, fœmurq; eius ad simili  
 tudinē perditū detractū, & accurius in protrimen  
 tis sapidissimē decoctū, appone domino ceruini uie  
 ce. Nequissimo uerberoni, sua placuit salus de mea  
 morte. Et multū conseruæ sagacitate laudata, desti  
 nata, etiam laniena, cultros acuebat.

† accuratius

L. APV-  
 LEII MADAVRENSIS  
 PHILOSOPHI PLATO-  
 NICI, DE ASINO AV-  
 REO LIBER  
 NONVS.



icille nequissimus carnifex, contra  
 me manus impias obarmabat. At  
 ego, præcipitante cōsiliū periculū  
 tanti præsentia, nec expectata diu-  
 tina cogitatione, lanienam immi-



nentem fuga uitare statui. Protinusq; uinculo, qui  
 fueram deligatus, arrupto cursu me proripio, totis  
 pedibus ad tutelam salubrem crebris calcibus uel-  
 litatus, illicoq; me raptum transcurſa proxima por-  
 ticu triclinio, in quo dominus ædium sacrificaleis ex-  
 pulas cum sacerdotibus deæ cœnitabat, inconten-  
 ter immitto, nec pauca rerum, apparatus cibarij mē-  
 sas & id genus, impetu meo collido, atq; disturbo.  
 Qua rerum deformi strage paterfamilias cōmatus,  
 ut importunum atq; lasciuum me cuidam famulo cu-  
 riosè traditum, loco certo aliquo clausum iussi cohi-  
 beri, ne rursus conuiuium placidum simili petulantia  
 dissiparem. Hic astulo cōmento scitule munitus,  
 me ijs lanij manibus creptus, custodela sautaris  
 mihi gaudebam carceris. Sed nimirum mihi fortu-  
 na reuente, licet homini nato dexterum prouenire,  
 nec cōsilio prudenti, uel remedio sagaci, diuina pro-  
 uidentie fatalis dispositio subuerti, uel reformari po-  
 test. Mihi deniq; *†*idipsum commentum, quod mo-  
 mentariam salutem reperisse uidebatur, periculū  
 grande, imò præsens exitium conflauit auid, nam  
 quidam subito puer, mobili ac trepida facie percu-  
 tus (ut familiares inter se susurrabant) irrumpit tri-  
 clinium, suoq; annunciat domino de proximo angu-  
 portu, canem rabidam pauloante per posticam im-  
 petta

petu miro sese direxisset, ardentiq; prorsus furore  
 uenaticos canes inuasisset: ac de hinc proximum pe-  
 tijse stabulum, atq; ibi pleraq; iumenta incurrisse  
 pari seuitia, nec postremum saltem ipsis hominibus  
 pepercisse, nam Mytilium mulonem et Ephestione  
 cocum, & Hypataui cubiculariũ, & Apollonium  
 Medicũ, imò uerò et plures alios ex familia, abige-  
 rentantes, uarijs morsibus quemq; lacerasset, cer-  
 te uenenatis morsibus cõacta nonnulla iumẽta esse  
 rata simili rabie, quæ res omnũ statim percussit ani-  
 mas, ratiq; me etiã eadem peste infectũ ferocire, ar-  
 reptis huiuscemodi telis, mutuoq; ut exitũ cõm-  
 protelarẽt cohortati ipsi potius uesaniæ morbo la-  
 borantes persequuntur. Nec dubio me lanceis illis  
 & uenabulis, imò uerò & bipennis, quæ facile ca-  
 muli subministrabãt, mēbratim cõpilassent, ni respe-  
 cto subiti periculi turbine cubiculũ in quo mei domi-  
 ni diuertebant, protinus irrupissem. Tunc clausis,  
 obseratisq; super me foribus, obsidebãt locũ, quo ad  
 sine ullo cõcessionis suæ periculo pestilentie lethæ-  
 lis peruicaci rabie possessus, ac peresus absumeret.  
 Quo factò, tandem libertatẽ nectus solitariæ fortu-  
 næ munus amplexus, super constratũ lectum abie-  
 ctus, post multũ equidẽ tẽporis somnũ humanũ quie-  
 ui. Iamq; clara die, mollitiæ cubiculi resota lassitudi-

ne, uegetus exurgo. Atq; illos qui meae tutela periculosas excubias agitaueſſent, auſculto de meis ſic alterari ſortunis? At huncce ne miſerū iſtum aſinū iugifurore iactari credimus? inō uerō iam uirus increſcente ſeuitia proſuſus exiit. Sic opinionis uarietate terminū ad explorationē cōſerunt, ac de rima quadam proſpiciūt, ſanū me, atq; ſobriū ocioſe cōſiſtere, iamq; ultro ſoribus patefactis, plenius an ſim iam manſuefactus periclitantur. Sed unus ex his de caelo miſſus mihi ſoſpitor, argumentū explorāde ſanitatis meae tale commonſtrat ceteris, ut aquae recentis cōpletam peluem offerret potui meo. Ac ſi intrepidus & more ſolito ſumens, aquis adlibeſcere. ſolum me, atq; omni morbo ſcirent expeditū. Contra uerō ſi uiſum, cōtactumq; laticis uitare ac perhorreſcere, pro cōperto noxiā rabiē ptinaciter durare. Hæc enim libris priſtinis etiā prodiū obſeruari ſolere. Iſto placito uas immane cōſiſtim aquae plucidae, de proximo petite fonte cōtantes adhuc offerūt mihi. At ego ſine ulla mora progreſſus, etiā obuiogradu ſatis ſitienter, pronus & totū caput inuergens, palutares uerē equidē illas aquas hauriebā. iamq; et ſuſus manus, & aurīū flexus, & ductū capiſtri, et quiduis aliud periclitantium, placidē patiebar, quod a cōtra ueſanā eorū præſumptionē, mo deſtīā meā liquidō

timmer=  
gens

liquidò cunctis approbarem. At istum modum uita-  
 tato duplici periculo, die sequenti rursus diuinis  
 exuijs onustus, cum crotalis & cymbalis circũfo-  
 raneum mendicabulũ producør ad uiam. Nec pau-  
 cis casulis, atq; castellis oberratis, diuertimus ad  
 quempiam pagum urbis opulentæ, quondã (ut me-  
 morabant incole) inter semirutã uestigia cõditum.  
 Et hospicio proximi stabuli recepti, cognoscimus le-  
 pidã de adulterio cuiusdam pauperis fabulam, quã  
 uos etiam cognoscatis uolo. Is gracili pauperie la-  
 borans, fabrileis operas præbendo, paruis illis mer-  
 cedibus, uitam tenebat. Erat ei tamen uxorcũla, eti-  
 am satis quidem tenuis & ipsa, uerũ tamẽ postre-  
 ma lasciuia famigerabilis. Sed die quadam, dum ma-  
 tutino ille ad opus susceptum proficiscitur, statim la-  
 tenter irrepit eius hospiciũ temerarius adulter.  
 Ac dum ueneris colluctationibus securius operan-  
 tur, maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tum tale  
 suspicans, improusus hospiciũ repetit. Iam q; clau-  
 sis & obseratis foribus uxoris laudata continen-  
 tia, ianuam pulsãt, sibilo etiam præsentiam su-  
 am denunciante. Tunc mulier callida, & ad hu-  
 iusmodi flagitia perastutula, tenacissimis amplexi-  
 bus expeditũ hominẽ, dolio quod erat in angulo se-  
 miobrutum, sed aliã uacũũ, dissimulanter abscon-  
 dit



dit. Et patefactis ædibus, adhuc introeuntem maritum aspero sermone accipit. Sicc'ne uacuum & ociosus insinuatibus manibus, ambulabis mihi, nec obito consueto labore uitæ nostræ prospicies, & aliquid cibatum parabis? At ego misera per noctem, & per diem lanificio neruos meos contorqueo, ut intra cellulam nostram saltem lucerna luceat. Quanto me felicior Daphne uicina, quæ nero & prandio matutina saucia, cum suis adulteris uolutatur. Sic confusatus maritus, & quid istic est ait? Nam licet forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fuerit, tamen hodiernæ coenulæ nostræ prospexi. Vides istud dolium, quod semper uacuum frustra locum detinet tantum, & reuera præter impedimentum conuersationis nostræ, nihil præstat amplius? Istud ego quinq; denarijs cuidam uenditui, & adest, ut dato precio, secum rem suam ferat. Quin itaq; percingeris, mihiq; manum tantisper accommodas, ut exobrutum protinus tradatur emptori. E re nata fallacia, mulier temerarium tollens cacchinnum: Magnum inquit istum uirum, at strenuum negociatorem nacta sum, qui rem, quam ego mulier, & intra hospicium contacta, iam dudum septem denarijs uendidi, minoris distraxit aditamento precij Lætus maritus. Et quis est ille ait, qui tanto præsti-

præstinavit? At illa: Olim inepte inquit, Descendit  
 in dolium sedulo, soliditatem eius probaturus. Nec  
 ille sermoni mulicris defuit, sed exurgens alacriter:  
 Vis inquit uerum scire materfamilias, hoc tibi doliū  
 nimis uetustum est, & multifariam rōnis hiantibus  
 quassum. Ad maritumq; eius dissimulanter conuer=  
 sus: Quin tu quicumq; es homuntio, lucernam actutū  
 mihi expedias, ut erasis intrinsecus sordibus, diligen=  
 ter aptum usui possim dinoscere, nisi uos putetis es  
 de malo habere. Nec quicquam moratus ac suspica=  
 tus, acer & egregius ille maritus, accensa lucerna:  
 Discede inquit frater & ociosus adiste, donec pro=  
 be procuratum istud tibi repræsentem. Et cum dicto  
 nudatus ipse delato lumine scabiem uetustam cario=  
 se testæ occipit excalpere. At uerò adulter bellifi=  
 mus ille pufio, inclinatam dolio pronam uxorem fa=  
 bri superincuruatus, secure dedolabat. At illa capite  
 in dolium demisso, maritum suum astu meretricio ira=  
 ctabat ludicrè, hoc, & illud, & aliud, & rursus ali=  
 ud purgandum demonstrat digito suo, donec utroq;  
 opere perfecto, acceptis septem denarijs, calamitosus  
 faber, collo suo gerens dolium, coactus est ad hospici=  
 um adulteri proferre. Pauculis ibi diebus con mo=  
 rati, & munificentia publica saginati, uaticinatio=  
 nisq; crebris mercedibus suffarcinati, purissimi illi  
 sacerdo=

sacerdotes, nouum questus genus sibi comminiscuntur  
 sorte unica pro casulis pluribus euocata consu-  
 lentes de rebus uarijs plurimos ad hunc modum ca-  
 uillatur. Sors hic erat, ideo coniuncti terram proscin-  
 dunt boues, ut in futurum leta germinent (sat.). Tū  
 si qui matrimonium sorte coaptantes interrogarent  
 rem ipsam responderi aiebant, iungendos cōubio,  
 & satis liberum procreandis. Si possessiones presti-  
 naturus quæreret, merito boues, ut & iugum, & ar-  
 ua semenis florentia pernunciari. Si quis de profe-  
 ctione sollicitus, diuinum caperet auspiciū, iunctos  
 iam, paratosq; quadrupedū cumtorum mansuetiſti-  
 mos, & lucrum promitti de glebæ germine. Si præ-  
 lium capeſiturus, uel latronum factionem persequu-  
 turus, utilis nec ne processus sciscitaretur, aditam ui-  
 ctoria sortis præſagio contendebant: quippe cerui-  
 ces hostium iugo subacturi, & prædam de rapinis  
 uberrimam fructuosamq; capturi. Ad istum modum  
 diuinationis eius astu captio, o corraſerant non par-  
 uas pecunias. Sed assiduis interrogationibus, argen-  
 ti facietate iam defecti, rursus ad uiam procedunt,  
 uia tota quam nocte confeceramus longè peiorem.  
 Quid nū lacunosis incilibus uoraginoſam, partim sta-  
 gnanti paludē fluidam, & alibi subluuie coenosa lu-  
 bricam, crebris deniq; offensaculis, & assiduis la-  
 psibus,

p̄sibus, iam contusis cruribus meis, uix tandē ad cā-  
 pestreis semitas fessus euadere potui. Et eae nobis  
 repente de tergo manipulus armati supercurrit equi-  
 tus, agrēq; cohibentes, equorum arruli rabie, Phile-  
 bum ceterosq; comites eius inuolant auidi, colloq;,  
 constricto, & sacrilegos, impurosq; compellantes,  
 interdum pugnis obuerberant, nec non manicis eti-  
 am cunctos coartant. Ac identidem urgenti sermo-  
 ne comprimunt, promerent† potius aureum cantha-  
 rum, promerent auctoramentum illud sui sceleris,  
 quod simulatione solēnium, quæ in operto factitau-  
 rant ab ipsis puluinaribus matris† domini clanculo  
 furati, prorsus quasi possent tanti facinoris euadere  
 supplicium, tacita profectiōe adhuc luce dubia pome-  
 rium persuasert. Nec desuit qui manu super dor-  
 sum meum iniecta, in ipso deæ quam gerebam gre-  
 mio scrutatus reperiret, atq; in coram omnium au-  
 reum depromeret cantharum. Nec isto saltem tam  
 nefario scelere, impuratisima illa capita confutari,  
 terreriue potuere: sed mendoso risu cauillantes: En  
 inquit indignæ rei seuitatem, quàm pleriq; in-  
 tes periclitantur homines propter unicum caliculū  
 quem† domini mater, sorori suæ Syriæ hospitale mu-  
 nus obtulit, noxios religionis antistites ad discrimen  
 uocari capitis. Hæc & alias similis affanias frustra  
 ablatans

†ocyns

†decorum

†dcum



ablatrantis, eos retrorsum abducunt pagani, statimque  
 uinctos in Tullianum cōpingunt, cantharog; & ipso  
 simulachro quod gerebam, apud fani donarium red  
 ditis, ac consecratis, altera die productum me, rur=  
 sum uoce præconis uenui subijciunt, septemque uun=  
 nis carius, quàm prius me comparauerat. Philebus  
 quidam pistor de proximo castello præstinauit, pro=  
 tper iter tinusque etiam frumento cōempto affatim onustū tpa  
 riter arduum scrupis & huiusæmodi stirpibus infe=  
 stum, ad pristinum quod exercebat, perducit. Ibi cō  
 plurium iumentorum multiuij arcuitus intorquebāt  
 molas ambage uaria, nec die tantum, uerūm perpeti  
 etiam nocte prorsus instabili machinarum uertigine  
 lucubrabant peruigilem farinam. Sed mihi, ne rudi=  
 mentum seruitij perhorrescerem, nouus dominus, lo  
 ca lauiticia prolyxè præbuit. Nam & diem primum  
 illum feriatum dedit, & cibarijs abundanter instru  
 xit præsepium, nec tamen illa ocij, saginæque beatitu=  
 do durauit ulterius. Sed die sequenti, mole (que ma  
 xima uidebatur) matutinus adstituor, & illico uelata  
 facie, propellor ad inarua spacia flexuosi canales, ut  
 inorbe termini arcūfluentis reciproco gressu mea re  
 calcans uestigia, uagarer errore ærto. Nec tamen fas  
 gacitatis ac prudentiæ meæ oblitus, facilem me tiro=  
 cinio disciplinæ præbui. Sed quanquam frequenter  
 cuni

cum inter homines agerem, machinas similiter circū  
 rotari uidiſſem, tamen ut expertus, & ignarus operis  
 ſtupeſcere mentito defixus hærebā. Quod enim rebar,  
 ut minus aptum, & huiusmodi miniſterio ſatis inuti-  
 lem me ad quempiam alium utiq; leuiorem laborem  
 legatum iri, uel ocioſum certè cibatum iri. Sed fru-  
 ſtra ſollertiam damnosam exeraui, complures enim  
 protinus, baculis armati me circumſtruxerunt, atq; ut  
 eram, luminibus obtectis ſecurus, etiam nunc repen-  
 te ſigno dato, & clamore conferto, plagas ingerētes  
 aceruatim, adeò me ſtrepitu turbulentat, ut cunctis  
 conſilijs abiectis, illico ſcitiſſimè teniæ ſpartæ totus  
 innixus, diſcuſſus alacris obire. Hac ſubita ſe-  
 commutatione, riſum toto cœtu commoueram, iamq;  
 maxima diei parte tranſacta, defectum alioquin me-  
 helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberatum ap-  
 plicant præſepio. At ego quāquā eximie fatigatus,  
 & refectione uirium uehementer indigus, & pror-  
 ſus famæ perditus, tamen familiari curioſitate attoni-  
 tus, & ſatis anxius, poſtpoſito cibo qui copioſus ade-  
 rat, imoptabilis officinæ diſciplinam cum delectati-  
 one quadam arbitrabar. Dij boni quales illi homin-  
 culi uibicibus liuedinis totam cutē depicti, dorſumq;  
 plagoſum ſciſſili æntunculo magis inumbrati, quā  
 obtecti, nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem

intecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannos  
 manifesti, frontes literati, & capillum semirasi,  
 & pedes annulati, cum lurore deformes, & fumo-  
 sis tenebris uaporosæ calliginis palpebras adesi,  
 atq; ad eò malè luminati & in modū pugilū, qui pul-  
 uisculo perspersi dimicant, farinulento cinere sordi-  
 dè candidati. iam de meo iumentorio contubernio,  
 quid, uel ad quem modum memorem? Quales illi mu-  
 li senes, uel cantherij debiles? Circa præsepium, capi-  
 ta demersi contruncabant, moles palearum ceruice  
 cariota uulnerum putredine, follicantes narces lan-  
 guidas, assiduo pulsu, tussedimis hiulci pectora copu-  
 læ sparteæ tritura continua exulcerati, costas perpe-  
 tua castigatione ossium tenus renudati, ungulas mul-  
 tiuia circuncisione in enorme uestigium porrecti, to-  
 tumq; corium ueterno atq; scabiosa macie exaspera-  
 ti, talis familie funestum mihi etiam metuens exem-  
 plum, ueterisq; Lucij fortunam recordatus, & ad  
 ultima salutis me tandè trusum, summisso capite mœ-  
 rebam. Nec ullum uspiam cruciabilis uitæ solacium  
 †quod aderat, nisi quid ingenua mihi curiositate recrea-  
 bar, dum presentiam meam paruifacientes, libereq;  
 uolunt omnes, & agunt & loquantur. Nec immeri-  
 tò prisce poëtice diuinus auctor, apud Graios, sum-  
 me prudentiæ uirum monstrare cupiens, multarum  
 ciuitatum

civitatum obitu, & uariorum populorum cognitu,  
 summas acceptum uirtutes cœnit. Nam & ipse gra-  
 tas gratias a sino meo memini, quod me suo celatum te-  
 gmine, uarijsq; fortunis exercitatum, et si minus pru-  
 dentem, multiscium certè reddidit. Fabulam deniq; † cōperta  
 bonam præ ceteris suauē † comptam ad aureis ue-  
 stras afferre decreui, & en occipio: Pistor ille qui me  
 pretio<sup>9</sup> suum præerat, bonus & alioqui uir & appri-  
 mē modestus, peßimam, & ante cunctas mulieres  
 longè deterrimam sortitus coniugem, pœnas extre-  
 mas thori, larisq; sustinebat, ut Hercules eius uicem  
 ego quoq; tacitus frequēter ingemiscerem. Nec enim  
 uel unum uitium nequissimæ illi sceminæ deerat: sed  
 omnia prorsus ut in quandam cœnosam latrinam,  
 in eius animum confluxerant flagitia, scœua, sæua, ui-  
 riosa, ebriosa, perucax, pertinax, rapinis turpibus  
 auara, in sumptibus scœdis profusa, inimica fidei, ho-  
 stis pudicitie. Tunc spretis atq; calcatis diuinis nu-  
 minibus inuicem certæ religionis mentita, sacrilega  
 præsumptione dei, quem prædicaret unicum, † con- † confictis  
 iunctis obseruationibus uacuis fallens omnes homi-  
 nes, & miserum maritum decipiens, matutino mero  
 et continuo supro corpus manciparat. Talis illa mu-  
 lier, miro me persequabatur odio: nam & anteluão  
 recubans adhuc, subiungi machinæ nouicium clama-



bat asinum. Et statim ut cubiculo primum processerat insistens iubebat. In coram sui plagas mihi quam plurimas irrogari, & cum tempestiuo prandio laxarentur iumenta caetera, longè tardius applicari praesepio iubebar, quae seuitia multò mihi magis genuinam curiositatem, in suos mores ampliauerat. Nam & assiduò planè commeanè in eius cubiculum quendam sentiebam iuuenem, cuius & faciem uidere cupiebam, ex summo studio, si tamen uelamentum capitis, libertatem tribuisset meis aliquando luminibus. Nec enim mihi solertia defuisset, ad detegenda quoquo modo pessimae foeminae flagitia. Sed anus quaedam stupri sequestria, & adulterorum internuntia, de die cotidie inseparabilis aderat, cum qua protinus ientaculo, ac de hinc uino mero, mutuis uicibus uelitas† coenas fraudulentas, in exitum miserrimi mariti subdolis ambagibus construebat. At ego quamquam grauiter succensens errori Fotidis, quae me dum auem fabricat, percipit asinum, isto tamen uel unico solatio arumnabilis desormutatis meae recreabar, quòd auribus grandissimis† praedictus, cuncta longè etiam disita facillime sentiebat. Denique die quadam timidae illius† anculae sermo talis meas affertur aureis: De isto quidem mihi herilis tecum ipsa uideris quem sine meo consilio pigrum, & formidolosum famularem

† coenas

† praedictus

† anculae

miliarem istum sortita es, qui insuavis, & odiosi ma-  
 riti tui caperatum supercilium ingnaviter perhor-  
 rescit, ac per hoc, amoris languidi desidia tuos uo-  
 lentes amplexus discruciat. Quanto melior Phile-  
 siterus adolescens, et formosus, & liberalis, & stre-  
 nuus, & contra maritorum inefficaces diligen-  
 tias constantissimus, dignus hercules solus omnium  
 matronarum perfrui delitijs, dignus solus coronam  
 aurcam capite gestare, uel ob unicum istud, quod nunc  
 nuper in quendam zelotypum maritum eximio stu-  
 dio commentus est. Audi denique, & amatorum diuer-  
 sum ingenium compara. Nosti quendam Barbarum, Barbarus  
 nostrae ciuitatis decurionem, quem scorpionem ipse dictus  
 morum acritudine uulgus appellat. Hic uxorem ge- scorpio.  
 nerosam, & eximia & famositate praeditam, mira cu- † formosi  
 stode la munitam, domi quam cautissime cohibebat. Ad tate  
 haec ultima, pistoris illa uxor subiiciens: Quam in-  
 quit, noui diligenter artem meam condiscipulam quam  
 memoras. Ergo inquit anus, nosti totam Philesiteri  
 etiam ipsius fabulam? Minime gentium inquit, sed no-  
 sce ualde cupio, & oro mater ordine mihi singula  
 retexe. Nec comorata illa fermocinatrix immodi-  
 ca, sic anus incipit: Barbarus iste, cum necessariam  
 profectioem parat, pudicitiamque carae coniugis con-  
 seruare summa diligentia cuperet, seruulum suum

Myrmecem fidelitate præcipua cognitum, secretum  
 commonet, suæq; dominæ custo delam omnem præ-  
 mittit, carcerem & perpetua uincula, mortem de-  
 niq; uiolentam, & famem comminatus, si quisquam  
 hominum, uel in transitu digito tenuis eam conteg-  
 set. Idq; deierans, etiam confirmat per omnia diu-  
 na numina. Ergo igitur summo pauore percussum  
 Myrmecē, acerrimum relinquens uxori sequutorē,  
 securam dirigit profectionem. Tunc obstinato ani-  
 mo uehementer anxius Myrmex, nec usquam do-  
 minam suam progredi sinebat. Et lanificio domesti-  
 co destictam, insuperabilis adsidebat. Ac tantum  
 necessario uespertini lauacri progressu adfixus at  
 que conglutinatus, extremas manu præhendens la-  
 cinias, mira sagacitate commisse prouinciæ fidem  
 tuebatur. Sed ardentem Philesteri uigilantiam,  
 matronæ nobilis pulchritudo latere non potuit. At  
 que hac ipsa potissimum famosa castitate, & insi-  
 gnis tutele nimietate instinctus, atque inflammatus,  
 quid uis facere, quid uis pati. Paratus ad expugnan-  
 dam tenacem domus disciplinam, totis accingitur  
 uiribus, certusque fragilitatis humanæ fidei, &  
 quod pecuniæ cunctæ sint difficultates paruæ, au-  
 rorūque soleant adamantinæ etiam perfringi fores.  
 Opportunè nactus Myrmecis solitatem, ei amorem  
 suam

suum aperit, & supplex cum medelam cruciatui de-  
 precatur. Nam sibi statutam, decretamque mortem  
 proximare, ni maturius cupito potiat. Nec cum ta-  
 men quicquã in re facili formidare debere: quippe  
 cum uespera solus fide tenebrarum contactus, atq;  
 absconditus introrepere, & intra momentum tem-  
 poris remeare posset. His & huiuscemodi suadelis,  
 ualidum addens aculeum, qui regentem proorsus  
 serui tenacitatem uiolenter diffunderet. Porrecta  
 enim manus sua demonstrat ei nouitate nimia can-  
 dentes solidos aurcos, quorum uiginti quidem pu-  
 ellæ destinasset, ipsi uerò decem libenter offerret.  
 Exhorruit Myrmex inauditum facinus, & occlu-  
 sis auribus effugit protinus. Nec auri tamen splen-  
 dor flammeus, oculos ipsius exire potuit. Sed quã  
 quã procul semotus, & domum celeri gradu  
 prouectus, uidebat tamen decora illa monetæ  
 lumina, opulentam prædam iam tenebat animo,  
 miròque mentis salo & cogitationis dissentione mi-  
 sellus in diuersas sententias carpebatur, ac distra-  
 hebatur. illic fides, hîc luerum, illic cruciatus,  
 hîc uoluptas. Ad postremum tamen formidi-  
 nem mortis uicit aurum, nec saltem spacio, cu-  
 pido formosæ pecuniæ leniebatur, sed nocturnæ  
 etiam curas inuaserat pestilens auaritia, ut quam-



uis herilis eam comminatio domi cohiberet, aurum  
 tamē fores euocaret. Tunc deuorato pudore, & di  
 mota cōtatione, sic ad aureis dominæ inauditū per  
 fert, nec à genuina leuitate desciuit mulier, sed exe  
 crando metallo pudicitia suam protinus auctorati  
 est. Ita gaudio persusus, ad suæ fidei preciū Myrmex  
 non modò capere, uerū contingere saltem quam  
 exitio suo uiderat pecuniam cupiēs, & magnis suis  
 laboribus perfectum desyderiū Philesitero lætitiā  
 percitus nunciat. Statimq; destinatum præmium re  
 poscit, & tenet nummos aureos manus Myrmecis,  
 quæ nec æreos norat. Iamq; nocte promotā, solū per  
 ducit ad domū, probeq; capite contactū amator em  
 strenuū infert, adusq; dominæ cubiculū. Commodum  
 nouis amplexibus amoris rudi litabant, commodum  
 prima stipendia Veneris militabant, noui & nudi  
 milites. Et contra omnium opinionē, captata noctis  
 opportunitate improuisus maritus assistit, suæ do  
 mus ianuam iam pulsat, iam clamat, iam saxo fo  
 res uerberat, & ipsa tarditate magis, magisq; suspen  
 ctus dira minatur Myrmeci supplicia. At ille repen  
 timo malo perturbatur, & misera trepidatione ad  
 inopiam consilij deductus, quod solum poterat, non  
 cturnas tenebras causabatur sibi obfistere: quin cla  
 ¶ Interim uem curiosè absconditā reperiret, ¶ interdum Phi  
 lesiterus

lefiterus cognito strepitu, raptim tunica iniectus,  
 sed planè præurbatione pedibus intectis, procur-  
 rit cubiculo. Tunc Myrmex tandè clauè pessulis sub  
 iecta, repãdit fores, et recipit tunc etiã fidẽ domini  
 boantẽ dominũ, eoq; ppere cubiculũ petẽte, clãdesti-  
 no transcursu dimittit Philefiterũ. Quo iam pro li-  
 mine liberato, securus sui, clausa domo, rursus se  
 reddidit quieti. Sed dum prima luce Barbarus pro-  
 cedit cubiculo, uidet sub lectulo soleas incognitas.  
 Quibus indutus Philefiteras irrepserat, suspectus  
 que è re nata, que gesta sunt, nõ uxori, non ulli fami-  
 liarũ cordolio patefacto, sublatis his, & in sinũ fur-  
 tim absconditis, iussu tantũ Myrmece per conseruos  
 uincto forũ uersus detrahi, tacitos secũ mugtus ite-  
 rans, rapidũ dirigit gressum, certus solearũ indi-  
 cio uestigiũ adulteri posse se perfacile indipisci. Sed  
 ecce per plateã dum Barbarus uultu turgidus, sub-  
 ductisq; supercilijs, incedit iratus, ac ponẽ cũ Myr-  
 mex uinculis obrutus, nõ quidẽ corã noxæ præhen-  
 sus, conscientia tamen pessima permixtus lacrymis  
 uberibus, iam postremis lamẽtationibus inefficacẽ  
 cõmouet miserationẽ. Opportunè Philefiterus oc-  
 currens, quanquã diuerso quodam negocio destina-  
 tus, repẽtina tamẽ facie permotus, nõ enim deterri-  
 tus recolens festinationis suæ delictũ, ut cætera con-  
 sequenter

sequenter suspicatus, sagaciter extemplò sumpta fá-  
 miliari constantia, dimotis seruulis, inuadit cū sum-  
 mo clamore Myrmecem, pugnisq; malas eius clemē-  
 ter obtundens: At te inquit nequissimū & periurū  
 caput, dominus iste tuus & cuncta celi numina, que  
 deicrando temerē deuotasti, pessimum pessimē pere-  
 dant, qui debatneis soleas hesternā die mihi furā-  
 tus es. Dignus hercules, dignus, qui ista uincula cōte-  
 ras, & insuper etiā carceris tenebras perferas. Hac  
 opportuna fallacia, uigorati iuuenis inductus, inō  
 sublatu, & ad crudelitātē delapsus Barbarus post  
 liminio domum regressus, uocato Myrmece, soleas il-  
 las offerens, & ignouit ex animo, & uī domino red-  
 deret, cui subriperat, suāsit. Hactenus adhuc amicu-  
 la garriente suscipit mulier: Beatam illam, que tam  
 constantis sodalis libertate fruitur. At ego misella,  
 mole etiam sonum, & cecam illius scabiosi asini fa-  
 ciem timentem familiarem incidi. Ad hæc anus: lam-  
 ego tibi probè suāsum & confirmatum animi, ama-  
 torem illum alacrem uadimonio sistam. Et insuper  
 condicta uespertina regressione, cubiculo facecit.  
 At pudica uxor, statim cœnas saliares cōparat, uina  
 preciosa desecat, pulmenta recentia tucetis tempe-  
 rat. Mensa largiter instructa, deniq; ut deim cuius-  
 dam, sic aduentus expectatur adulteri: nam & op-  
 portune

portune maritus foris apud † Naſtam proximum † nomina  
 cœnitabat. Ergo igitur meridie propinquante hel-  
 cio tandem abſolutus, reſectuiq; ſecurè redditus,  
 non tam hercules laboris libertatem gratulabar,  
 quàm quòd reuelatis luminibus, liber etiam cun-  
 ctis facinoroſæ mulieris artibus proſpectare pote-  
 ram: ſol quidem ipſum delapſus oceanum ſubter-  
 renas orbis plagas illuminabat. Et ecce nequiſimæ  
 anus adherens lateri temerarius adulter aduētat:  
 puer admodum, & adhuc lubrico genarum ſplen-  
 dore conſpicuus, adhuc adulteros ipſe delectans.  
 Hunc admodum multis ſauijs exceptum, mulier cœ-  
 na iubet parata accumbere. Sed ut primum † accur-  
 ſoriam potionem, & inchoatum guſtam extremis † antecur-  
 labijs cōiungebat adoleſcens, multò celerius opini-  
 one, rediens maritus aduentat. Tunc uxor egre-  
 gia diras deuotiones in eum deprecata, & crurum  
 eius fragium abominata, ex angui formidine trepi-  
 dantem adulterum, alueo ligneo quo ſi umēta con-  
 fuſa purgari coſueuerant, temerè propter iacenti  
 ſuperpoſitū, abſcōdit, ingenitaq; aſtutia, diſſimulato  
 tanto ſlagitio, intrepidum mentata uultum, percon-  
 tatur de morito, cur utiq; cōtubernalis arctiſimi re-  
 licta cœnula, præmaturus a<sup>7</sup>oret. At ille dolentis  
 proſus



prorsus animo suspirās asidue: Nefarium inquit, &  
 extremum facinus perditæ foeminae tollerare nequi-  
 ens, fuga proripui. Hem qualis dii boni matrona,  
 quam fida, quāq; sobria turpissimo se dedecore scē-  
 davit. Iuro per istam ego sanctam Cererem, me nūc  
 etiam meis oculis de ea i muliere minus credere. His  
 in hincta uerbis marui, audacissima uxor noscendæ  
 rei cupiens, non cessat obtundere, totam prorsus a  
 principio fabulā promeret. Nec desistit donec eius  
 uoluntati succubuit maritus: et sic ignarus suorū, do-  
 mus alienæ p̄censet infortunium. Cōtubernalis mei  
 Fullonis uxor, alioquin seruati pudoris (ut uidebat  
 tur foemina) quæ semper secundo rumore gloria  
 sa, lacrem mariti pudicè gubernabat, occulta libidi-  
 ne prorupit in adulterum quempiam. Cūq; furti-  
 uos amplexus obiret asidue, ipso illo deniq; momen-  
 to, quo nos lauti cenam petebamus, cum eodem  
 illo iuvene miscebatur in Venerē. Ergo nostra re-  
 pente turbata presentia, subitatio ducta consi-  
 lio, eundem illum subiectum contegit uimine  
 cauca, quæ fustum flexu erat in tectum aggre-  
 gata cumulum, laciniāsque circumdatas su. usā  
 candido fumo sulphuris malbabat, cōque iam,  
 ut sibi uidebatur tutissimè celato, mensam nobis  
 † interim seū secura participat. † Interdū acerrimo, grauiq;  
 odore

odore sulphuris iuuenis inescatus, atq; obnubilatus,  
 intercluso spiritu diffuebat, utq; est ingenium uiua-  
 cis metalli, crebras ei sternutationes commouebat,  
 atq; ut primum è regione mulieris, pone tergum ei-  
 us maritus acceperat sonum sternutationis, quod cū  
 putaret ab ea profectum, solito sermone salutem ei  
 fuerat impreatus. Et iterato rursum, & sequenta  
 to sepius, donec rei nimietate cōmotus, quæ res erat  
 tandem suspicatur. Et impulsamensam protinus, remo-  
 taq; cauea, producit hominem, crebros anhelitus æ-  
 gre efflantem. Inflammatusq; indignatione cōtume-  
 liæ, gladium flagitans, iugulare meriturū gestabat,  
 ni respectato cōmuni periculo, uix eum ab impetu fis-  
 rioso cohibuissem, adseuerans breui, absq; noxa no-  
 stri, suapte inimicum eius uio'entia sulphuris peritu-  
 rum. Nec suadela mea, sed ipsius rei necessitate leni-  
 tus: quippe iam semiuuuum illum, in proximum de-  
 portat angiportum, cum uxorem eius tacite suasi, ac  
 deniq; persuasi, secederet paululum, atq; ultra lîr è  
 tabernæ, ad quampiam tantisper familiarem sibi mu-  
 licrem, quoad spacio firuens mariti sedaretur ani-  
 mus, qui tanto calore, tantaq; rabie perculsus, non  
 eram dubius aliquid etiam de se, suaq; coniuge tristi-  
 us profectò cogitaret aliud. Cõtubernalis epularum  
 tedio fugatus, larem reueniuntum. Hæc recensente  
 pistro

pistore iam dudum procax, & temeraria mulier, uer-  
 bis execrantibus, fullonis illius detestabatur uxorem  
 illam perfidam, illam impudicam, deniq; uniuersi ses-  
 xus grande dedecus, quæ suo pudore postposito, tho-  
 riq; genialis calcato fœdere, larem mariti lupinari  
 maculasset infamia: iamq; perdita nuptæ dignitate,  
 prostitutæ sibi nomen adsauerit. Addebat & tale in-  
 oportere uiuas exuri fœminas, & tamen taciti uul-  
 neris, & suæ sordidæ conscientie commonita, quò  
 maturius stupratorem suum tegminis cruaiatu libe-  
 raret, identidem suadebat maritum temporius quie-  
 ti recedere. At ille utpote inter æpta cœna ne profu-  
 geret, prorsus ieiunus mensam t̄poni comiter postu-  
 labat. Apponebat ei properè, quanuis inuita mulier  
 quippini destinata alij. Sed mihi penitus carpeban-  
 tur præcordia, et præcedens facinus, ac præsentem  
 deterrimæ fœminæ constantiam cogitanti, mecumq;  
 sedulo deliberabam, si quomodo possem detectis, ac  
 reuelatis fraudibus, auxilium meo perhibere domi-  
 no, illumq; qui instar testudinis, alueum succubabat, de-  
 pulso tegmine cunctis palam facere. Sic herili contu-  
 melia me cruciatum, tandem cœlestis respexit prou-  
 dentia. Nam senex claudus, cui nostra tutela permis-  
 sa fuerat, uniuersa nos iumenta, id hora iam postula-  
 te, ad locum proximū bibendi causa, gregatim pro-  
 minabat

† potius

minabat, quæ res optatissimam mihi uindictæ subnâ  
 nstrauit occasionem. Namq; prætergrediens, obser  
 uatos extremos digitos adulteri, qui per angustias  
 caui tegminis prominebant, obliquata atq; infra un  
 gula compressos, usq; ad summam minuatem contro  
 donec intollerabili dolore commotus, sublato sibi  
 clamore, repulsosq; & abiecto alueo conspectui pro  
 phano redditus, <sup>T</sup>cœnam propudiosæ mulieris patre †scena  
 fecit, nec tamē pisti r damno pudiciæ magnopere cō  
 motus, ex angui pallore trepidantem puerum, serena  
 fronte, & propitiata facie, commulans in apit: Nihil  
 triste de me tibi fili metuas, non sum Barbarus, nec a  
 gressi morum squallore præditus, nec ad exemplum  
 machinæ truculentæ sulphuris te lethali fumo necabo  
 ac ne iuris quidem seueritate lege de adulterijs ad  
 discrimen uocabo capitis, tam uenustum atq; pulchel  
 lum, sed planè cum uxore meâ partiario tractabo,  
 nec heresandæ familiæ, sed communi diuidendo, for  
 mula dimicabo, ut sine ulla controuersia uel disci  
 sione, tribus nobis in uno conuenit lectulo. Nam &  
 ipse semper cum meâ coniuge tam concorditer iuxta,  
 ut ex secta prudentium, eadem nobis ambobus plas  
 ærent. Sed nec æquitas ipsa patitur habere plus an  
 ctoritatis uxorem quàm maritum. Talis sermonis  
 blanditia cauillarum deducebat ad iborum nolentē  
 puerum



puerum, sequente tamen & pudicissima illa uxore altero rursus disclusa, solus ipse cum puero cubans, gratissima corruptarum nuptiarum uindicta perfructatur. Sed cum primum rota solis lucida diem peperit uocatis duobus è familia ualidissimis, quam altissime sublato puero, ferula nateis eius obuerberans: Tu autem inquit tam mollis ac tener, et admodum puer, defraudatis amatoribus ætatis tuæ flore, mulieres appetis, atq; eas liberas, & connubia lege sociata corrumpis, & intempestiuum tibi nomen adulteri uindicias. His & pluribus uerbis compellatum, & insuper affatim plagis castigatum, forinsecus abiit. At ille adulterorum omnium fortissimus, insperata potitus salute, tamen nateis candidas illas noctu, diuque dirruptus, mœrēs profugit. Nec secus pistor ille nuncium remisit uxori, eamq; protinus de sua perturbauit domo. At illa præter genuinam nequitiam, contumelia etiam, quamuis iusta, tamen altius cōmata atq; exasperata ad armillum reuertit, et ad familiarum ferminarum arteis accenditur, magnaq; cura requisitam ueteratricem quandam scœnam quæ deuotionibus maleficijs, quiduis efficere posse credebatur, multis exorat precibus, multisq; suffarcinat muneribus, alterum de duobus postulans, uel rursum nutigato consiliari marito, uel si id nequuerit, certe larua uel ali

¶ fortissimus

quo diro numine immisso, uiolenter eius expugnari spiritum. Tunc saga illa, & diuinipotens, primis ad huc armis facinorose disciplinae suae uelitur, & uehementer offensus mariti flectere atq; in amore impellere conatur animum. Quae res cum ei secius, ac rata fuerat proueniret, indignata numinibus, et praeter praemij destinatum compendium, contemptione etiam stimulata, ipsi iam miserrimi mariti incipit imminere capiti, umbramq; uiolenter peremptae mulieris ad exitium eius instigare. Sed forsitan lector scrupulosus reprehendens narratum meum sic argumentaueris: Vnde autem tu astutule asinae, intra terminos pistrini contactus, quid secreto, ut affirmas mulieres gesserint, scire potuisti? Accipe igitur quemadmodum homo curiosus iumentum faciem sustinens, cuncta quae in perniciem pistoris mei gesta sunt, cognoui. Diem ferme circa mediam, repente intra pistrinum mulier reatu, miramq; tristitiae deformis apparuit, scabili centunculo semiamicta, nudis & intectis pedibus, lurore buxco, macieq; foedata, & disceptae comae semicanae sordentes inspersu cineris, plerumq; eius anteuentulae contegebant faciem. Haec talis, manu pistori clementer iniecta, quasi quippiam secreto collocatura, in suum cubiculum deducit eum. Et adducta, fore, quam diutissime demoratur. Sed cum es

set, iam confectum omne frumentum, quod inter manus opificas tractauerant, necessarioq; peti deberet aliud, seruuli cubiculum propter astantes, dominum uocabant, operiq; supplementum postulabant. Atq; ut illis sepicule & interuocaliter postulantibus nullus respondit, domini iam forem pulsare ualidius. Et quod diligentissime fuerat oppesulata, malū, peiusq; aliquid opinantes, nisu ualido reducto, uel disracto cardine, tandem patefaciunt aditum. Nec uspiam reperta illa muliere, uident è quodam tigillo constructum, atq; exanimem pendere dominum, cumq; nodo ceruicis absolutum, detractumq; summis plangoribus, summisq; lamentationibus, atq; ultimo lauacro procurant. Peractisq; seralibus officijs, frequentiq; prosequente comitatu, tradunt sepulturae. Die sequenti filia eius occurrit è proximo castro, in quod pridie denupserat, moestaq; crines pendulos quatitens, & interdum pugnis obtundens ubera, qua nullo quidem domus infortunium nunciante cuncta cognouerat, sed ei per quietem obtulit sese flebilis, patris sui facies adhuc nodo reuincta ceruice, eiq; totum nouercae scelus aperuit, de ad ulterio, de maleficio, & quemadmodum laruatus ad inferos demisset. Et cum se diutino plangore cruciasset, concurr familiarium cohibita, tandem pausam luctui facere.

Iamq;

Iamq; nono die ritè completis apud tumulum solem  
 nibus, familiam, suppellectilemq; & omnia iumenta  
 ad hereditariam deducit<sup>t</sup> auctionem. Tunc unum<sup>t</sup> actionē  
 larem uariè dispergit, uenditionis incertæ licencio-  
 sa fortuna. Me deniq; ipsum pauperculus quidam  
 hortulanus comparat quinquaginta nummis, sed ma-  
 gno, ut aiebat, sed ut cōmuni labore uictum sibi quæ-  
 reret. Res ipsa mihi posere uidetur, ut huius quoq;  
 seruitij mei disciplinam exponam. Matutino me mul-  
 tis oleribus onustum, proximam ciuitatem deducere  
 consueuerat dominus, atq; ibi uenditoribus tradi-  
 ta mercede, dorsum insidens meum, sic hortum redi-  
 re. Ac dum fodiens, dum irrigans, cæteroque incuruus  
 labore deseruit, ego tantisper otiosus tacita quiete  
 recreabar. Sed ecce siderum ordinatis ambagibus,  
 per numeros dierū ac mensium remeans annus, post  
 mustulentas autumnii delicias, ad hybernas Capricor-  
 ni pruinās deflexerat, et assiduis pluuijs, nocturnisq;  
 rorationibus, sub diō, & intectō conclusus stabulo, cō-  
 tinuo discruciabam frigore: quippe cum meus domi-  
 nus præ nimia paupertate, ne sibi quidem, ne dum  
 mihi posset stramen aliquod uel exiguum tegumen-  
 parare. Sed si ondosō casulæ contentus umbraculo  
 decgeret, ad hoc matutino lutum nimis frigidum, ge-  
 luq; præscuta frustra nudis inuadens pedibus enite-



bar, ac ne suetis saltem abarijs uentrem meum reple  
 re poterā. Namq; & mihi, & ipsi domino coena par,  
 ac similis oppidō, sed tenuis aderat, lactucæ ueteres  
 et insuaves, illæ quæ seminis enormi senectæ, ad instar  
 scoparum in amarā coenosi succus cariem exolescūt  
 Noctē quadam paterfamilias qui pago proximo, te  
 nebris illius æliginis impeditus, & hymbre nimio  
 madefactus, atq; ob id, ab itinere directo cohibitus,  
 ad hortum nostrum, iam fesso equo diuerterat. & cæ  
 pitusq; comiter pro tempore, licet non delicato, nec  
 sario tamen quietis subsidio remunerari benignū ho  
 spitem cupiens, promittit ei de præsidij suis sese da  
 turum, & frumenti & oliui aliquid, & amplius du  
 os uini cados. Nec moratus meus dominus, saculo et  
 utribus uacuis secum apportatis, unde spinae meæ re  
 sidens, ad sexagesimum stadium profectiōem com  
 parat. Eo iā confecto uiaē spacio, peruenimus ad præ  
 dictos agros. ibiq; statim meum dominum comis ho  
 spes opipari prandio participat. Iam his poculis mu  
 tuis altercantibus, mirabile prorsus euenit ostentum.  
 Vna de cætera cohorte gallina per mediā cursitans  
 aream, clamore genuino uelut ouum parere gestiens  
 personabat. Eam suus dominus intuens: ô bona in  
 quit analla, & satis foecunda, quàm multo iam tem  
 pore nos quotidianis partibus saginasti, nunc etiam  
 cogitas

cogitas, ut uideo, gustulū nobis preparare. Et heus inquit puer calathum foetui gallinacio destinatum angulo solito collocato. Ita uti fuerat iussum procurante puero, gallina consuetæ lecticulæ spreto cubili, ante ipsos pedes domini præmaturum, sed magno proorsus futurum serupulo prodidit partum: nõ enim ouam quod scimus illud, sed pinnis & unguibus & oculis & uoce etiam perfectum ædedit pulum, qui matrem suam cotinuò cæpit comitari. Nec eò secius longè maius ostentum, & quod meritò perhorrescerent, exoritur. Sub ipsa enim mensa, quæ reliquias prandij gerebat, terra debiscens imitus, largissimus emicuit fons sanguinis. Hinc resultantes uberrimæ guttæ, mensam cruore perspergunt, ipsoque illo momento, quo stupore defixi mirantur, ac trepidant diuina præsagia, concurrit unus è cœla uinaria, nuncians omne uinum, quod olim diffusum fuerat in omnibus dolijs feruētī calore & proorsus ut igni copioso subdito rebullire. Visa est inter eā mustella mortuum serpentem forinsecus mordicus attrahens, & de ore pastoricij canis, uirens exiit ranula, ipsumq; canem, qui proximus constabat aries appetitum inico morfu stranglauit. Hæc tot & talia ingenti pauore domini illius & familiæ totius, ad extremum stuporem deicerant, animos:

quid prius, quidue posterius, quid magis, quid minus numinum celestium leniendis minis, quot & qualibus procuraretur hostijs. Adhuc omnibus expectatione deterrimæ formidinis torpidis, accurrit quidam seruuulus, magnas & postremas domano illi fundorum cladeis annuncians. Namq; is adultis tribus liberis, doctrina instructis, & uerecundia præditis, uiuebat gloriosus. Hic adolescentibus erat cum quodam paupere, modicæ casulæ domino, uetus familiaritas. At enim casulæ paruulæ cõternunos magnos & beatos agros possidebat uicinus potens, & diues & iuuenis, & profapiae maiorum gloria malè utens, pollensq; factionibus, & cuncta facile faciens in ciuitate, hostili modo uici tenuis incurabat pauperiem, pecua trucidando, boues abigendo, fruges adhuc immaturas obterendo. Iamq; tota frugalitate spoliatum, ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat, finiumq; inani cõtota quaestione, terram totam sibi uendicabat. Tunc agrestis, uerecundus alioquin, auaritia diuitis iam spoliatus, ut suo saltem sepulchro paternum retineret solū, amicos plurimos ad demonstrationem finium trepidās eximie corrogati. Aderant inter alios, tres illi fratres, cladibus amici, quantulum ferentes auxilium, nec tamen ille uesanus, tantillum presentia multorum

rum civium territus, uel etiam confusus, licet nõ rapinis, saltem uerbis, temperare noluit. Sed illis clementer expostulantibus, fruidosq; eius mores blandicijs permulcentibus, repente suam, suorumq; carorum salutem, quàm sanctissimè adiurans, adseuerat, parui sependere totã mediatorum præsentiam. Deniq; uicinum illum auriculis per suos serulos sublatum, de causa longissimè, statimq; proicctũ iri. Quo dictu insignis indignatio totos audientium pertemptauit animos. Tũc unus è tribus si a tribus incontanter, & paulò liberius respõdit: Frustra eũ suis opibus confisum, tyrannicam superbiã comminari: cum alioquin pauperes etiã liberali legum præsidio, de insolentia locupletum cõsueuerint uindicari. Quod oleum flammæ, quod sulphur incẽdio, quod flagellum furie, hoc & iste sermo truculentie hominis nutrimento fuit. Iamq; ad extremã insanã uecors, suspendiũ sese, & iocis illis, & ipsis legibus mandare proclamans, canes pastoricos, uillaticos, feros atq; immanes, assuetos abiecto per agros excicare cadauera. Prætereã etiam transcuntium uatorum † pastibus morsibus alünatos laxari, atq; in corũ exitiũ inhortatos, immitti præcepit. Qui simul signo solito pastorum incensi, atque inflammati sunt, furiosa rabie conciti, & latrantibus etiam

† pastores



absonis horribiles, eunt in homines, eosq; uarijs ag-  
 gressi uulneribus distrahūt, ac lacerant: nec fugien-  
 tibus saltem compescunt, sed eò magis irritiores  
 sequuntur. Tunc inter confertam trepidæ multitu-  
 dinis stragem, è tribus iunior offenso lapide, atq; ob-  
 tunsis digitis, terræ prosterntur, seuisq; illis, ac fero-  
 cissimis canibus instruit nefariam dapem. Protinus  
 enim nacti prædam iacentem, miserum illum adole-  
 scentem frustratim discerpūt. Atq; ut eius leihalem  
 ululatum cognouère cæteri fratres, accurarunt mœ-  
 sti suppetias, obuolutisq; laciniæ leuis manibus lapi-  
 dum crebris iactibus, propugnare fratri, atq; abige-  
 re canes aggrediuntur. Nec tamen eorū ferociam,  
 uel conterere, uel expugnare potuerunt: quippe cum  
 miserrimus adolescens ultima uoce prolata, uindictæ  
 carent de p̄olutissimo diuite mortem fr̄ atris iunior-  
 ris, illico laniatus interijisset. Tunc reliqui fratres,  
 non tam hercules desperata, quàm ultro neglecta  
 sua salute, contendunt ad diuitem, atq; ardentibus  
 animis, impetuq; uesano lapidibus crebris in eum  
 uelitantur. At ille cruentus & multis ante flagitijs  
 similibus exercitatus percussor, iniecta lancea duo-  
 rum alterum per pectus medium transadegit, nec  
 tamen peremptus, ac prorsus exanimatus adolescens  
 ille terræ concidit. Nam telum transuectum, atq; ex  
 maxima

maxima parte ponē tergum elapsū, soloque nixus  
 uolentia defixum, rigore librato suspenderat cor-  
 pus. Sed & quidam de seruulis procerus & ualidus  
 sicario illi ferens auxilium, lapide contorto,  
 tertij illius iuuenis dexterum brachium, longo iactu  
 petierat. Sed impetu casto, per extremos digitos  
 transcurrens lapis, contra omnium opinionem de-  
 ciderat innoxius, non nullam tamen sagacissimo iu-  
 ueni prouentus humanior uindicta speculam sub-  
 monstrauit. Ficta namq; manus suae debilitate, sic  
 crudelissimum iuuenem compellat: Fruere exitio  
 totius nostrae familiae, & sanguine trium fratrum  
 insatiabilis tuam crudelitatem pasce, & de prostra-  
 tis tuis ciuibus, gloriose triumphatum scias, licet pri-  
 uato, suis possessionibus paupere, sine usq; proter-  
 minaueris, habiurum tamen uicium aliquem. Nam  
 haec etiam dextra, quae tuum prorsus amputasset  
 caput, iniquitate fati contusa decidit. Quo sermo-  
 ne alioqui exasperatus furiosus latro, raptogla-  
 dio, sua miserrimum iuuenem manu perempturus,  
 inuadit auidus. Nec tamen sui molliorem prouoca-  
 uerat: quippe insperato, & longē contra eius opi-  
 nionem, resistens iuuenis, amplexu fortissimo ar-  
 ripit eius dexteram, magnōque nisu, ferro librante,  
 multis & crebris ictibus impuram elidit diuitis

animam, & ut accurrentium etiam familiarium ma-  
 nu se liberaret, cōfestim adhuc inimici sanguine de-  
 libuto mucrone, gulā sibi prorsus excucit. Hæc erāt  
 quæ prodigiosa præfaguerāt ostenta, hæc quæ mi-  
 ferrimo domino fuerant nunciata, nec ullum uerbū,  
 ac nec tacitum quidem fletum tot malis circumuen-  
 tus senex quiuīt emittere. Sed arrepto ferro, quo cō-  
 modū inter suos epulones caseū, atq; alias prandij  
 partis diuiserat, ipse quoq; ad instar infelicissimi  
 sui filij iugulum sibi multis ictibus contrucidat, quo  
 ad super mensam tremulus corruēs, portentiosi cru-  
 oris maculas noui sanguinis fluuio proliuit. Ad istum  
 modum puncto breuissimo, dilapsæ domus fortuna  
 nam hortulanus ille miseratus, suosq; casus graui-  
 ter ingemiscens, depensis pro prandio lacrymis,  
 uacuasq; manus complodens sepiculē, protinus in-  
 fesso me retro quam ueneramus uiam capeſsit. Nec  
 innoxius ei saltem regressus euenit. Nam quidā pro-  
 cerus, & ut indicabat habitus, atq; habitudo, miles ē  
 legione factus nobis obuus, superbo atq; arroganti  
 sermone percontatus est, quorsum uacuum duceret  
 asinum. At meus dominus, adhuc mœrore permi-  
 xus, & aliās Latini sermonis ignarus, tacitus præ-  
 † cōficio teribat. Nec miles ille familiarem cohibere quiuīt in  
 † uel conie solentiam, sed indignatus silentio eius, ut † conuicio  
 † uita

uita quam tenebat, obtundens eum, dorso meo per-  
 turbat. Tunc hortulanus suppliciter respondit. ser-  
 monis ignorantia se, quid ille diceret, scire non pos-  
 se. Ergo igitur ægre subiiciens miles, ubi inquit du-  
 cis asinum istum? Respondit hortulanus pectere se  
 proximam ciuitatem. Sed mihi inquit operæ eius o-  
 pus est: nam de proximo castello sarcinas præsidis  
 nostri cum cæteris iumentis debet aduehere. Et in-  
 iecta statim manu, loro me quo ducebar arreptum in-  
 cipit trahere. Sed hortulanus prioris plagæ vulne-  
 re prolapsus capite sanguinem detergens, rursus  
 deprecatur, ciuilius atq; mansuetius uersari cõmili-  
 tonem, idq; per spes prosperas eius orabat adiurã.  
 Nam & hæc ipse aiebat, iners asellus & nihilomi-  
 nus morbo detestabili caducus, uix etiam paucos o-  
 lerum manipulos de proximo solet, anhelitu lan-  
 guido fatigatus subuehere: nedum ut rebus amplio-  
 ribus idoneus uideatur gerulus. Sed ubi nullis præ-  
 cibus mitigari militem magisq; in suam perniciem  
 aduertit esse ferari: iamq; inuersa† uite de uastiore no-  
 dulo cerebrum suum diffindere, currit ad extrema  
 subsidia,† simulans querere, ad cõmouendam mi-  
 serationem, genua eius uelle contingere, summissus  
 atq; incuruatus, arreptis eius pedibus utrisque sub-  
 limen elatum terre grauius applodit, & statim  
 qua

† uice

† simulans  
 que




qua pugnis, qua cubitis, qua morsibus, etiam de uia  
 lapide correpto, totam faciem, manusq; eius & late-  
 ra conuerberat. Nec ille ut primum humi supinatus  
 est, uel repugnare, uel omnino munire se potuit, sed  
 plane identidem comminabatur, si surrisset, sese  
 concisurum cum machæra frustratim. Quo sermone  
 eius, commonefactus hortulanus, erripit, ei spatham,  
 eaq; longissimè abiecta, rursus seuioribus cum pla-  
 gis aggreditur. Nec ille prostratus, ac præuentus  
 uulneribus, ullum reperire quens salutis subsidiū,  
 quod solum restabat simulat sese mortuum. Tunc  
 spatham illam secum adportans hortulanus, in scen-  
 so me concito gradu rectè festinat ad ciuitatem, nec  
 hortulum suum saltem curans inuisere, ad quem pi-  
 am sibi deuertit familiarem, cunctisq; narratis, de-  
 precatur, periclitanti sibi ferret auxiliū, seq; cum  
 suo sibi asino tantisper occultaret, quoad celatus  
 spacio bidui, triduiue capitalem causam eus deret.  
 Nec oblitus ille ueteris amicitie præptè suscipit, meq;  
 per scalas, complicitis pedibus in superius coenacu-  
 lum attracto. Hortulanus deorsus in ipsa taberna-  
 cula direpit in quandam cistulam, & supergesto de-  
 litescit orificio. At miles ille, ut postea didici, tandem  
 uelut emersus graui crapula, nutabundus tamen,  
 & tot plagarum dolore saucius, baculo se uix sus-  
 tinens


stinens, in ciuitatem aduentat, confususq; de impotentia, deq; inertia sua quicquam ad quenquam referre popularium, sed tacitus iniuriam deuorans, quosdā commilitones nactus istam tunc cladem enarrat suā. Placuit ut ipse quidem contubernio se tantisper absconderet. Nam præter propriam contumeliam, militaris etiā sacramēti genū ob amissam spathā uerebatur. Ipsi autem signis nostris enotatis, inuestigatio ni, uindictæq; sedulā darent operam. Nec desinit uicinus perfidus, † qui nos illico occultari nunciaret. Tum commilitones acer sitis magistratibus, mentiuntur sese, multi precij uasculum argenteum præsidij in uia perdidisse, idq; hortulanum quendam reperisse, nec uelle restituere, sed apud familiarem quēdam sibi delitescere. Tunc magistratus & damno præsidij nomine cognito ueniunt, ad diuersorij nostri fores, claræq; uox denunciant hospiti nostro, nos quos occultaret apud se, certō certius de dere potius quā discrimen proprij subiret capitis. Nec ille tantulum conterritus, salutiq; studens eius quem in suam receperat fidem, quicquā de nobis fatetur, ac diebus pluris, nec uidisse quidem illum hortulanum contendit. Contrā milites, ibi nec uspiam, illum delitescere adiurantes, genium principis contendebant. Postremū magistratibus placuit obstinatē denegantem

† forte quā

scrutinio

scrutiny detegere. Immissis itaque victoribus, ceterisque  
 publicis ministris, angulatim cuncta sedulo perlustra  
 ri iubent, nec quisquam mortalium, ac ne ipse quidem  
 asinus intra limen comparere nunciatur. Tunc gli  
 † utring; scit uiolentior † utriusque secus contentio militum, pro  
 † deum cōperto de nobis asseuerantiū, fidemque cesaris iden  
 tidē implorantiū, at illius negatis, assidueque † domini  
 numen obtestantis. Qua cōtentione, et clamoso stre  
 pitu cognito, curiosus alioquin, et inquieti procacia  
 te p̄ditus asinus, dum obliquata ceruice per quan  
 dam fenestrulam, quidnam sibi uellet tumultus ille  
 prospicere gestio, unus ē commilitonibus casu fortui  
 to collimatis oculis ad umbram meam, cunctos testa  
 tur in coram, magnus denique continuo clamor exor  
 † emensis tus est. Et † emer sis protinus scalis iniecta manu, qui  
 dam me uelut captiuum detrahunt, iamque omni sub  
 lata contatione, scrupulosius contemplantes singu  
 la, cista etiam illa reuelata, repertum, productumque  
 et oblatum magistratibus miserum hortulanum, pœ  
 nas scilicet pensurum in publicum deducunt carce  
 rem, summoque risu de meo prospectu cauil  
 ri non desinunt. Vnde etiam de prospectu  
 et umbra asini natum est frequens  
 prouerbium.


**L. APV-**  
**LEII MADAVRENSIS**  
**PHILOSOPHI PLATO-**  
**NICI, DE ASINO AV-**  
**REO LIBER**  
**DECIMVS.**


 Ie sequenti meus quidem dominus hortulanus, quid egerit, nescio: me tamen miles ille, qui propter eximia impotentiam pulcherrime uapularat, ab illo praesepio nullo equidem contradicente, diductum abducat, atq; a suo contubernio, hoc enim mihi uidebatur, saranis proprijs onussum, & prorsus exornatum, armatumq; militariter producat ad uiam. Nam & galeam nitore permicantem, & scutum caeteris his longius lucens, sed etiam lanceam longissimo hastili conspicuam, quae salutar non disciplinae, tunc quidem causa, sed propter terrendos miseros uiatores, in summo atq; edito sarcinarum cumulo ad instar exercitus sedulo composuerat. Coepta campestri, nec adeo difficili uia, ad quamdam ciuitatulam peruenimus, nec in stabulo, sed in domo cuiusdam decurionis diuertimus. *Statimq; mo*  
*con. me. n.*



†cuperes

commēdato cui dam seruulo, ipse ad præpositū suum  
 qui mille armatorum ducatū sustinebat, sollicitē pro  
 ficiscitur. Post dies plusculos, ibidem designatum scē  
 lestum & nefarium facinus memini, sed ut uos etiam  
 legatis ad librum profero. Dominus ædium habebat  
 iuuenem filium, probè literatum atq; ob id cōsequē  
 ter pietate, modestiaq; præcipuum, quem tibi quoq;  
 prouenisse cupere, uel talem. Huius matre multo  
 antè defuncta, rursus matrimonium sibi reparauit.  
 Ductaq; alia, filium procreauerat alium, qui iam  
 duodecimum ætatis annum supergesserat: sed nouer  
 ca, forma magis, quàm moribus in domo mariti præ  
 pollens, seu naturaliter impudica, seu fato ad extre  
 mum impulsa flagitium, oculos ad priuignum adie  
 cit. Iam ergo le. For optime, scito te tragœdiam non  
 fābulam lege e, et à socco ad cothurnum ascendere.  
 Sed uuluer illa, quādiu primis elementis cupido par  
 uulus nutriebatur, imbecillis adhuc eius uiribus faci  
 le ruborem tenuem deprimens, silentia resistebat.  
 At ubi completis igne uesano utis præcordijs, im  
 modicè bacchatus amor exestuabat: se uicē deo iam  
 succubuit. Ac langore sinu' atq; uulnus animi menti  
 tur in corporis ualitudine. Iam cætera salutis, uul  
 tusq; detrimenta, & ægris, & amantibus examu  
 sissim  
 cōuenire, nemo qui nesciat. Pallor deformis marcēs  
 oculi

oculi, lassa genua, quies turbida, & suspiritus, crucia-  
tus tarditate uehementior, crederes & illam fluctu-  
re tantum uapore februm, nisi quod & flebat. Heu  
medicorū ignaræ mētes, quid uenæ pulsus, qd calor  
intemperantia, quid fatigatus anhelitus, & utring; se-  
cus iactatæ crebiter laterum mutæ uicissitudines.  
Dij boni, quā facilis licet non artifice medico, cuius  
tamen docto ueneriæ cupidinis comprehensio, cum ui-  
deas aliquem sine corporis calore flagrantem. Ergo <sup>† altius uel</sup>  
igitur impatientia furoris <sup>† alterius</sup> agitata, diutinu  
rupit silentium, & aduocari præcipit filium, quod  
nomen in eo ipso, ne ruboris admoneretur, libenter  
craderet. Nec adolescēs ægrē parētis moratus impe-  
riū, senili tristitia, striatā gerens frontē, cubiculū pe-  
tit uxoris patris, matrisq; fratris <sup>† utrumq;</sup> debitum  
sistens obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissi-  
mē fatigata, & in quodam uado dubitationis hærēs,  
omne uerbum quod præsentis sermoni putabat aptis-  
simum, rursus improbens, nutante etiam nunc pu-  
dore, <sup>† unum</sup> unde potissimum caperet exordium, decon-  
tatur. At iuuenis nihil etiam tunc secius suspicatus,  
summisso uultu rogat ultrò præsentis causam ægritu-  
dinis. Tunc illa nacta solitudinis damnosam occasio-  
nem, prorūpit in audatiā, & ubertim ad lacrymas,  
lacimāq; contegens faciem, uocē trepida, sic cū breui  
B ter

iter affatur. Causa omnis et origo presentis doloris  
 & etiam medela ipsa, & salus unica mihi tute ipse  
 es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima dela-  
 psi praeordia, meis medullis acerrimum commouet  
 incendium. Ergo misere tua causa percuntis, nec  
 te religio patris omnino deterreat, cui morituram  
 prorsus seruabis uxorem. Illius enim recognoscens  
 † habere imaginem, mutua facie merito te diligo. † Habes soli-  
 tudinis plenam fiduciam, habes capax necessarij fa-  
 noris otium. Nam quod nemo nouit penè non fit. Re-  
 pentino malo perturbatus adolefcens, quanquam ta-  
 le facinus protinus exhorruisset, non tamen negatio-  
 nis intempestiua seueritate putauit exasperandam:  
 sed cautè promissionis dilatione leniendam. Ergo  
 prolixè pollicetur, ut & bonum caperet animum, re-  
 fectioq; se, ac saluti redderet, impendio suadet, do-  
 nec patris aliqua profectio, liberum uoluptati con-  
 cederetur spatium. Statimq; se refert à noxio con-  
 spectu nouercae. Et magnam domus cladem ratus in-  
 digere magno & ampliore consilio, ad quendam cō-  
 pertae gratuitatis educatorem senem protinus re-  
 fert, nec quicquam diutina deliberatione tam salu-  
 bre uisum, quā fuga celeri procellā fortune seuiētis  
 euadere. Sed impatiēs uel exiguae dilatiōis mulier,  
 ficta qualibet causa, cōfestim marito miris persuadet  
 artibus

artibus ad longissimè disitis festinare uillas. Quo facto, maturatæ spei uesania præceps, promissæ libidinis flagrat uadimonium. Sed iuuenis modò istud modò illud causæ faciens, execrabilem frustratur eius aspectum: quoad illa nundorum uarictate, pollicitationem sibi de regatam manifestò prospiciens, mobilitate lubrica nefarium amorem ad longè deterrius transfulisset odium. Et assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, perfidie suæ consilia communiat. Nec quicquam melius uidetur, quam uita miserum priuare iuuenem. Ergo missus continuò surcifer uenenum presentarium comparat, idq; uino diligenter dilutum insontis priuigni præparat exitio. Ac dum de oblationis opportunitate secum deliberant noxij homines, fortè fortunæ, puer ille iunior proprius pessimæ fortunæ filius post matutinum laborem studiorum, domum se recipiens, & prandio iam coepto sitiens, receptum uini poculum, in quo uenenum latebat includit perasum, nescius fraudis occultæ, continuò perduxit haustum. Atq; ubi fratri suo paratam mortem ebibit, exanimis terræ procumbit. Illius quoq; repentina perniciæ, prædagogus commotus, ululabili clamore, matrem, totamq; ciet familiam. Iamq; cognito casu noxiæ potionis, uariè quisq; presentium auctores



infimulabant extremi facinoris. Sed dira illa scœmi-  
 na, & maliciæ nouercalis exemplar unicum, non a-  
 cerba filij morte, non parricidij conscientia, non in-  
 fortunio domus, non luctu mariti, uel ærumna sine-  
 ris commota, cladem familiæ uindictæ compendium  
 traxit. Missosq; protinus cursore, qui uiuanti marito do-  
 mus expugnationem nunciaret, ac mox eodē otus  
 ab itinere regresso, personata nimia temeritate, insi-  
 mulat priuigñi ueneno filium suum interemptū. Et  
 hic quidem, non adeò mentiebatur, quod iam desti-  
 natam iuueni mortem præuenisset puer, sed fratrem  
 iuniorem fingeat. Adco priuigni scelere preceptū  
 quòd eius probrosæ libidini, qua se comprimere tē-  
 ptauerat, noluisse succumbere. Nec tamen immani-  
 bus contenta mendacijs addebat sibi quoque ob de-  
 tectum flagitium, eundem illum; gladio commina-  
 ri. Tunc infelix duplici filiorum morte percussus, ma-  
 gnis ærumnarum procellis æstuat. Nam & iuniorem  
 in coram sui funerari uidebat, & alterum ob inæstū  
 parricidiumq; capitis scilicet damnatum iri certo sci-  
 ebat. Adhuc uxoris dilectæ nimium mentitis lamen-=  
 tationibus, ad extremum sobolis impellebatur odiū.  
 Vix dum pompæ funebres exsepultura filij fuerant  
 explicatæ, & statim ab ipso eius rogo senex infelix  
 ora sua recentibus adhuc rigans lacrymis, trahensq;  
 cinere sordentem caniciem, se ro se festinus immittit.

Atq; ibi tum fletu, tum precibus, genua etiam decu-  
 rionum contingens: nescius fr audium pessimæ mu-  
 licris, in exitium reliqui filij plenè operabatur affe-  
 ctibus, illum incestum paterno thalamo, illum parrici-  
 cidam frater no exitio, & incõmunata noueræ cæ-  
 de siccarium. Tanta deniq; miseratione, tantaq; indi-  
 gnatione curiam, sed & plebem mœrens inflamma-  
 uerat, ut remoto iudicandi tædio, et accusationis ma-  
 nifestis probationibus, & Trespõsionibus meditatæ  
 ambagibus cuncti conclamarint, lapidibus obrutū  
 publicum malum publicè uindicari. Magistratus in  
 terim mœtu periculi proprij, ne de prauis indigna-  
 tionis elementis ad exitium disciplinae, ciuitatiq; se-  
 ditio procederet, partim decuriones deprecari,  
 partim populariter compescere, ut ut ritè & more  
 maiorum iudicio reddito, & utring; secus allegatio-  
 nibus examinatis, ciuilitè sententia promoretur.  
 Nec ad instar barbaricæ feritatis, uel tyrannicæ im-  
 potentie damnaretur aliquis inauditus, & in pace  
 placida, tam dirum sæculo proderetur exemplum.  
 Placuit salubre cõsiliū, & illico iussus præco pro-  
 nunciat patres in curiam conuenirent, quibus pro-  
 tinus dignitatis iure consueta loca residentibus, rur-  
 sum præconis uocatu, primus accusator incedit.  
 Tunc demum clamatus introducit etiam reus,

Trespõs-  
sionis

Et exemplo legis Atticæ, Martijq; iudicij causæ pa-  
 tronis denunciatur præco, neq; principia dicere, neq;  
 miserationem cōmouere. Hæc ad istum modum ge-  
 sta, compluribus mutuo sermocinantibus cognoui,  
 Timucxe= quibus autem uerbis accusator t uexauerit, qui-  
 rit bus rebus dilucrit reus. Ac prorsus orationes, alter  
 catione q; neq; absens ipse autem apud præsepium  
 scire, neq; ad uos quæ ignorauit, possum enunciare,  
 sed quæ planè compert, ad istas literas proferā. Si-  
 mul enim finita est dicentium contentio ueritatem  
 criminum, fidem q; probationibus certis instrui, nec  
 suspicionibus tantam coniecturā permitti placuit.  
 Atq; illum promptissimū seruū, qui solus hæc ita ge-  
 sta esse, scire diceretur, fisti modis omnibus opor-  
 Teruciari tere. Nec tantillum t cruciarius ille, uel fortuna tam  
 tus magni iudicij, uel confertæ conspectu curiæ, uel cer-  
 tē noxia consciētia sua deterritus, quæ ipse finxerat,  
 quasi uera adseuerare, atq; adserere incipit, quod se  
 uocasset indignatus fastidio noueræ iuuenis, quod  
 ulciscens iniuriā filij eius mandauerat necem, quod  
 promississet grande silentij præmiū, quod recusanti  
 mortē sit cōminatus, quod uenenū sua manu tempe-  
 ratū, dandum fratri reddiderit, quod ad criminis  
 probationē reseruatū poculū neglexisse suspicatus,  
 sua postremum manu porrexerit puero. Hæc eximia  
 enīna

enim ad ueritatis imaginē, Verberone illo simulata  
 trepidatione perferēte, finitum est iudiciū, nec quis=  
 qui decurionū<sup>t</sup> equus remanserat iuueni, quin cū <sup>t</sup> equus  
 euilenter noxæ cōpertum, insui culeo pronuncia=  
 ret. Cum iam sententiæ pares cunctorū st. lis ad unū  
 sermonē congruētibus, ex more perpetuo, in urnā  
 ecrean deberent conijci, quo semel conditis calcu=  
 lis, iam cum rei fortuna transacto, nihil postea com=  
 mutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in  
 manum carnificis, unus è curia senior præ cæteris  
 compertæ fidei, auctoritatis præcipue medicus, ori=  
 ficium urnæ manu contingens, ne quis nutteret cal=  
 culum tenerē, hoc ad ordinē pertulit; Quod ætatis  
 sum uobis approbatus, me <sup>t</sup> dixisse gaudeo, nec pa=  
 tiar falsis criminibus petito reo, manifestum homici=  
 cidū perpetrari, nec uos, qui iur eiurādo, astricti iu=  
 dicatis, inductos seruili mendacio peierare, ipse nō  
 possum, calcata numinū religione, conscientiam meam  
 fallens, perperā pronunciare. Ergo ut res est, de me  
 cognoscite, furcifer iste uenenū presentarium com=  
 parare sollicitus, centūq; aureos solidos offerēs, præ=  
 cium me nō olim cōuenerat, quod ægroto cuidā dice=  
 bat necessariū, qui morbi inextricabilis ueterno ue=  
 hementer implicatus, uita se cruciatui subtrahere ge=  
 saret. At ego perspiciens malum istum Verberonem



blaterantem, atq; inconcinnè causificantem, certū si  
 que aliquod moliri flagitium, potionem quidem de-  
 di, sed futuræ quæstioni præcauens, non statim præ-  
 cium quod offerebatur accepi. Sed ne fortè aliquis  
 inquam istorum quos offers aureorum, nequam iel-  
 adulter reperiatur, in hoc ipso sacculo cōditos os,  
 annulo tuo prænoti, donec altera die numulario  
 præsentate comprobentur. Sic inductus signavi pec-  
 cuniam, quam exinde, ut iste representatus es iudi-  
 catio iussi de meis aliquē curriculo taberna præmittā  
 afferre, & en ecce prolata coram exhibet, uide  
 at & suum sigillum recognoscat. Nam quem admo-  
 † alter dum eius ueneni frater insimulari potest, quod iste  
 comparauerit? Ingens exinde Verberonem cor-  
 ripere trepidatio, & inuicem humani coloris suc-  
 cedit pallor infernus, perq; uniuersa membra frigi-  
 dus sudor emanabat. Tūc pedes inexcortis alterna-  
 tionibus commouere, modò hāc, modò illam partem  
 scalpere capitis, & ore semiclauso balbutiens ne-  
 scio quas affamias effutire, ut cū nemo prorsus à cul-  
 pa uacuum meritò crederet, sed reualescente pror-  
 sus astutia constantissimè negare, & accersere men-  
 dacij medicum non desinit, qui propter iudicij reli-  
 gionem, cum fidem suam corā lacerari uideret, mul-  
 tiplicato studio Verberonem illum contendit redar-  
 guere:

guere: donec iussu magistratuum ministeria publica  
 contrectatis nequissimi serui manibus, annulū fer-  
 reum deprehensum cum signo sacculi conferunt.  
 Que comparatio præcedentem roborauit suspitio-  
 nem, nec rota, uel Eucleus more Græcorum, tormen-  
 tis eius apparatus iam acceperant, sed obfirmatus mira  
 præsumptione ullis uerberibus, ac ne ipso quidem  
 succubuit igni. Tunc medicus: Nō patiar inquit, Her-  
 cules, non patiar, uel † circa fās de innocente isto; iu † contra  
 uene supplicium uos sumere, uel hunc ludificato no-  
 stro iudicio, pœnam noxij facinoris euadere. Dabo  
 enim rei præsentis euidentis argumentum: nam cum  
 uenenum peremptorium comparare pessimus iste  
 gestiret, nec me a sectæ crederem conuenire, causas  
 ulli præbere mortis, nec exitio, sed saluti hominum † uereres  
 medicinam quæsitam esse didicissem, † uerens ne si  
 daturam me negassem, intempestiua repulsa, uiam  
 sceleri subministrarem, & ab alio quopiam exitabi-  
 lem mercatus hic potionem, uel postremum gladio  
 uel quouis telo nefas inchoatum perficeret, dedi, nō  
 uenenum, sed somniferū mandragoræ illum gra-  
 uedinis compertæ famosum, & morte simulini so-  
 poris efficacem: nec mirum desperatissimum istum  
 latronem certum extreme pœnæ, quæ more maio-  
 rum in eum competit, cruciatus istos ut leuiores fa-

Tunc cile tollere. Sed si uerè puer † meis temperatam  
 manibus, sumpsit potio nem, uiuit, quiescit, & dor-  
 mit, & protinus marcido sopore discusso remeabit  
 diem lucidam. Quod si uerè peremptus est, si uerè  
 morte præuentus est, queratis licet causas mortis  
 eius alias. Ad istum modum seniore adorante, pla-  
 cuit, & itur confestim magna cum festinatione ad il-  
 lud sepulchrum, quo corpus pueri depositum iacea-  
 bat. Nemo de curia, de optimatibus nemo, ac de ipso  
 quidem populo quisquã, qui non illuc curiosè conflu-  
 xerit: Ecce pater suis ipse manibus, cooperculo capu-  
 li remoto, cõmodum discusso mortifero sopore sur-  
 gentem postliminio mortis depræhēdit filium, cum  
 que cõplexus artissimè, uerbis impar, præsentè gau-  
 dio producat ad populum, atq; ut erat, adhuc ferali-  
 bus amicalis instrictus atq; obditus, deportatur ad  
 iudicium puer. Iamq; liquidò serui nequissimi, atq;  
 mulieris nequioris patefactis sceleribus, procedit in  
 medium nuda ueritas, & nouercæ quidem perpe-  
 tuum indiatur exilium: seruus uerò patibulo suffiga-  
 tur. Et omnium consensu, bono medico sinuntur au-  
 rei opportuni somni præcium, & illius quidem se-  
 nis famo'a atq; fabulosa fortuna, prouidentie diu-  
 ne condignum accepit exitum, qui momento modico  
 inò puer. To exiguo pass orbitatis perialum a dole-  
 scentium

scentium duorum pater repente factus est. At ego  
 tunc temporis talibus futurum fluctibus uolutabar.  
 Miles ille, qui me nullo uendente comparauerat, &  
 sine pretio suum fecerat, tribuni sui precepto debi-  
 tum sustinens obsequium, literas ad magnum scri-  
 ptas principem Romam uersus perlaturus, uicinis  
 me quibusdam duobus seruis fratribus undecim  
 denarijs uendidit. His erat diues admodum domi-  
 nus. At illorum alter pistor dulciarius, qui panes  
 & melita conuincabat edulia. Alier coquus, qui sa-  
 pidissimus & nutrimentis succuum, pulmenti condi-  
 ta uapore molibat. Vn eo illi contubernio comunem  
 uitam sustinebant, meque ad uasa illa compluria ge-  
 standam praeparant, quae domini regiones plusculas  
 pererant, uarijs usibus erant necessaria. Ad sas-  
 cor itaque inter duos illos fratres tertius contubernalis,  
 hand ullo tempore tam beniuolam fortunam exper-  
 tus. Nam uespera post opiparas coenas: earumque splendi-  
 dissimos apparatus, multas numero partes in cellu-  
 lam suam mei sollebant reportare domini: ille por-  
 corum, pullorum, piscium & eiusmodi pulmentorum  
 largissimas reliquias. Hic panes, crustula, iucuncu-  
 los, hamos, lacertulos plura sedameta melita. Qui cum  
 se refecturi, clausa cellula balneas petissent, oblati  
 ego diuinitus dapibus affatim saginabar: nec enim tam  
 stultus

Timriuo-  
 tis



stultus eram, tamq̄; uerè asinus, ut dulcissimis illis  
 relictis cibis, coenarem asperrimum foenum. Et diu  
 quidem pulcherrimæ nubi furatrinæ procedebat  
 artificium: quippe adhuc timide, & satis parcè sub-  
 ripienti, de tam multis pauciora, nec illis fraudis  
 nullas in asino suspicantibus. At ubi fiducia latendi  
 pleniore capti, partem opimas, quasq̄; deuorabam,  
 & iucundiora eligens, abliguriebam dulcia, su-  
 † fratrem spitio non exilis † fratrum pupugit animos, & quæ-  
 quàm de me nihil etiam tum male crederent, tamen  
 quotidiani damni studiosè uestigabant reum. Illi  
 uerò postremo etiam mutuo sese rapinæ turpiss-  
 † custodia & acriorem † custodelam & diminutionem adhi-  
 bebant partium. Tandem deniq; rupta uerecūtia,  
 † At sic alter alterum compellat. † ad istud iam neque  
 equum, ac ne humanum fidem minuere quidem quo-  
 tidie, ac partem electiores subripere, atq; his diu-  
 ditis, peculium latenter augere, de reliquis equā uin-  
 dicare diuisionem. Si tibi deniq; societas ista discipli-  
 cet, possumus omnia quidem cætera fratres manere  
 Ab isto tamen nexu communionis discedere: nam ui-  
 deo in immensum procedentem querelam, nutrire  
 nobis immensam discordiam. Subijcit alius, lau-  
 do

do istam tuam me hercules & ipse constantiã, quod  
 furatis clanculo paribus præuenisti querimoniam,  
 quã diutissimè sustinens, tacitus ingemiscebam, ne  
 uiderer rapinæ sordidæ meum fratrem arguere. Sed  
 bene utrinq; seuis sermone prolato iacturæ remediũ  
 queritur, ne silentio procedens si multas Eteocleas  
 nobis contentiones pariat. His & similibus alterca-  
 ti conuicijs, deierant utrinq;, nullam se prorsus frau-  
 dem, nullam deniq; surreptionem factitasse. Sed pla-  
 nè debere cunctis artibus communis dispendij la-  
 tronem inquiri, nam neq; asinum, qui solus interes-  
 set, talibus cibus affici posse, & tamen quotidie pas-  
 stus electiles comparere nusquam. Nec utiq; cellam  
 suam, immanets inuolare murets, uel muscas, ut olim  
 Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapcis.  
 Interea liberalibus coenus inescatus, et humanis affa-  
 tim cibus saginatus, corpus obesa pinguitie comple-  
 ueram, corium aruina succulenta molliueram, pilum  
 liberali nitore nutriueram. Sed iste corporis mei de-  
 cor pudori peperit grande dedecus: insolita namq;  
 tergoris uasitate comoti, scœnum prorsus intactum  
 quotidie remanere cernentes, iam totos dirigunt ad  
 me omnes animos. Et hora consueta, uelut balnea pe-  
 tituri, clausis ex more foribus, per quandam modicã  
 cauernam rimantur me passim expositis epulis inha-  
 rentem

rentem. Nec ulla cura iam damni sui habita, mirati monstruosas asini delicias, risu maximo dirumpuntur. Vocatoq; & altero, ac dein pluribus conseruis, demonstrant infandam memoratu hebetis iumentu gulam. Tanti deniq;, ac tam liberalis cachinnus cum ctos inuaserat, ut ad aureis quoq; prætercuntis perueniret domini. Sciscitatus deniq;, quid bonum rideret familia, cognito quod res erat, ipse quoq; per idem prospiciens foramen, delectatur eximie. Ac dein risu ipse quoq; latissimo adusq; intestinorum dolorem redactus, iam patefacto cubiculo proximè consistens coram arbitratur. Nam & ego tandem ex aliqua parte mollius mihi renidentis fortunæ contemplatus faciem, gaudio presentiu, fiduciam mihi subministrante, nec tantillum commotus, securus esitabam, quoad nouitate spectaculi letus dominus ædium duceme iussit: imò uerò suis & ipse manibus ad triclinium perduxit, mensaq; posita omne genus edulium solidorum, & illibata fercula iussit apponi. At ego quanquam iam bellule suffarcinatus, gratiorem commendationemq; me tum ei facere cupiens, esurienter exhibitas escas appetebam. Nam & quid potissimum abhorreret asinus excogitantes scrupulose, ad explorandum mansuetudinem id offerebant mihi carnes lasere insectas, altilia pipere inspersa, pisces exotica iure persua

re per fusos. Interim conuiuium summo risu persona  
 bat. Quidam deniq; præsens scurrula: Date inquit  
 sodali huic quippiã meri, qd' dictũ domitus secutus:  
 Non adco (respondit) absurde locutus es furcifer,  
 ualde enim fieri potest, ut contubernalis noster pota  
 lum quoq; nulli libenter appetat. Et heus ait puer † HENUS  
 lautum diligenter ecce illum aureum cantharum mul  
 so contempera, & affer parasito meo, simul q; ei præ  
 biberim commoneto. Ingens enim oborta est epulonũ  
 expectatio, nec ulla tamen ego ratione cõterritus oci  
 osẽ, ac satis generaliter contorta in modum linguæ  
 extrema labia, grandissimum illum calicẽ uno hau  
 stu perhausi. Et clamor exurgit consona uocẽ, aucto  
 rum salute me prosequentiũ, magno deniq; delibut  
 us gaudio dominus, uocatis seruis suis, emptoribus  
 meis iubet quadruplum restitui precium. Neq; cui  
 dam accepitissimo liberto suo & satis peculiato, ma  
 gna præfatus diligentia tradidit, qui me satis huma  
 nẽ, satisq; comiter nutrebat. Et quo se patrono com  
 mendatorem faceret, studiosissime uoluptates eius  
 per meas argutias instruebat. Et primũ me quidẽ  
 mensam accumber e suffixo cubito, dein adluctari, &  
 etiam saltare sublatis prioribus pedibus perdoant,  
 quodq; esset apprimẽ mirabile, uerbis nutum cõmo  
 dare: ut quod nollem relato, quod uellẽ reiecto capi



te monstrarem Sitiensq; poallatore respecto, cilijs alterna connuens, bibere flagitarem. Atq; hæc omnia perfacile obediebam, quæ nullo etiã monstrante scilicet facerem: sed uerebar, ne si fortè sine magistro, humano ritu hoc æderem, pleriq; rati seuum præsignum portendere, uelut monstrum, ostentumq; me obrutum uulturij optimum pabulum redderet. Iamq; rumor publicè crebruerat, quo conspectum atq; famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum. Hic est qui sodalem, conuiuiamq; possidet luctantem asinum, saltantem asinum, uocæs humanas intelligentem, sensum nutibus exprimentem. Sed prius est, ut uobis, quod initio facere debueram, uel nunc saltem referã, quis iste, uel unde fuerit Thyasus, hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus, oriundus patria Corintho, quod caput est totius Achaie provincie, ut eius prosapia, atq; dignitas postulabat, gradatim permensis honoribus quinquennali magistratui fuerat destinatus, & ut splendori capeffendorum responderet fascium, manus gladiatorij triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat. Deniq; gloriæ publicæ studio, tunc Thessalia etiam accefferat, nobilissimas feras & famosos inde gladiatores comparaturus. Iamq; ex arbitrio dispositis, coemptisq; omnibus domuitionem parabat.

spectis

† unum  
Thyasus,

spretis luculentis illis suis uehicularis, ac posthabitis  
 decoris prædarum carpentis, quæ partim contacta,  
 partim reuelata frustra nouissimis traheremur, cõ  
 sequis, equis etiam Thesalicis, & alijs iumentis Gal  
 licanis, quibus generosa soboles perhibet præciosam  
 dignitatem, me phaleris aureis, & fucatis ephippijs  
 & purpureis tapetis, & frenis argenteis, & pictili  
 bus balthicis, & tintinnabulis perargutis exornatũ  
 ipse residens amantissime, nonnũquam commissimis  
 affatur sermonibus. Atq; inter alia pleraq; summẽ  
 se delectari profitebatur, quòd haberet in me simul  
 & conuiuiam & uectorem. At ubi partim terrestri  
 partim maritimo itinere confecto, Corinthum accessi  
 mus, magnæ ciuium turbe confluebant, ut mihi uide  
 batur, non tantum Thyasi dantes honori, quàm mei  
 conspectus cupientes, nam tanta etiam ibidem de me  
 fama peruaserat, ut nõ mediocri quæstui t̄ præposito  
 illi meo fuerim: qui cum multos uideret nimio fauore  
 lusus meos spectare gestientes, obserata fore, atq; sin  
 gulis eorum seorsus admissis, stipens acceptans nõ par  
 uas summulas diurnas corradere consueuerat. Fuit  
 in illo conuenticulo matrona quædam pollens, et op  
 pulens, quæ more cæterorum uisum meum mercata,  
 ac dehinc multiforbibus ludicris delectata, per am  
 mirationem assiduam, paulatim in ammirabilem mei

†proposi  
 to

nem incidit, nec ullam uesane libidini medelam capi-  
 ens ad instar asinariae Pasiphaës, complexus meos  
 †expete= ardentem †expectabat. Grandi deniq; premio cum  
 bat altore meo depacta est noctis unius concubitum. At  
 †nequaq; ille †nequam ut posset de me suaue prouenire, lucro  
 suo tantum contentus annuit. Iam deniq; cœnati è tri-  
 clinio domini decesseramus, & iam dudum præsto-  
 lantem cubiculo meo matronam offendimus. Dij boni  
 qualis ille, quanq; præclarus apparatus, quatuor eu-  
 nuchi confestim puluillis compluribus uentosè tumē-  
 †dedicata tibus, pluma †delicata terrestrē nobis cubitum præ-  
 struunt. Sed & stragula ueste auro, ac muryce Ty-  
 rio depicto probè consternunt. Ac desuper brœuib;us  
 admodum, sed satis copiosis puluillis alijs nimis mo-  
 dicis, quis maxillas & ceruicēs delicate mulieres sus-  
 fulcire consueuerunt, superstruunt: nec dominae uo-  
 †secessunt luptates diutina sua præsentia morati, clausis cubica-  
 li foribus †secessunt. At intus cerei præclara mican-  
 tes luce, nocturnas nobis tenebras malbabant. Tunc  
 ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine, tenia quoq; qua  
 decoras deuinxerat papillas, lumen propter adfistēs  
 de stagnæo uasculo multo sese perungit oleo balsa-  
 mo, meq; indidem largissimè perfriat, sed multò tan-  
 ta impensius cura etiā nareis perfundit meas. Tunc  
 exosculata

exosculata pressulè, non qualia in lupanari solent ba  
 siola iactari, uel meretricum poscinumma, uel <sup>†</sup> aduentum  
 aduentum negotinumma, sed pura atq; sincera: instruit  
 et blandissimòs affatus, amo et cupio, et te solum  
 diligo, et sine te iam uiuere nequeo, et cetera quis  
 mulieres et alios inducunt, et suas testantur affecti  
 ones. Capistroq; me depræhensum more quo didice  
 ram reclinat facile: quippe cum nil noui, nihilq; diffi  
 cile facturus mihi uiderer: præsertim post tantum tem  
 poris, tam formosæ mulieris cupientis amplexus obi  
 turus: nam et uino pulcherimo atq; copioso memet  
 madefeceram, et unguento fragrantissimo proluui  
 um libidinis suscitaram. Sed angebar planè, non ex  
 ili mœtu reputans, quemadmodum tantis, tanq; ma  
 gnis cruribus possem delicatam matronam inscen  
 dere, uel tam lucida, tanq; tenera, et lacte ac melle  
 confecta membra, duris unguis complecti, labiasq;  
 modicas, ambrosia rore purpurâtes tam amplo ore  
 tanq; enormi, et saxcis dentibus deformis sauari.  
 Nouissimè quo pacto, quanquam ex unguiculis per  
 pruriscens mulier, tam uastum genitale susciperet:  
 Heu me qui dirupta nobili scœmna, bestijs obiectus  
 munus instructurus sim mei domini. Molles inter dū  
 uoculas, et assidua sauias, et dulces gannitus, cū mor  
 sicantibus oculis interauerat illa, et in summa: Te



neo te inquit, teneo meum palumbulum, meum pascere  
 rem. Et cum dicto uanas fuisse cogitationes meas, in-  
 ceptumq; monstrat incertum: artissimè namq; cõplexa  
 tum me prorsus, sed totum recipit illa, uerò quonens  
 ei parcens nateis recollebam, accedens toties misera  
 bido, et spina præhendens meam, applicatione nexu  
 inhaerebat, ut Hercules etiam deesse mihi aliquid ad  
 suppleendam eius libidinem crederem. Nec Minotau-  
 ri matrem frustra delectatam putarem adultero mu-  
 giente. Iamq; operosa & peruigili nocte transacta  
 uitata lucis conscientia, facta mulier, condito pa-  
 ri noctis futuræ precio, ne grauatè magister meus  
 uoluptates ex eius arbitrio largiebatur, partim mer-  
 cedes amplissimas acceptando, partim nouum spec-  
 taculum domino præparando. Incontanter ei de-  
 niq; libidinis meæ totã detegit scenam. At ille libera-  
 to magnificè munerato destinat me spectaculo publi-  
 co, & quoniam neq; egregia illa uxor mea propter  
 dignitatem, neq; prorsus ulla alia inueniri poterat,  
 grandi premio uilis acquiritur aliqua sententia præ-  
 sidis bestijs addicta, quæ mecum in coram publicam  
 populi caueam frequentaret, eius penè talem con-  
 gnoueram fabulam. Maritum habuit, cuius pater per-  
 egrè proficiscens, mandauit uxori suæ, matri eiusdè  
 iuuenilis, quod enim sarcina prægnationis onerata  
 eam

eã relinquebat, ut si sexus sequioris ædidisset fœtus,  
 protinus quod esset æditum, necaretur. At illa præ  
 abſtinentia mariti, natam puellam inſita matribus pi  
 etati, præuenta deſcivit ab obſequio mariti, eã que  
 prodidit vicinis alummandam. Regreſſoq; iam mari  
 to, natam, necatq; nunciavit, ſed ubi ſos ætatis nu  
 ptialem uirgini diem ſtagitabat, nec ignaro marito  
 dotare filiam pro natalibus quibat, quod ſolum po  
 tuit, tantum ſecretum filio ſuo aperuit: nam & op  
 pidò uerebatur, ne quò caſu calor is iuuenilis impe  
 tu lapſus, neſciã ſororem incurreret. Sed pi  
 etatis ſpectata iuuenis, & matris obſequium, &  
 ſororis officiũ religioſè diſpenſat, & arcanis do  
 mus uenerabilis ſilentij cuſtodie tradidit, plebeiam  
 fide tenus præ tendens humanitatem, ſic neceſſari  
 um ſanguinis ſui munus aggreditur, ut deſolatam  
 uiuam puellam, parentumq; præſidio uiduata do  
 mus ſue tutela receptaret. At mox artiſſimo, mul  
 tumq; ſibi dilecto cõtubernali, largitus de proprio  
 dotem liberaliſſimè traderet. Sed hic bene atq; o  
 ptimè, plenãque cum ſanctimonia diſpoſita feralem  
 fortunæ nutum latere non potuerit, cuius inſtinctu  
 domum iuuenis protinus ſe direxit ſæua rivalitas, et  
 illi co hic cadem uxor eius, que nunc beſtijs, pro  
 pter hæc ipſa fuerat, addicta, cœpit puellam, uelut  
 emulam

† profectio

emulam thori, succubamq; primò suspicari, dehinc detestari, dehinc crudelissimis laqueis mortis insidiari. Tale deniq; cõmunicetur facinrus. Annulo marito surrepto, rus † profecta mittit quendam seruum sibi quidem fidelem, sed de ipsa fide pessimè merentè, qui puellæ nunciaret, quòd eam iuuenis profectus ad uillulam uocaret ad sese, addito, ut sola sine ullo comite, quàm maturissimè peueniret. Et ne qua fortè nasceretur ueniendi contatio, tradit anulum marito subtractum, qui monstratus, fidem uerbis ad stipularetur. At illa mādato fratris obsequēs: hæc enim nomen sola sciebat, respecto etiā signo eius quod offerebatur, gnauiter, ut præceptū fuerat incomitata festinat. Sed ubi fraudis extremæ lapsa decipula, laqueos insidiarum accessit. Tunc illa uxor egregia, sororè mariti libidinosæ tam furie stimulis efferata, primū quidem nudam flagris ultimè uerberat, dehinc quod res erat clamantem quoq; quòd frustra pellicatus indignatione bulliret, fratrisq; nomen sepius iterantem, uelut mentitam, atq; cuncta fingentem titione candenti inter media fœmina detruso, crudelissimè necauit. Tūc acerbe mortis exciti nuncijs frater & maritus accurrunt, uarijsq; lamentationibus desletam puellam tradunt sepulturæ. Nec iuuenis sororis suæ mortem tam miseram,

Et quæ minimè, ut par erat illata est, æquo tollerare  
 quivit animo, sed medullius dolore cõmotus, accr  
 rimæq; bilis noxio furore perfusus, exim flagrantissi  
 mis febribus ardebat, ut ipsi quoq; iam medela uide  
 retur esse necessaria. Sed uxor quæ iam pridem no  
 men uxoris cum fide perdidit, medicum conuenit  
 quendam notæ perfidiæ, qui iam multarum palma  
 rum spectatus prælijs, magna dextræ suæ trophæa  
 numerabat, eiq; protinus quinquaginta semartia, ut  
 ille quidem momentarium nenenum uenderet, illa  
 autem emeret mariti sui mortem. Quo conspectu si  
 mulatur necessaria præcordijs leniendis, biliq; sub  
 trahendæ illa prænobilis potio, quam sacram do  
 ctiores nominant. Sed in eius uice subditur alia Pro  
 serpinæ sacra saluti. tamq; præsentem familiam et inde  
 nonnullis amicis et affinibus, ægroto medicus pocu  
 lum probè temperatum manu sua porrigebat. Sed  
 audax illa mulier, ut simul et consciū sceleris amo  
 liretur, quæ desponderat pecuniã, lucraretur, corã  
 detento calice: Non prius inquit medicorũ optime,  
 non prius carissimo mihi marito trades istam potio  
 nem, quàm de ea bonã partem hauseris ipse. Vnde  
 enim scio, an noxium in ea lateat uenenum, quæ res  
 utiq; te tam prudentem, tamq; doctum uirũ nequa  
 quã offendit, si religiosa uxor circa salutẽ mariti so

Sacra po  
ne



liata necessariam affero pietatem. Quam mira despe-  
 ratione truculentæ fœminæ repente perturbatur  
 medicus, excussusq; toto consilio, & ob angustiam  
 temporis spacio cogitandi priuatus, antequàm tre-  
 pidatione aliqua uel contatione ipsa daret malè con-  
 † gustant scientiæ suspicionem, indidem de potione r gustat  
 ampliter. Quam finem secutus adolescens, etiam  
 sumpto calice quod offerebatur hausit. Ad istum mo-  
 dum præsentis transacto negotio, medicus quàm ce-  
 lerrimè domum remeabat, salutifera potione pe-  
 stem præcedentis ueneni si sinans extinguere. Nec  
 eum obstinatione sacrilega, qua semel cœperat, tru-  
 culenta mulier ungue latius à se discedere passâ est.  
 Prius quàm inquit digesta potione, medicinæ euen-  
 tus probatus appareat. Sed ægrè præabus & ob-  
 stinationibus eius, multum ac diu fatigata, tandem  
 abire concessit. Interim perniciem cœcam totis uiscæ-  
 ribus furentem, medullæ penitus attraxerant: mul-  
 tum deniq; sauius & grauedine somnolenta iam  
 demersus, domum peruadit ægerrimè. Vixq; enar-  
 ratis cunctis ad uxorem, mandat saltem promissam  
 mercedem mortis geminatæ deposceret. Sicq; elusus  
 uiolenter spectatissimus medicus effudit spiritum.  
 Nec ille tamen iuuenis diutius uitam tenuerat, sed  
 interfictas, mentitasq; lacrymas uxoris, pari casu  
 mortis

mortis fuerat extinctus. Jamq; co sepulto, paucis in  
 teriectis diebus, quis feralia mortuis litantur obse=  
 quia, medici uxor precium geminae mortis petens  
 aderat. sed mulier, usquequaq; sui similis, fidei su=  
 primens faciem, prætendens imaginem blandiculæ  
 respondit, & omnia prolyxè, accumulataq; pol=  
 licetur, & statutum præmium sine mora se redditu=  
 ra constituit, modò paucillum de ea portione largiri  
 sibi uellet, ad incepti negocij persecutionem. Quod  
 pluribus laqueis fraudum pessimarum, uxor indu=  
 cta medici, facile consensit: & quo se gratiorem lo=  
 cupleti sceminae faceret, properiter domo petita,  
 totam prorsus ueneni pyxidem mulieri tradidit.  
 Que grandem scelerum nacta materiam, longè, la=  
 teq; cruentas suas manus porrigit. Habebat filiam  
 paruulam de marito quem nuper necauerat, huic  
 infantule, quod leges necessariam patris successio=  
 nem deferrent, sustinebat ægerrimè, inhiansq; toto  
 filiae patrimonio imminebat. Et <sup>†</sup>captu ergo cer=<sup>†</sup>capiti  
 ta defunctorum liberorum matres sceleratas heredi=  
 tates exape, talem parentem præbuit, qualem habu=  
 erat uxorem. Prandioq; commento pro tempore  
 etiam uxorem mediã simul & suam filiam ueneno  
 eodem percutit. Sed paruula quidem tenuem spi=  
 ritum, & delicata ac tenera præcordia cõficiit pro

tinus uirus infestum. At uxor mediâ, dum noxis am-  
 bagibus pulmones eius pererrat tempestas detesta-  
 bilis potionis, primû n̄ suspicata, quod res erat, mox  
 urgētē spiritu, iam certò certior cōtendit ad ipsam  
 præsidis domû, magnoq; fidem eius protestata cla-  
 more, & populi cōcitato tumultu, ut poterat imma-  
 nia detectura flagitia, effiat statim sibi simul & do-  
 mus & aures præsidis patierent. iamq; ab ipso  
 exordio, crudeliſsimæ mulieris cunctis atrocitati-  
 bus diligenter expositis, repente mētis nubilo turbi-  
 ne correpta, semibiâtes adhuc cōpreſſit labias, &  
 attritu dentiû lōgo stridore reddito, ante ipsos præ-  
 sidis pedes exanimis corruit. Nec ille uir alioquin  
 exeratus, tã multiforme fãrius execratæ ueneficæ,  
 dilatione languida passus maræſcere. Conſeſſim ubi  
 calarijs mulier attractis, ui tormentorû ueritatē eru-  
 it, atq; illam minus quidē quã merebatur, sed quod  
 dignus cruciatus alius excogitari nō poterat, certè  
 bestijs obijciendam pronūciavit. Talis mulieris pu-  
 blicitus matrimonium confarraturus, ingentiq; angore  
 oppidò suspensus, expectabam diem muneris se-  
 pius quidem in moetu mortē mihi uolens conſciſcere,  
 priusquã scelerosæ mulieris contagio macularer, uel  
 ſima publici ſpectaculi depudescerem. Sed prius-  
 tus humina manu, priuatus digitis, ungula rotun-

da, atq; mutula gladium stringere nequaquam poterat. Plane tenui specula solabar clades ultimas, quod uer in ipso ortu iam gemulis floridis cuncta defingeret, & iam purpureo nitore prata uestiret, & commodum dirupto spinco tegmine, spirantes cinnameos odores pronucaret rosae, quae me priori meo Lucio redderet. Dies ex muneri destinatus aderat, ad compositum cauae, prosequente populo pompatico fauore deducor. Ac dum ludicris scaenicorum choreis, primitiae spectaculi dedicantur, tantis per ante portam constitutis, pabulum laetissimi graminis, quod in ipso germinabat aditu, libens affectabam. Subinde curiosos oculos patente porta spectaculi, prospectu grauisimo reficiens: nam puelli, puellaeque uerenti florentes etatula, forma conspicui, ueste nitidi, incessu gestuosi, Graecanicam saltantes Pyrrhicam, dispositis ordinationibus, decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam serie compositi, & in quadratum patorem cuneati, & in caeterae dissidium separati. At ubi discursus reciproci multinodes ambages tubae terminalis catus explicuit, aluco subducto, & complicitis syparijs scaena disponitur. Erat mons ligneus ad instar inelyti montis illius quem uates Homerus Ideum cecinit, sublimi instructus fabula, conscitus uiretis,



Quibus arboribus, summo cacumine de manibus fa-  
 bri fonte manante fluminalis aquas eliquans. Capellæ  
 paucule tondebant herbulas. Et in modum Paridis  
 Phrygij pastoris in barbariis amiculis humeris de-  
 fluentibus pulchrè indusiatus adolescens aurea ti-  
 ara contecto capite, pecuarium simulabat magiste-  
 rium. Adest luculentus puer, nisi quòd ephēb. ca chla-  
 myda sinistrum tegebat humerum, flauis crinibus  
 usquequaq; conspicuus. Et inter comas eius aureæ  
 †soatæ pinnule cognatione simili † societate prominebant,  
 quem caduceum, & uirgula Mercurium indicabāt.  
 Is saltatorie procurrens, malūque bracteis inau-  
 ratum dextra gerens, ei qui Paris uidebatur por-  
 rigit, que mandaret Iupiter, nutu significans. Et  
 protinus gradu atulè referens, è conspectu facēs-  
 sit. Insequitur puella uuliu honesta, in deæ Iuno-  
 nis † speciem similis: nam caput stringebat diadema  
 †specie candida, ferebat & scēptrū. Irrupuit alia, quam  
 putares Mineruam, caput contecta fulgenti galea,  
 & oleagina corona tegebatur ipsa galea, clypeum  
 attollens, & hastam quatiens, & qualis illa cum pu-  
 gnat. Super has introcessit alia uisendo decore præ-  
 pollens gratia, coloris ambrosiei, designans Vene-  
 rem, qualis fuit Venus, cum fuit uirgo, nudo & inte-  
 cto corpore, perfectam formositatem professā, nisi  
 quòd

quod tenui pallio bombicino inumbrabat spectabilem pubem: quam quidem laciniam curiosulus uentus, satis amanter, nunc lasciuēs reflat, ut dimota pateret flos etatule: nunc luxurians aspirabat, ut ad hærens præfulē, membrorum uoluptatem graphicè laciniaret. Ipse autem color deæ uisus in speciē, corpus candidum, quod cælo debeat, amictus cæruleus, quod mari remeat. Iam singulas uirgines, quæ deæ putabantur sui obibant comites: Iunonem quidē Castor & Pollux, quorum capita, casides orbata stellarum apicibus insignes contegebant. Sed & isti Castores erant scænici pueri, hæc puella uarios modulos lasciuia continente tibia procedens, quieta & inassætata gestulatione, nutibus honestis pastori pollicetur, si sibi præmium decoris addixisset, sese regnum totius Asiæ tributuram. At illam quam cultus armorum Mineruam fecerat, duo pueri muniebant præliaris deæ comites armigeri: Terror & Mætus, nudis insultantes gladijs. At ponē tergum tibicen horum canebat bellicosum. Et permiscens bombis grauibus timitus acutos, in modum tubæ saltationis <sup>†</sup> suscitabat <sup>†</sup> uigorem <sup>†</sup> scitebat. Hæc inquieto capite, & oculis inspectu minacibus, atato & intorto genere gestulatione alacri demonstrabat Paridi, si sibi formæ uictoriam tradidisset, fortem tropheisq; bellorū inclutum

clytum suis ammiculis futurū. Venus cœ, cum ma-  
 gno fauore cauce in ipso meditullio scœne circumfū-  
 so populo, letissimorum paruulorū dulcē subridēs  
 constitit amœnē. Illos teretes & lacteos puellos dicē-  
 res tu Cupidines ueros de cœlo uel mari commodum  
 inuolasse. Nam & pinnulis & sagittulis & habitu  
 cetero formæ præclaræ congruebant, & uelut nu-  
 ptialis epulas obituræ dominæ, coruscis prælucebāt  
 facibus, & influunt innuptarum puellarum decoræ  
 soboles. Hinc Gratiaë gratissimæ, inde Horæ pulcher-  
 rimæ, qua iaculis floris ferti & soluti deam suā pro-  
 pitiantes, scitissimum construxerunt chorum domi-  
 næ uoluptatum ueris coma blandientes. Iam tibiæ  
 multiformabiles cantus Lydicos dulciter consonant,  
 quibus spectatorum pectora suaue mulcentibus lon-  
 gē suauior Venus placidē commoueri, cunctatūq; lē-  
 ta uestigio & leuiter perfluctuātes pinnulas, & sen-  
 sim annutante capite coepit incedere, molliq; tibia-  
 rum sono delicatus respondere gestibus. & nunc mi-  
 te conuiuentibus, nunc acre comminantibus gestire  
 pupulis, & nonnumquā saltare solis oculis. Hæc ut  
 primum ante iudicis conspectum facta est, nisi bra-  
 chiorum polliceri uidebatur, si fuisset deabus cæte-  
 ris antelata, daturam se nuptam Paridi forma præ-  
 cipuam suiq; consimilem. Tunc animo uolenti Phry-  
 gius

gius iuuenis malum, quod tenebat, aurcum uelut ui  
 storie calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini  
 uilissima capita, imò forensia pecora, imò uerò toga  
 ti uulturij, si toti nunc iudicis sententias suas precio  
 nundinantur, cum rerum exordio, inter <sup>†</sup> deum & <sup>†</sup> forte de  
 homines agitatam iudicium, corrumpit gratia & ori- os  
 ginalem sententiam magni Iouis consilijs, electus  
 iudex rusticanus, & opilio lucro libidinis uēdiderit,  
 cum totius etiam suæ serpis exitio. Sic Hercules &  
 aliud sequēs iudicium inter inchyros Achiuorum da  
 æs celebratum, uel cum falsis insimulationibus, eru-  
 ditione, doctrinaq; præpollens Palamedes proditione  
 nis damnatur, uel uirtute Martia præpotenti præ-  
 fertur Vlysses modicus Aiaci maximo. Quale autem  
 & illud iudicium apud legiferos Athenienses, & Ca  
 to filios & omnis scientiæ magistros? Nōne diuinæ  
 prudentiæ senex, quem sapiētia prætulit cūctis mor  
 talibus deus Delphicus, si aude et inuidia nequissime  
 factiōnis circumuentus, uelut corruptor adolescētiae  
 quam frenus coërcebat, herbæ pestilentis succo no-  
 xio peremptus est, relinquēs ciuibus ignominiae per  
 petuæ maculam? Cum nunc etiā egregij philosophi  
 sectam eius sanctissimam præoptent, & summo bea  
 titudinis studio iurent in ipsius nomē. Sed ne quis in  
 dignationis meæ reprehendat impetū secum, sic re-  
 putas



putat, eæ nunc patiemur philosophantem nobis asinum, rursus unde discessi reuertar ad fabulam. Postquam finitum est illud Paridis iudicium, Iuno quidẽ cum Minerua tristes et iratis similes, scena redeunt, indignationem repulsæ gestibus professæ. Venus uero gaudens et hilaris læticiã saltando toto cum choro professæ est. Tunc de summo môtis cacumine per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit

**Timo** Tima croco diluta, sparsimq; defluens pascentis circa apellas odoro perpluit hymbre, donec in meliorem maculatæ speciem canidẽ propriã luteo colore mutarentur. Iamq; tota suauẽ fragrantẽ cauea, montem illum ligneum terræ uorago decerpit. Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit cursum, petiturus, populo iam populante, illam de publico carcere mulierem, quam dixit propter multiforme sælus, bestiis esse damnatam, meisq; præclaris nuptijs destinatam. Et thorus genialis scilicet noster futurus accuratissimè desternebatur, lectus Indica testudine perlucidus, plumca congerie tumidus, ueste serica floridus. At ego præter pudorem obscundi publicè concubitus, præter contagium sælestæ, polutæq; scemina, mœtu etiam mortis cruciabar maximè. Sic ipse mecum reputans, quod in amplexu uenero scilicet nobis coherentibus, quæcumq; ad exitium mulieris bestia fuerit

isset

iſſet immiſſa, non adeò, uel prudentia ſolers, uel arti-  
 ficio docta, uel abſtinētia frugi, poſſet prouenire, ad  
 iacentem lateri meo lacrarēt mulierem: mihi uerò  
 quaſi indemnato et innoxio parāret. Ergo igitur nō  
 de pudore iam, ſed de ſalute ipſa ſollicitus, dum magi-  
 ſter meus lectulo probè coaptando diſtrictus inſer-  
 uit, & tota familia partim miniſterio uenationis oc-  
 cupata, partim uoluptario ſpectaculo attonita, meis  
 cogitationibus liberum tribuebatur arbitrium. Nec  
 magnopere quiſquam cuſtodiendum tam manſue-  
 tum putabat aſinum, paulatim furtiuum pedem pro-  
 ferens porta, quæ proxima eſt potius, iam curſu me cē-  
 lerrimo proripio. Sexq; totis paſſuum milibus per-  
 niciter conſectis, Cenchras peruado, quod oppidum  
 audient quidem nobiliſſimæ coloniæ Corinthienſi-  
 um, adluitur autem Aegeo & Saronico mari, ubi  
 portus etiam tutiſſimum nauium receptaculum ma-  
 gno frequentatur populo. Vitatis ergo turbulis &  
 electo ſecreto littore, prope ipſas fluctuum aſpergi-  
 nes, in quodam moliffimo harenæ gremio, laſſum  
 corpus porrectus reſoueo. Nam & ultimam  
 diei metam, curriaculum ſolis deſce-  
 xerat, & ueſpertinae me qui  
 eti traditum dulcis  
 ſomnus op  
 preſit.

L. APV-  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO-  
NICI, DE ASINO AV-  
REO LIBER  
VNDECIMVS.



Circa primam ferme noctis uigiliam  
 experrectus pauore subito, uideo  
 praeuicantis Lunae candore nimio  
 completum orbem, commodum ma-  
 rinis emergentē fluctibus. Nactusq;  
 opacae noctis silentiosa secreta, certus etiam summa-  
 tem deam praecipua maiestate pollere, resq; prorsus  
 humanas, ipsius regi prouidentia nec tantum pecu-  
 † iamiam in aeterna serena, uerum † inanima etiā diuino eius lumi-  
 nis, numinisq; nutu uegetari. Ipsa etiā corpora ter-  
 ra, caelo, mariq; nunc incrementis cōsequenter auge-  
 ri, nunc decrementis obsequēter imminui. Fa to scilicet  
 et iam meis, tot, tantisq; cladibus faciatis, et † spem sa-  
 † specie lutis, licet tardam subministrante, augustum speamē  
 deae praesentis statui deprecari. Confestimq; discessa  
 pigra quiete alacer exurgo, meq; protinus purifican-  
 di studio, marino lauacro trado, septies submerso flu-  
 ctibus

tibus capite, quod eum numerum præcipue religioni  
 aptissimum, diuinus ille Pythagoras prodidit, letus  
 & alacer, deam præpotentem lachrymoso vultu sic  
 apprecabar; Regina cæli, siue tu Ceres alma frugum  
 prætres originalis, quæ repertu letata filie, uetuste glâ  
 dis serino remoto pabulo, miti commonstrata cibo,  
 nunc Eleusinam glebam percolis, seu tu cælestis Ve-  
 nus, quæ primis rerum exordijs, sexuum diuersitatē  
 generato amore sociasti, & æterna sobole humano ge-  
 nere propagato, nunc circumfluo Paphi sacrario co-  
 leris, seu Phœbi soror, quæ partu ferarum medelis  
 lementibus recreato populos tantos educaſti, præcla-  
 risq; nunc ueneraris delubris Ephesi, seu nocturnus  
 ululatus horrenda Proserpina: triformi facie lar-  
 ualeis impetus comprimēs, terræq; claustra cohibēs  
 lucos diuersos inerrās, uario cultu ppitiaris, ista luce  
 foeminea cōluſtrans cūcta incœna, & nudis ignibus  
 nutriens leta femina, & solis ambagibus dispensas  
 incerta lumina. Quóquo nomine, quóquo ritu, quaq;  
 facie, te fas est inuocare, tu meis iam nunc extremis  
 ærumnis subsiste, tu fortunã collapsam affirma, tu se-  
 uis exanclatis casibus pausam, pacēq; tribue, sit satis  
 laborū sit satis periculorū. Depelle quadrupedis di-  
 rã faciē: recde me cōspectui meorū, recde me meo Lu-  
 cio. Ac si quod offensum numē inexorabili me seuitia



premit, mori saltem liceat, si non licet uiuere. Ad istū  
 modum fisis precibus, & adstructis lamentationi-  
 bus, rursus mihi marcentem animum, in eodem illo  
 † *compe* cubili sopor circumfusus oppressit, nec dum satis † *cō*  
 † *rā* uelcon presseram, & ecce pelago medio uenerādos dijs &  
 † *soperam* uultus atcollēs, emergit diuina facies. At de hinc pau-  
 latim toto corpore periculum simulachrum excusso  
 pelago ante me cōstitisse uisum est. Eius mirandā spe-  
 ciem ad uos etiam referre conntar, si tamen mihi  
 differendi tribuerit facultatem paupertas oris hu-  
 mani: uel ipsum numen eius dapabilem copiam elo-  
 quutilis facundie subministrauerit. Iam primum cri-  
 nes uberrimi, prolixiq; & sensim intorti per diuina  
 colla passim dispersi, molliter defluebāt. Corona mul-  
 tiiformis, uarijs floribus sublimem distinxerat uerti-  
 cem, cuius media quidem super frontem plana rotun-  
 ditas in modum speculi, uel imo argumentum lune  
 candidum lumen emicabat. Dextra, leuaq; sulcis in-  
 surgentium uiperarum, cohibita spicis etiam cereali-  
 bus desuper porrectis, multicolor bisso tenui pertex-  
 ta, nunc albo candore lucida: nūc croceo flore lutea  
 nunc rosco rubore flammida, & quæ longē, longēq;  
 etiam meum consutabat obtutum, palla nigerrima  
 splendescens atro nitore, quæ circum circa remeās,  
 & sub dextrum latus ad humerum leuam recurrēs,  
 umbonīs

umbonis uicē deiecta parte laciniæ multipli conti-  
 bulatione dependula. Ad ultimas oras, modulis fim-  
 briarum decoriter cōfluctuabat, per intextā extre-  
 mitatem, & in ipsa eius planicie stellæ dispersæ co-  
 ruscabant, earumq; media semestris luna flammeos  
 spirabat ignes, quanquā tamē insignis illius pallæ  
 perfluebat ambitus indiuiduo nexu corona, totis flo-  
 ribus, totisq; construata pomis, adhercbat iam gesta-  
 mina, longē diuersa: nam dextra quidem ferebat æ-  
 reum crepitaculum, cuius per angustam laminam in-  
 modum baltei recuruatam, traiectæ mediæ pauca  
 uirgulæ, crispantæ brachio trigminos iactus redde-  
 bant argutum sonum. Luce uerò cymbium depen-  
 debat aureum, cuius ansulæ, qua parte cōspiciua est,  
 insurgebat, aspis caput extollens arduum, ceruici-  
 bus latē tumescentibus. Pedes ambrosios tegebant  
 soleum, palmæ uictricis folijs intextæ. Talis actanta  
 spirans Arabiæ foelicis germina, diuina me uoce di-  
 gnata est: En adsum tuis cōmota Luci precibus rerū  
 natura parēs, elementorū omnium domina, saculo-  
 rum progenies inicialis, summa numinū, regina ma-  
 nium, prima cælitū decorū, dearumq; facies unifor-  
 mis: quæ celi luminosa culmina, maris salubria fla-  
 mina, inferum deplorata silentia, nutibus meis dispē-  
 so, cuius numen unicum multiformi specie, ritu us-

rio nomine multijugo, totus ueneratur orbis. Inde  
 primigeni Phryges Pessinunticā nomināt domini ma-  
 trē: hinc autochthones Atticā Cecropeiā Mineruā, il-  
 lic fluctuātes Cypriū Paphiā Venerē: Cretes sagitti-  
 feri Dictynā Dianā. Siculi trilingues Stygiā Proser-  
 pinā: nam Eleusini uetustam deam Cererē, Amonē  
 alij, alij Bellonā, alij Hecatē. Rhamnusiā alij, &  
 † forte qui nascentis † dei solis inchoantibus illustrātur ra-  
 dici dijs Aethiopes, Arijque: priscaque doctrina pollētes Ae-  
 gyptij, ceremonijs me proprijs percolētes: appellāt  
 uerō nomine reginā Isidem. Adsum tuos miserata  
 casus, adsum fauens & propitia. Mitte iam fletus, et  
 lamentationes omitte, depelle mœrorē. Iam tibi pro-  
 uidentia mea, illucescit dies salutaris. Ergo igitur im-  
 perijs istis meis animum intende sollicitū. Diem, qui  
 dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupauit  
 religio, quo sedatis hybernis tempestatibus, & leni-  
 tis maris procello sis fluctibus, nauigabili iam pelago  
 rudem dedicantes carinā primitias cōmeatus libāt  
 mei sacerdotes. Id sacrū, nec sollicita, nec prophana  
 mente debetis opperiri. Nam meo monitu sacerdos  
 in ipso procinctu pompæ roseam manu dextra, si-  
 nistra coherentē gestabit coronā. Incontāter ergo di-  
 motis turbulis, a lacer continuare pompam meam,  
 uolentia fretus, & de proximo clemēter, uelut ma-

num sacerdotis osculabundus rosis decerptis, pes-  
 sine, mihiq; detestabilis iam dudum beluae istius co-  
 rio te protinus exuo. Nec quicquam verum mearum  
 reformides, ut arduum. Nam hoc eodem momento,  
 quo ubi uenio, simul & tibi presens, que sunt con-  
 sequentia sacerdoti meo per quietem facienda pre-  
 cipio, meo iussu tibi constricti comitatus decedent  
 populi. Nec inter hilares cerimonias, & festiua spe-  
 ctacula, quisquam deformem istam (quam geris) fa-  
 ciem perhorrescet, uel figuram tuam, repente mu-  
 tatum sequius interpretatus aliquis maligne crimina-  
 bitur. Plane meminervis, & penitus mente conditum  
 semper tenebis, mihi reliqua uite tue curricula ad  
 usque terminos ultimi spiritus uadata. Nec iniuriam  
 cuius beneficio redieris ad homines, ei totum de-  
 bere, quod uiues. Viues autem beatus, † uiues in † uiuerso  
 mea tutela gloriosus, & cum spatium seculi tui per-  
 mensus ad inferos demearis, ibi quoq; in ipso subter-  
 raneo semicrotundo, me quam uides Acherontis te-  
 nebris interlucente, Stygijsq; penetralibus regnan-  
 tem, campos Elisios incolens ipse, tibi propicia fre-  
 quens adorabis. Quod, si sedulis obsequijs & religio-  
 sis ministerijs, & tenacibus castimonijs nume nostrum  
 promerueris, scies ultra statuta fato tuo spatia, uitam  
 quoq; tibi prorogare mihi tantum licere. Sic oraculi



uenerabilis sine prologo, numen inuictū in se recessit. Nec mora cum somno proinus absolutus, pauore & gaudio, ac dein sudore nimio promixtus exurgo, summeq; iuratus deæ potentis tam clarâ præsentiam, marino rore respersus, magnisq; imperijs eius intentus, monitionis eius ordinē recolebā. Nec mora cū noctis atræ fugato nubilo, sol exurgit aureus, & ecce discursu religioso ac profusus triumphali, turbula complent totas plateas, tantaq; hilaritudine præter peculiarem meam gestire mihi cuncta uidebantur, ut pecua etiam huiuscemodi, & totas domos, & ipsum diem serena facie gaudere sentirem. Nam & primam pridianam dies apricus ac placidus repente fuerat insecutus, ut canoræ etiam auiculæ prolectante uerno uapore concentus suaues adsonarent, matrem siderum, parentem temporum, orbisq; totius dominam blando mulcentes affamine. Quid quòd arbores, etiam quæ pomifera sobole fecundæ, quæq; earum tantum umbra conterte, & steriles austrinis laxatæ flatibus, germine foliorum renidentes, clementi motu, brachiorum dulces strepitus obsibilabant, magnoq; procellarum sedato fragore, ac turbido fluctuum tumore posito mare quietas alluuias temperabat. Cælum autē nubilosa caligine disiecta, nudo sudoreque luminis proprii

prij splendore candebat. Ecce pompæ magnæ paulatim præcedunt anteludia, uocibus cuiusq; studijs exornata pulcherrimè. Hic incinctus baltheo militè gerebat, illum succinæum chlamyde crepidæ & uenabula uenatorem ficerant. Alius foccis obauratis indutus serica ueste, mundoq; precioso, & ad textis capite crinibus, incessu per suo sæminam mentiebatur. Porro alium ocreis, scuto, gælea, ferroq; insignem è ludo putares gladiatorio procedere, nec ille deerat, qui magistratum fascibus purpurâq; lude ret. Nec qui pallio, baculoque & baxeis & hircino barbicio philosophum fingeret. Nec qui diuersis harundinibus, alter aucupem cum † uisco, alter piscatorè cum bamo indueret. Vidi & ursam mansuem, quæ cultu matronali sella uehebatur, & simiam pileo textili, † crococijsq; Phrygijs catamiti pastoris specie, aurcum gestantem poculum, & asinum pinnis adglutinatis ad ambulantes cuidam seni debili, ut illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres Pegasus, tamen rideres utrumq;. Inter has obligationes ludicras popularium quæ passim uagabantur, iam hospitaticis deæ peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes amucimine, uario letantes gestamine, uerno florentes coronamine, quæ de gremio per uiam qua sacer

† fisco  
† crocotis

T 5      incedebat

incedebat comitatus, solū sternebant flosculis. Aliēq;  
 nitentibus speculis ponē tergum reuersus, ueniētē  
 de e obuium cōmonstrarent obsequium. Et, quæ pe-  
 ctines eburneos ferentes, gestu brachiorum, flexuq;  
 digitorum ornatum atq; obpexum crinium relegali-  
 um fingerent, illæ etiā quæ ceteris unguentis & ge-  
 niali balsamo guttatim excusso conspergebāt plateas  
 Magnus præterea sexus utriusq; numerus lucer-  
 nis, tedis, cereis, & alio genere ficti luminis syderū  
 celestium stirpem propiaantes. Symphonæ dehinc  
 suasus fistulæ, tibiæq; modulis dulcissimis persona-  
 bant, eas amœnus lectissimæ iuuentutis ueste niuea  
 & cataclista prænitens sequebatur chorus, carmen  
 uenustum iterantes, quod Camœnarum fauore so-  
 lers poëta modulatus edixerat, quod argumētum  
 referebat. Interim maiorum antecantamenta uoto-  
 rum. Ibant & dicati magno Serapi tibicines, qui  
 per obliquum salamum ad aurem porrectum dexte-  
 ram, familiarem templi deniq; modulum frequen-  
 tarent. Et pleriq; qui facilem sacris uiam dari prædi-  
 carent. Tunc influūt turbæ sacris diuinis iniariate,  
 uiri, foemineq; omnis dignitatis & omnis ætatis lin-  
 teæ uestis candore puro luminosi, illelympido te-  
 gmine crines madidos obuolutæ. Hi capillum des-  
 rasi funditus uertice prænitētes magnæ religionis  
 terrena

terrena sydera æreis & argenteis, imò uerò aureis  
 etiam fistris argutum tinnitum constrepentes. Et  
 antistes sacrorum proceres illi, qui candido lintea=  
 mine cinctum pectoralem adusq; uestigia strictum  
 iniecti potenti; imorum † domini proferebant in= † deum  
 signis exuias. Quorum primus lucernam præmi=  
 cantem porrigebat, lumē non adeò nostris illis con=  
 similem, quæ uespertinas illuminant epulas, sed au=  
 reum cymbium in medio sui † patore flammulam † pectore  
 suscitās largiorem. Secundus uestitu quidem simi=  
 lis, sed manibus ambabus gerebat altaria, id est au=  
 xilia, quibus nomen dedit proprium, deæ summa=  
 tis auxiliariis prouidentiam. Ibat tertius attollens  
 palmam, auro subtiliter foliatam. Necnon Mercu=  
 riales etiam caduccum, quartus æquitatis ostende=  
 bat indicium, deformatam manum sinistram, porre=  
 cta palmula, quæ genuina pigritia, nulla caliditate  
 nulla solertia prædita, uidebatur æquitati magis a=  
 ptior quàm dextra. Idem gerebat & aureum uascu=  
 lum in modum papillæ rotundatum, de quo lacte li=  
 babat. Quintus auream uannū aurcis congestam ra=  
 mulis, & alius ferebat amphorā. Nec mora cū dei  
 dignati pedibus humanis incedere prodeunt, hic  
 horrendū, ille superū cōmeator et inferū, nunc atra  
 nūc aurca facie sublimis, attollēs canis ceruices ar=  
 duas



duas Anubis, leua caduceum gerens, dextra palmã  
 uirentem quatiens, cuius uestigium continuum seque  
 batur bos in rectum leuata statum, bos omnia paren  
 tis deæ fœcundum simulachrum, quod residens hu  
 meris suis proferebat unus è ministro beato gressu  
 gestuoso Ferebatur ab alio cista secretorum capax,  
 penitus celans operta magnificæ religionis. Gere  
 bat alius felici suo gremio summi sui numinus uene  
 randam effigiem. Ac ne hominis quidem, non pec  
 coris, non auis, non feræ ipsius consimile. Sed so  
 lertis trepenti etiam ipsa nouitate, reuerendam al  
 tioris utcunq; & magno silentio t̄tegente religio  
 nis argumentum ineffabile sed ad istum planè mo  
 dum fulgente auro figuratum. Vrula faberrimè  
 cauata fundo quàm rotundo, miris extrinsecus si  
 mulachris Aegyptiorũ effigiata, eius orificium, non  
 altiusculè leuatum, in canalem porrectum longo  
 riuulo prominebat. Ex alia parte uerò multum re  
 cedēs spaciostat̄ dilatione adharebat ansa, quã con  
 torto nodulo superscdebat aspis, squameæ ceruicis  
 stricto tumore sublimis. Et ecce præsentissimũ nu  
 minis promissa nobis accedūt beneficia & fata, salu  
 temque ipsam meam gerens sacerdos appro  
 quinquat ad ipsum præscriptum diuinæ promissi  
 onis ornatũ, dextra profrens sinistrũ deæ coronã,  
 mihi

mihi etiam Hercules coronam consequenter, quod  
 tot ac tantis exanclatis laboribus, tot emerfis pericu-  
 lis deæ maximæ providentiæ adluctantem mihi sæuis-  
 simam fortunam superare. Nec tamen gaudio sub-  
 itario cōmotus inclementi me cursu proripui, uerēs  
 salicet ne repentino quadrupedis impetu religionis  
 quietus turbaretur ordo: sed placido ac prorsus hu-  
 mano gradu conctabundus paulatim obliquato cor-  
 pore sanè diuinitus decedente populo, sensim irre-  
 po. At sacerdos (ut t'reapse cognoscere potui) noctur-  
 ni commune factus oraculi, miratusq; congruentiam  
 mandati muneris, confestim restitit, et ultro porrecta  
 dextra ob os ipsum meum coronam exhibuit. Tunc  
 ego trepidans assiduo pulso micanti corde, coronam  
 quæ rosas amœnis intexta fulgurabat auido ore su-  
 scepam, cupidus cupidissimè deuorauit, nec me se fecit  
 celeste promissum. Protinus mihi delabatur de for-  
 mis & serina facies, ac primo quidem squallens pilus  
 defluit, ac dehinc cutis crassa tenuatur, uenter obe-  
 sus residet, pedum plantæ per ungulas in digitos  
 exeunt: manus non iam pedes sunt, sed in erecta por-  
 riguntur officina, ceruix procera cohibetur, os & ca-  
 put rotundatur, aures enormes repetunt paruitatē  
 pristinam, dentes saxei redeunt, ad humanam manu-  
 ciam, & quæ potissimum cruciabat ante cauda, nus-  
 quam

quam comparuit. Populi mirantur, religiosi uenerantur tam euidentem maximi numinis potentiam, & consimilem nocturnis imaginibus magnificentiam, & facilitatem reformationis, clarasq; & consona uoce cælo manus attendentes testantur tam illustre deæ beneficium. At ego stupore nimio defixus tacitus hærebam, animo meo tam repentinum, tamq; magnum non capiente gaudium, quid potissimū præferer pri-marium? Vnde nouæ uocis exordium caperē? Quo sermonem nunc renata lingua feliciter auspicarer, quibus quantisq; uerbis tantæ deæ gratias agerem? Sed sacerdos utcunq; diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quanquā & ipse insigni per motus miraculo nutu significato, prius præcipit tegendo mihi linteam dari laciniam. Nam me cū

<sup>t</sup> compressus  
<sup>sus</sup> primum nefando tegmine despoliauerat, asinus t̄ cōpressis in arctū n̄ foeminibus, & superstrictus accurate manibus quantum nudo liccebat, uelamento me naturali probe m̄ ueram. Tunc e cohortē religionis unius impigrē superiorem exutus tunicam, super textit me celerrimē. Quo factō, sacerdos uultu gentili & hercules perhumano, in aspectum meum attonitus sic a'fatur: Multis & uarijs exanclatis laboribus, magnisq; fortunæ tempestatibus, & maximis a'ctus procellis, ad portum quietis et arā misericordiæ

Lucius tandem uenisti : nec tibi natales , ac ne dignitas  
 quidem uel ipsa (qua flores) usquam doctrina profu-  
 it : sed lubrico uirentis etatule ad seruireis delapsus  
 uoluptates , curiositatis inprospere sinistrum premi-  
 um reportasti . Sed utcumq; fortunæ cæcitas , dum te  
 pessimis periculis discruciat , ad religiosam istam be-  
 atitudinem , improuida produxit malitia . Eat nunc ,  
 & summo furore seniat , & crudelitati sue materiã  
 querat aliam . Nam in eos quorum sibi uita seruitiũ ,  
 deæ nostræ maiestas uindicauit , non habet locum ca-  
 jus infestus . Quid latrones , quid fere , quid seruitiũ ,  
 quid asperimorum itinerũ ambages reaproca , quid  
 metus mortis quotidianæ ufarie fortunæ profuit ?  
 In tutelam iam receptus es fortunæ , sed uidetis , quæ  
 suæ lucis splendore cæteros etiã deos illuminat . Sume  
 iam uultum latiore , candido isti habitu tuo cõgru-  
 entem , comitare pompam deæ sospitatricis in ouan-  
 ti gradu , uideant irreligiosi , uideant , & errorem su-  
 um recognoscant . En cæcæ pristinis ærumnis absolu-  
 tus , Isidis magnæ<sup>†</sup> prouidentia , gaudens Lucius de <sup>†</sup> prudentia  
 sua fortuna triumphat , quo tamen tutior , sisq; munu-  
 tior , da nomen huic sanctæ militiæ , cuius non olim sa-  
 cramento etiam rogaberis , teq; iam nũc obsequore  
 ligionis nostræ dedica , & ministerij iugum subi uolũ-  
 tarium . Nam cum cœperis deã seruire , tunc magis  
 senties



senties fructum tuæ libertatis. Ad istum modum uaticinatus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus trahens conticuit. Exin permixtus agmini religioso procedens comitabat, sacrarium totæ ciuitati notus, ac conspicuus digiti hominū, nutibusq; notabilis: omnes in me populi fabulabantur, hūc omnipotentis hodie deæ numen augustum reformanit ad homines. Felix tibi hercules: & tibi beatus, qui uitæ salicet præcedentis innocentia, fideq; meruerit, tam præclarum de cælo patrocinium, ut renatus quodammodo, statim sacrorum obsequio desponderetur. Inter hæc & festorum uotorum tumultum paulatim progressi, iam ripam maris proximamus, atq; ad ipsum illum locum, quo pridic meus stabulauerat asinus, peruenimus. Ibidem simulachris rite dispositis, nauem faberrimè factam, picturis maris Aegyptiorum circumseptus tuaricæ tuariegatam, summus sacerdos te da lucida, & ouo græcam & sulphure solemnissimas preces, de casto præfatus ore, quàm purissimè purificatam deæ nuncupauit, & literæ dedicauitq; huius aluei felici nitēs carbasus & lintea uotum ingestans progeribat. Ecce literæ uotū instaurabant de noui cōmeatus prospera nauigatione iam malus insurgit. Pinus rotunda splendore sublimis insignis archesia conspicua, & puppis intorta che-nisco, bratteis aureis uestita fulgurabat, omnisque prorsus

prorsus carina citro lymphido perpolita florebat. Tunc cuncti populi, tam religiosi, quam prophani uentos onustas armatis, et huiusmodi supplicijs certim congerunt, & insuper fluctus libani intritum laete coniectum, donec muneribus largis, & deuotionibus faustis completa nauis absoluta strophijs anchoralibus, peculiari, serenoq; flatu pelago reddetur. Quae postquam cursus spacio prospectum sui nobis incertat, sacrorum geruli, sumptis rursus quam quisque detulerant alacres ad phanum reditum exersunt, simili ritu pompae decori. At cum ad ipsum iam templum peruenimus, sacerdos maximus, quiq; diuinas effigies progerebant, & qui uenerandis penetralibus pridem fuerant iniati, intra cubiculum deae recepti, disponunt rite simulachra spirantia. Tunc ex his unus quem cuncti grammateae dicebant, proforibus assistens coetu Pastophorum, quod sacro sancti collegij nomen est, uelut in contionem uocato indidem de sublimi suggestu, de libro, de literis fausta uota praefatus principi magno senatuiq; et equiti, totoq; Romano populo nauticis nauibus, quaeq; sub imperio mundi nostratis reguntur, renunciat sermone rituq; Graecensi ita <sup>ταύταις ἀπὸ τοῦ</sup> populis missio. Quam uocem <sup>†</sup>missis at feliciter cunctis euenire signauit populi clamor in tam falsis secutus. Exim gaudio delibuti populares, talos uerbe

†*exoscula nas corollas screntes, † exoculatis uestigijs deæ que*  
*tis gradibus hærebat argento formata † ad suos descen-*  
 †*Ad dunt lares, nec tamen sinebat me animus ungue lati*  
*us indidem digredi, sed intenus deæ specimen pri-*  
*stinos casus meos recordabar. Nec tamen fama uolu-*  
*cris pigra pinnarum tarditate cœsaucrat, sed protin-*  
*us in patria, deæ prouidentis adorabile beneficiū,*  
*meamq; ipsius fortunam memorabilem narrauerat*  
*passim. Confestim deniq; familiares ac uernulæ quiq;*  
*mibi proximo sexu sanguinis cohærebant, luctu de-*  
*posito, quem de meæ mortis falso nuncio susceperāt,*  
*repentino letali gaudio uariè quisq; munerabundi,*  
*ad meum festinant illico diurnum, reducemq; ab infē-*  
*ris conspectum, quorum desperata ipsa etiam facie*  
*recreatus oblatiões honestas, æqui, boniq; facio: quip-*  
*pe cum mihi ad familiaris, quo ad cultum, sumptuq;*  
*largiter succederet deferre perspicuè curassent. Assa-*  
*tis itaq; ex officio singulis, narratisq; meis pristinis*  
*ærumnis, & presentibus gaudijs me rursus ad deæ*  
*gratissimum mihi refero conspectum. A edibusq; con-*  
*ductis, intra conspectum templi larem temporariū*  
*mibi constituto, deæ mysterijs adhuc priuatis apposi-*  
*tus, contubernijq; sacerdotum indiuiduus, & numi-*  
*us magni cultor inseparabilis. Nec fuit nox una, uel*  
*quies aliqua uisu deæ, manituq; ieiuna, sed crebris im-*  
perijs

perijs sacris suis me iandudum destinatum, nunc saltem censerat invidari. At ego quanquā cupienti uolūtate præditus, tamen religiosa formidine renitebar. Quod enim sedulo percontaueram difficile religionis obsequium, & castimoniorum abstinentiam satis arduam, cautoq; circumspectū uitam quæ multis casibus subiacet esse ueniendam. Hæc identidem mecum reputans, nescio quomodo, quanquā festinans disserebam. Nocte quadam plenum gremium suum uisus est mihi summus sacerdos offerre. At requirenti: Quid utiq; istud: Respondisse: parteis illas de Thessalia mihi nissas, seruum etiam meum indidem superuenisse, nomine Candidum. Hanc experrectus imaginē diu, diuq; apud cogitationes meas reuoluebam, quid rei portenderet, præsertim cum nullum unquam habuisse me seruum isto nomine nuncupatum certus essem. At tamen sese præsagium somni porrigeret, lucrum certum modis omnibus significari partium oblatione credebam. Sic anxius & in prouentum prosperiorem attonitus, templi matutinas apertiones operiebar. Ac dum ualuis candentibus reductis in diuersum deæ uenerabilem conspectum apprecamur, & per dispositas aras circumiens sacerdos rem diuinam prourat, supplicamentis solemnibus de penali fonte petitum respondeon libat. Rebus iam ritè con-

respondeo



sumatis, inchoatæ lucis salutationibus, religiosi primam nunciantes horam, perstrepuunt. Et eae superueniunt de patria quos ibi reliqueram famuli, cum me Fortis malis incapistrasset erroribus, cognitis scilicet famulis meis, nec non et equum quoque illum meum reducentibus, quem diuerse distractum nota dorsalis cognitione recuperauerunt. Quare solertiam somni tum mirabar, uel maxime quod præter congruentiam lucrosæ pollicitationis, argumento scrui Candidi, equum mihi reddidisset colore cædidum. Quo factò idem sollicitus, sedulum colendi frequentabam ministeriū. spe<sup>†</sup> futuri beneficijs præsentibus pignorat. Nec minus indices mihi magis, magisque accipientorum sacrorum cupido gliscebant. Summisque precibus primarium sacerdotem sæpiissime conuenerā, petens, ut me noctis sacræ tandem arcanis iniciaret. At ille uir alioquin grauis, et sobriæ religionis obseruatione famosus, clementer ac cõmuniter, et ut solent parentes, immaturis liberorum desiderijs modificali, meam differens instantiam spei melioris solatiij, alioquin anxium mihi permulcebat animum. Nam et diem quo quisque possit iniciari, deæ nutu demonstrari, et sacerdotem qui sacra debeat ministrare eiusdem prouidentia deligi, sumptus etiam arimonij necessarios, simili præcepto destinari. Quæ cum

† futura

Et nos quoque observabili patientia sustinere auidita  
 ti, contumaciaeque summæ cauere, & utraq; culpam  
 uitare. Ac neque uocatus morari, nec non iussus festi-  
 nare deberem, nec tamen esse † quinquā de suo nu- † quando  
 mero tam perditæ mentis, uel imò destinatæ mortis,  
 qui nō sibi quoque seorsum iubete domina, temerariū  
 atque sacrilegū audeat ministeriū subire, noxamque le-  
 thalē contrahere. Nam & inferū claustra, & salu-  
 tis tutelā in deæ manu posita, ipsamque traditionē ad  
 instar uoluntariæ mortis, & precariæ salutis cele-  
 brari: quippe cum transactis uitæ temporibus, iam  
 in ipso finitæ lucis limine cōstitutos, quis tam ē tutō  
 possint magna religionis cōmitti silentia, numē deæ  
 soleat eligere, & sua prouidētia quodammodo re-  
 natos, ad nouæ reponere rursus salutis curricula.  
 Ergo igitur me quoque oportere cæleste sustinere præ-  
 ceptū, quinquā perspicua, euidentique magni numi-  
 nis dignatione, iam dudum felicitis ministerio nuncu-  
 patum, destinatiūque, nec secus quā cultores cæteri, ci-  
 bis prophanis ac nefarijs iam nunc temperare, quo  
 rectius ad arcana purissimæ religionis secreta per-  
 uoderē. Dixerat sacerdos, nec impatientia corrum-  
 pebatur obsequium meum, sed † intentus mihi que- † intentis  
 te, & probabili taciturnitate, sedulum quot dies ob-  
 ibam culturæ sacrorum ministerium. Nec me si fellit,

nec longi temporis prolatione, cruciavit potentis  
 deæ benignitas salutaris. Sed noctis obscuræ, non  
 obscuris imperijs euidenter monuit, aduenisse di-  
 em mihi semper optabilem, quo me maximi uoti cõ-  
 peteret, quantoq; sumptu deberem procurare sup-  
 plicamentis, ipsumq; mithram illum suum sacerdo-  
 tem præcipuum, diuino quodam stellarum confor-  
 tio (ut aiebat) mihi coniunctum sacrorum ministrũ  
 decernit. Quis & cæteris beniuolis præceptis sum-  
 matis deæ recreatus animi, nec dum satis luce luci-  
 da discussa quiete, protinus ad receptaculum sacer-  
 dotis contendo, atq; eum cubiculo suo commodum  
 prodeuntem, concinnatus saluto. Solito constanti-  
 us destinaueram iam uelut debitum sacris obsequi-  
 um flagitare. At ille statim ut me conspexit, prior. O  
 Luci inquit te felicem, te beatum, quem propitia ro-  
 luntate numen augustũ tantopere dignatur. Et quid  
 inquit iam nunc stas ociosus, atq; ipsum demoraris?  
 Adest tibi dies uotis assiduis exoptatus, quo deæ  
 multimominis diuinis imperijs per istas meas manus  
 pijsimis sacrorum arcanis insinueris. Et iniecta de-  
 xtera, senex commissimus, ducit me protinus ad ipsas  
 fores ædis amplissimæ, ritũque solemnia & pertionis  
 celebrato ministerio, ac matutino peracto sacrificio,  
 de operis adyti profert quosdã libros litteris igno-  
 rabilibus

vacilibus prænотatos: partim figuris huiuscemodi  
 animalium concepti sermonis compendiosa uerba  
 suggerente, partim nodosis, & in modum rotæ tor=  
 tuosis, capreolatimq; condensis apicibus, à curio=  
 sitate prophanorum lectione munita. In didem mihi  
 prædicat, quæ forent ad usum teletæ necessariò præ=  
 paranda. Et protinus gnauiter & aliquanto libe=  
 ralius, partim ipse, partim per meos socios coëmen=  
 da procuro. Iamq; tempore (ut aiebat sacerdos)  
 id postulante, stipatum me religiosa cohorte dedu=  
 cit proximas balneas, & prius sucto lauacro tra=  
 ditum, præfatus † domini ueniam, purissimè cir=  
 cumrorans abluit. Rursumq; ad templum redu=  
 ctum, iam duabus diei partibus transactis, ante  
 ipsa deæ uestigia constituit. secretoq; mandatis qui=  
 busdam, quæ uoce meliora sunt, illud planè cunctis  
 arbitris præcipit, decem continuis illis diebus ciba=  
 riam uoluptatem coërcerem, neque ullum animal  
 essem, & inuimus essem. Quis uenerabili continen=  
 tia ritè seruatis, iam dies aderat diuino desti=  
 natus uadimonio, & sol curuatus intrabat uespe=  
 ram. Tum ecce confluunt undiq; turbæ sacrorū,  
 ritu uetusto, uarijs quisq; me muneribus onerantes.  
 Tūc semotis procul prophanis omnibus, linteo, ru=  
 diq; me contactū auicimine, ar epta manu sacerdos



deducit ad ipsius sacrarij penetralia. Quæras forsitan satis anxie studiosè lector, quid deinde dictum, quid factum? Dicerem, si dicere liceret, cognosceres, si liceret audire, sed parem noxam contraherēt aures & linguæ illæ temerariæ curiositatis. Nec te tamen desiderio forsitan rllgoso suspensum angore diutina cruciabo. Igitur audi, sed crede quæ uera sunt. Accessi confinium mortis, & calcato Proserpinæ limine, per omnia uectus elementa remeoui. Nocte media uidi solem candido coruscantem lumine, deos inferos, & deos superos. Accessi corā & adorauit de proximo. Ecce tibi retuli, quæ quamuis auidita, ignores tamen necesse est. Ergo quod solum potest sine piaculo ad prophanorum intelligentias enunciari, referam. Mane factum est, & perfectis solennibus, processit duodecim sacratw stolis, habitu quidem religioso satis, sed effari de eo nullo uinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis uidere præsentés plurimi. Nanq; in ipso ædis sacræ meditullio, ante deæ simulachrum constitutum tribunal ligneum iussus superstiti, byssina quidem, sed floride depicta ueste cor spiciuus. Et humeris dependebat ponè tergum talorum tenuis, præciosa chlamyda quaquã tamen uiseres, colore uario circumnotatis insignibar animalibus. Hinc dracones Indici  
inde

inde gryphes Hyperborei, quos in speciem pinna-  
 tæ alitis generat nudus alter: hanc olympiasam sto-  
 lam sacri nuncupant. Ad manum dextram gere-  
 bat flammis adultam facem, & caput decore coro-  
 na cinxerat palmæ candidæ folijs, in modum radio-  
 rum profissentibus. sic ad instar solis † exornatum, † exorna  
 & in uicem simulachri constituto repente, uelis re-  
 ductis in aspectum populus errabat. Ex hinc festiuis  
 sumum celebraui natalem sacrorum, & suaves epu-  
 læ, & faceta conuiuia. Dies etiam tertius pari ceri-  
 moniarum ritu celebratus, & ientaculum religio-  
 sum, et teletæ legitima cōsummatio. Paucis dehinc  
 ibidem commoratus diebus, inexplicabili uolupta-  
 te simulachri diuini perfruebar: irremunerabili  
 quippe beneficio pigneratus. Sed tamen dea mo-  
 nutu licet non plene tamen pro meo modulo suppli-  
 cæ † gratijs persolutis, tardam satis domuitionem † gratis  
 compero, uix equidem abruptis ardentissimi æesy-  
 derij retinaculis, prouolutus demq; ante conspectū  
 deæ, & facie mea diu † detrusis uestigijs eius, lachry-  
 mis obortis singultu crebro, sermonem interficiēs, † deterfis  
 & uerba deuorans aio: Tu quidem sancta, &  
 humani generis sospitatrix perpetua, semper fouen-  
 dis mortalibus munifica, dulcem matris affectionem  
 miserorum casibus tribuis, nec dies, nec quies ulla,

ac ne momentum quidem tenue tuis transcurrit be-  
 neficijs ociosum, quæ mari, terraq; protegas homi-  
 nes, & depulsis vitæ procellis salutarem porrigas  
 dextram, qua fâtorum etiam inextricabiliter cõtör-  
 ta retractas licia, & fortune tempestates mitigas,  
 & stellarum varios meatus cohibes. Te superi co-  
 lunt, obseruant inferi, tu rotas orbem, lumnas so-  
 lem, regis mundum, calcas tartarum. Tibi respon-  
 dent sidera, redeunt tempora, gaudent numina,  
 seruiunt elementa, tuo nutu spirant † flumina, nu-  
 triunt nubila, germinant semina, crescunt germina.  
 Tuam maiestatem perhorrescunt, aues cælo mean-  
 tes, feræ montibus errantes, serpentes solo latètes,  
 beluæ ponto natantes. At ego referendis laudibus  
 tuis exilis ingenio, & adhibendis sacrificijs tenuis  
 patrimonio, nec mihi uocis ubertas, ad dicenda quæ  
 de tua maiestate sentio sufficit, nec ora nulle, lingua-  
 q; totidem, uel indecisi sermonis æterna series. Era-  
 go quod solum potest religiosus quidem, sed pau-  
 per alioquin efficere curabo, diuices tuos uultus, nu-  
 ménque sanctissimum intra pectoris mei secreta con-  
 ditum perpetuò custodiens imaginabor. Ad istum  
 modum deprecatò summo numine, complexus mi-  
 rum sacerdotem, & meum iam parentem, colloq;   
 eius multis osculis inherens ueniam postulabam,  
 quòd

quod t̄ deūm condignè tantis beneficijs remunere nequire. Diu deniq; gratiarum gerendarum sermone prolixo commoratus, tandem digredimur et recta uia patrium larem reuisurus meum, post aliquantulum temporis contendo. Paucisq; post diebus deæ potentis instructu, raptim constrictis sarcinulis, nauc conscensa, Romam uersus profectio- nem dirigo, tutusq; prosperitate uentorum ferentium hausi portum celerrimè. Ac dehinc carpento peruolauì, uesperamq; unam, dies insequabatur Idum Decembrium sacrosanctam istam ciuitatem accedo, nec ullum tam præcipuum mihi exinde studium fuit, quã quotidie supplicare summo numini reginæ Isis, quæ de templi situ sumpto nomine, Campensis summa cum ueneratione propiciatur. Eram deniq; cultor assiduus, phani quidem aduenæ, religionis aut indigena. Ecce transcurso signifero circulo, sol t̄ magnus annū compleuerat, et qui <sup>t̄ magnā</sup> etem meam rursus interpellat numinis benefici curam peruiigilis, & rursus telectæ, rursus sacrorum commonet. Mirabar quid rei temptaret, quid pronunciaret futurum, quidni plenissimè iam dudum uidebar iniciatus. Ac dum religiosum scrupulum partim apud sensum meū disputo, partim sacratorū cōsilijs examino, nouū, mirūq; planè cōperior, deæ quidem



† *deum* quidē me tantū sacris imbutum, ad magni dei, † do-  
 minūq; summi parentis inuicti Osiris, nec dum sacris  
 illustratum, quanquam enim connexa (imō uerò uni-  
 ca) ratio numinis, religiōisq; esset tamē teletæ discri-  
 men interesse maximum. Prohinc me quoq; peti ma-  
 gno etiam deo famulum sentire deberem, nec diu-  
 res in ambiguo stetit, Nam proxima nocte uidi quē-  
 dam de sacratis, linteis intectum, qui thyrsos & he-  
 deras, & tacenda quaedam gerens ad ipsos meos  
 lares collocaret. Et occupato se dili meo religionis  
 ample denunciaret epulas. Is ut agnitionem mihi  
 scilicet certo aliquo sui signo subministraret, sinistri  
 pedis talo paululū reflexo, cunctabundo clemēter  
 incedebat uestigio. Sublata est ergo post tam manife-  
 stam domini uoluntatē ambiguitatis tota caligo, et  
 illico de æ matutinis perfectis salutationibus summo  
 studio percunctabar singulis, & qui uestigiū simi-  
 lis ut somniū, nec fides absuit. Nam de pastiphoris  
 † *ceteris* unum cōspexi statim præter indicium pedis, † cetero  
 etiā statu atq; habitu examuſsim nocturnæ imagini  
 congruentē, quē Asiniū Marcellū uocitari cognoui.  
 Postea reformationis meæ alienum nomen, nec mor-  
 tus conueni protinus eum sanē, nec ipsum futuri ser-  
 monis ignarū: q̄ppe iā dudū cōsimili præcepto sacro-  
 rū ministradorū cōmonestū. Nā sibi usus est quic-

te proxima, dum magno deo coronas exaptat, et de  
 eius ore, quo singulorum facta dicitur, audisset, mitti  
 sibi Madurensis, sed admodum pauperem, cui sta-  
 tim sua sacra deberet ministrare. Nam & illi studi-  
 orum gloriam, & ipsi grande compendium sua cō-  
 parari prouidentia. Ad istum modum desponsus sa-  
 cris, sumptuum tenuitate † contra uotum meū rectar † circa  
 dabar. Nam uiriculas patrimonij peregrinationis  
 attriuerant impense, & erogationes urbiæ pristi-  
 nis illis prouincialibus antistabant. Plurimum ergo  
 duricia paupertatis intercedēte, quod ait uetus pro-  
 uerbiū, inter sacrum & saxum positus cruciabar:  
 nec secius tum identidem numinis premebat instan-  
 tia. Iamq; † sepicule non sine magna turbatione sti- † sepi dē  
 mulatus, postremò iussus ueste ipsa mea, quanuis par-  
 uula distracta, sufficientem corrasis summulam, et id  
 ipsum præceptum fuerat specialiter. An tu inquit si  
 quam rem uoluptati struendæ molireris, lacinijs tu-  
 is nequaquam parceres, nunc tantas cerimonias adi-  
 turus, pœnitendæ te pauperiei contaris comitem?  
 Ergo igitur cunctis affatim præparatis, rursus decem  
 diebus inanims contentus cibus, insuper etiam  
 de Serapis principatis dei nocturnis orgijs illustra-  
 tus, plena iam fiducia germanæ religionis, obsequi-  
 um diuinum frequētibam: quæ res summum pere-  
 grinati-


grinatiōi meæ tribuebat solaciū. Nec minus etiā uictū  
 uberiorem subministrabat. Quidni, spiritu fauentis  
 euentus quæsticulo forensi nutrito, per patrociniā  
 sermonis Romani. Et eæ post pauca tempus, in-  
 opinatus & usq; quaq; mirificis imperijs domini rur-  
 sus interpellor, & cogor tertiam quoq; teletam su-  
 scātare. Nec leui cura sollicitus sed oppidō suspensus  
 animi, mecum ipse cogitationes exerātus, cogitabam  
 quorsus noua hæc, & inaudita se cælestium porrige-  
 ret intentio: quid subsidium quanuis iteratæ iam  
 traditioni remansisset, nimirum perperam uel mi-  
 nus plenē consuluerunt in me sacerdos utriq;, &  
 hercules iam de fide quoq; eorum opinari cepta-  
 bam sequius: quō me cogitationis æstu fluctuantē ad  
 instar insanie percitum, sic instruxit nocturna diui-  
 natione clemens imago. Nihil est, inquit, quod nume-  
 rosa serie religionis, quasi quicquam sit prius omis-  
 sum terredre: quin asidua ista numinum dignatio-  
 ne letum capesse gaudium, & potius exultare futu-  
 rus, quod alij, uel semel, uix conceditur, teq; isto nu-  
 mero meritō præsume semper beatum. Cæterum fu-  
 tura tibi sacrorum traditio pernecessaria est, si te-  
 cum nunc saltem reputaueris exuias deæ, quas in  
 prouincia sumpsisti, in eodem phano depositas per-  
 seuerare, nec te Romæ diebus solemnibus uel sup-  
 plicare

plicare his, uel cū præceptum fuerit felici illo amictu  
 illustrari posse: quod si lux itaq; ac faustum salutare=  
 que tibi sit, animo gaudiali rursus sacris initiare  
 dijs magnis auctoribus. Hactenus diuini somnij  
 suada maiestas quod usus foret, pronunciauit. Nec  
 deinceps postposito uel in supinam procrastinatio=  
 nem reiecto negotio, statim sacerdoti meo relatis  
 que uideram, inanime protinus castimonie iugum  
 subeo, & lege perpetua præscriptis illis decem die=  
 bus spontali sobrietate multiplicatis, instructum te=  
 letæ comparo largitus, ex studio pietatis magis,  
 quàm mensura rebus collatis. Nec Hercules labo=  
 rum me, sumptuumque quicquam poenituit. Quid <sup>† deum</sup>  
 ni, liberali † domini prouidentia, iam stipendijs fo=  
 rensis bellulæ solum? Denique post dies admo=  
 dum pauculos, deus deū magnorū potior, & maiorū  
 summus, & summorū maximus, & maximorū regna=  
 tor Osiris, non in alienam quampiã personam refor=  
 matus, sed coram suo uenerando me dignatus affa=  
 mine, per quietem † recipere uisus est, quàm nunc <sup>† præcipe</sup>  
 incontinenter gloriosa in foro redderem patrocina, <sup>re</sup>  
 nec extimescerem maliuolorum disseminationes,  
 quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibi de=  
 scruebat. Ac ne sacris suis gregi cætero permixtus  
 descrua



† forte ra  
 so  
 deseruirem, in collegium me pastophorum suorum,  
 inter ipsos decurionum quinquennales ele-  
 git. Rursus deniq; quam traro capillo col-  
 legij uetustissimi, & sub illis Syllæ tem-  
 poribus conditi munia non obum-  
 brato, uel obtecto caluicio,  
 sed quoquo uersus ob-  
 uio, gaudens ob-  
 ibam.

FINIS LIBRORVM LVCII  
 APVLEI DE ASI-  
 NO AVREO.


**L. APV-**  
**LEII MADAVRENSIS**  
**PHILOSOPHI PLATO-**  
**NICI, FLORIDO-**  
**RVM LIBER**  
**PRIMVS.**



Tfermè religiosis uiantium mo-  
 ris est, cum aliquis lucus, aut ali-  
 quis locus sanctus in uia oblatu-  
 s est, uotum postulare, portum ap-  
 ponere, paulisper asidere: ita  
 m. hi ingresso sanctis. Imam istam  
 ciuitatē, quāquā oppidō Justinē, p̄fanda uenia, et  
 habenda oratio, & inhibenda properatio est. Neq;  
 enim iustus religiosam morā maiori obiecerit, aut  
 ara floribus redimita, aut spelūca frōdibus irūbrata,  
 aut quercus cornibus onerata, aut fagus pelibus co-  
 ronata, uel enim colliculus sepimine consecratus, uel  
 trūcus dolamine effigatus, uel cespes libamine humi-  
 gatus, uel lapis unguine delibutus. Parua hæc q̄ppe,  
 et quāquā paucis pereōtantibus adorata, tamē igno-  
 rantibus transcursa. At non itidem maior meus son-  
 erates. Qui cum decorum adolescentem, & diutu-  
 X le

le tacentem conspicatus foret, ut te uideam, inquit, aliquid eloquere scilicet, Socrates tacentem hominem non uidebat. Etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie, & animi obtutu consyderandos. Nec ista re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait: Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. Imò enim uero hunc uersum ille ad exanimandos homines conuerterat: Pluris est auritus testis unus, quam oculati decem. Ceterum si magis pollerent oculorum quam animi iudicia, profectò de sapientia foret aquilæ concedendum. Homines enim neq; longulè distita, neq; proximè ad sita possimus cernere, uerum omnes quodammodo cæci sumus, ac si ad oculos & obtutum istum terrenum redigas, et hebetem. Profectò uerissimè poëta egregius dixit, uelut nebulam nobis ob oculos effusam non cernere nos nisi intra lapidi iactum ualere. Aquila enim uero cum se nubium tenus altissimè sublimauit, euectâ alis, totum istud spacium qua pluitur & ningitur, ultra, quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso (ut ita dixerim) solo ætheris & fastigio hycemis. Cum igitur eò sese aquila extulit, nutu elementi leuorsum uel dextrorsum tanta mole corporis labitur, uelificatas alas quò libuit aduertens, modico caude gubernaculo inde cuncta despicens, ibidem pirarum

Aquilæ  
natura.

narum emanus inde seſſa remigia, ac pauliſſer contra  
 uolatu penè eodè loco pendula àr cunctatur, & que  
 rit quorſus potiſſimum in prædam ſupernè ſeſe ruat  
 fulminis uice. De celo improuiſa ſimul campis peccata,  
 ſimul mōtibz ſeras, ſimul homines urbibus, uno ob  
 tutu ſub eodè impetu cernēs, unū roſtro trāsſō diat,  
 unū unguibus inūctet, uel agnū in acroſum, uel leporē  
 meticolofum, uel quodeūq; eſui animatū uel laniatum  
 fors obtulit. Hiagnis fuit (ut ſādo accipimus) Marſie  
 tibiaris pater & magiſter, rudibus ad huc muſicæ ſe  
 culis, ſolus ante alios cantus canere. Nondū quidē tā  
 ¶ in ſeſſa anima ſono, nec tā pluriformi modo, nec tam  
 multiformi tibia: Quippe adhuc ars iſta repertu  
 nouo, commodum oriebatur, nec quicquā omnium  
 eſt quod poſſit in primordio ſui perfici. Sed in omni  
 bus ſerme ante eſt ſpei rudimentum, quā rei expe  
 rimentū. Proſus igitur ante Hiagnim nihil aliud ple  
 riq; callebant, quā Virgilianus opilio ſeu buſſequaz  
 Stridenti miſerum ſtipula diſſer dere carmen.

Quod ſi quis uidebatur paulò largius in arte pro  
 mouiſſe, ei quoq; tamen mos fuit una tibia, uelut una  
 tuba perſonare. Primus Hiagnis in canendo manus  
 diſcapedinauit, primus duas tibias uno ſpiritu ani  
 maui, primus leuis et dextris ſoraminiſus acuto tin  
 nitu, & graui bombo concentum muſicum miſcuit.

Hiagnis  
 muſicus.  
 ¶ in ſeſſa



**Marsias.** Eo genitus Marsias, cum in artificio patris foret tibi-  
cinus, Phryx cætera ei barbarus, uultu sermo, trux,  
hispidus, multibarbus, spinis & pilis obsitus, sirtur,  
proh nefas, cum Apolline certauisse, Thersites cum  
decoro, agrestis cum erudito, belua cū deo, Musæ cū  
Minerua, dissimulamēti gratia iudices astitēre, ad de-  
ridendā scilicet monstri illius barbariam, nec minus  
ad stoliditatem punendam. Sed Marsias, quod stulti-  
tie maximū specimen est, nō intelligens se deridendo  
haberi, priusquā tibias occiperet inflare, prius de se  
& Apolline quædā deliramenta barbarè effutuuit:

**Apollo.**

Laudans sese, quod erat ei coma relicinus, & barba  
squalidus, & pectore hirsutus, & arte tibicen, &  
fortune egenus. Contrā Apollinē (ridiculum dictū)  
aduersis uirtutibus culpabat: Quod Apollo esset, et  
coma intonsus, & genis gratus, & corpore glabel-  
lus, & arte multiscius, & fortuna opulētus. Iam pri-  
mum, inquit, crimes eius præmulsis antijs, promulsis  
caproneis anteuentuli & propenduli, corpus totū  
gratissimum, membra nitida, lingua fœdica, seu tu te  
oratione seu uersibus malis utrobique facundia equi-  
parari. Quid quod & uestis textu tenuis, tactu mol-  
lis, purpura radians? Quid quod & lyra eius auro  
fulgurat, chore cādicat, gēmis uariegat? Quid quod  
& doctissimè, & gratissimè cātillat? Hæc omnia, in-  
quit,

quit, blandimenta nequaquã uirtuti decora, sed luxurie accõmodata, circa corporis sui qualitatẽ præ se maximã speciem ostentare. Risere Musæ cum audirent hoc genus crimina sapienti exoptanda, & polimi obiectata, & tibi cinẽ illum certamine superauit, uelut ursum bipedem, corio execto, nudus & laceris uisceribus reliquerit. Ita Marsias in poenã cecinit & cecidit. Enim uero Apollinem tam humilis uictorie puditũ est. Tibicen quidam fuit Antigidas, ommis uoculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator: seu tu uelles Acolium simplex, seu Asium uariũ, Lydiũ querulũ, seu Phrygiũ religiosum, seu Dorũ bellicosum. is igitur cum esset in tibi cinẽ apprimẽ nobilis, nihil æquẽ se laborare, & animo angũ & mente dicebat, quã quod monumentarij ceraule tibicines dicerentur. Sed ferret æquo animo hãc nominũ cõmunionem, si minus spectauisset. Animaduerteter illic penẽ simili purpura, alios præsidere, alios uapulare. Indem si munera nostra spectaret. Nã illic quoq; uideret hominẽ præsidere, hominẽ depugnare, togã quoq; parari, et uoto & funeri. Itẽ pallio cad. uera operiri, & philosophos amicitri. Bono enim studio in theatrũ cõuenisti ut qui sciatis, nõ locũ autoritatẽ derogare orationi sed cum primis hoc spectandũ esse quid in teatro

Antigidas  
aule  
us.

Ceraule  
tibicines.

In teatro  
quid spectandum.

**Indi.** deprehendas. Nā si Mimus est, riseris, finire plus  
 timueris. Si comœdia est, faueris. Si philosophus, di  
 diceris. Indi gens populosa cultoribus, & finibus  
 maxima, procul à nobis ad orientē siti, prope Ocea  
 ni reflexus, & solis exortus primis syderibus, ulti  
 mis terris super Aegyptios eruditos, & Iudeos su  
 persitiosos, & Nabatheos mercatores, & fluxos  
 uestiū Arfacidas & fugū pauperes Scythicos, et  
 odorum diuites Arabas. Eorum igitur Indorū non  
 æquē miror eboris strues, & piperis messes, & cin  
 nami merces, & ferri tēperacula & argenti metal  
**Ganges** la, & auri fluentia. Nec, quod Ganges apud eos  
 unus omnium annium maximus:

Aeolis reguator aquis in flumina centum

Discurrit, centum ualles illi oraq; centum.

Oceaniq; fretis centeno iungitur anni.

**Draconū** Nec, quò d'ysdē Indis ibidem sitis ad nascentē diē,  
 cū elephā tamē in corpore color noctis est. Nec, quò d' apud il  
 los immēsi dracones, cū immanibus elephantis pari  
 periculo in mutuā pernitiē concertāt. Quippe lubri  
 co uolumine indepti reuinciunt, & illis expedire  
 gressum nequientibus, uel omnino abrūpere tenacis  
 si morū serpentū squameas pedicas, necesse fit ultio  
 nem à ruina molis suæ petere, ac retentores suos to  
 to corpore oblidere. Sunt apud illos uaria colentiū  
 genera libentius ego de miraculis hominū quā natū

re differuerim. Est apud illos gens, quæ nihil am-  
 pliusq̃ bubulcitare nouere, idq̃ ad cognomē Bubul-  
 cis indiū. Sunt & mutādis mercibus callidi, et ob **Bubulci.**  
 cundāis prælijs strenui, uel sagittis eminus uel ensi-  
 bus cominus. Est præterea genus apud illos præstabi-  
 le, Gymnosophistæ uocātur. Hos ego maximè admo- **Gymnoso-**  
 rer. q̃ hoīes sunt periti, nō propagāde uitis, nec in- **phistæ.**  
 oculandis arbores, nec p̃scindendi soli. Nō illi no-  
 runt aruū colere, uel aurū colare, uel equū domare  
 uel taurū subigere, uel ouem uel caprā iondere uel  
 pascere. Quid igitur est? Vnū pro his omnibus no-  
 runt, sapientiā percolunt, tam magistri scnes, quā  
 discipuli iuniores. Nec quicquam æquē p̃ncis illos  
 quā quòd torporē animi & ociū oderūt. igitur ubi  
 mensa posita, priusquā edulia apponantur, omnes  
 adolescētēs ex diuersis locis & officijs ad dapē con-  
 ueniunt. Magistri perrogāt, quod factū à lucis ortu  
 ad illud diei bonū fecerit. Hic alius se cōmemorat in-  
 ter duos arbitrū delectum, sanata similitate, recon-  
 ciliata gratia, purgata suspitione, amicos ex infen-  
 sis reddidisse. itidem alius sese parentibus quidpi-  
 am imperantibus obedisse, & alius aliquid medi-  
 tatione sua reperisse, uel alterius demonstratione di-  
 dicisse. Denique ceteri commemorant. Qui nihil  
 habet adofferre cur prandeat, impransus ad



**Alexàder magnus.** opus foras extruditur. Alexandro illi, longè omnium excellentissimo regi, cui ex rebus actis & auctis cognomentum magnū inditum est, ne uir unicam gloriam adeptus sine laude unquā nominaretur. Nam solus condito æuo, quantum hominū memoria extat, in exuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua maior fuit, successusq; eius amplissimos & prouocauit ut strenuus, & æquiparauit ut meritis, & superauit ut melior, solusq; sine æmulo clarus, adeò, ut nemo audeat uirtute eius, uel sperare fortunā, uel optare. Eius igitur Alexandri multa sublimia factura, & præclara ædita fatigaueris admirando, uel belli ausa, uel doni prouisa, quæ omnia aggressus est meus Clemens eruditissimus & suauissimus poetarū pulcherrimo carmine illustrare. Sed in primis illud præclarū Alexandri, quòd imaginē suam quocertior posteris proderetur, noluit à multis artificibus uigò cõtaminari, sed edixit uniuerso orbi suo, ne quæ effigiē regis temerè assimilaret, ære, colore, celamine, quoniam saepe solus eā Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus deliniaret, solus Pyrgoteles celamine excluderet. Præter hos treis multò nobilissimos in suis artificijs, si quis uspiã reperiretur alius statue Augustissimi imagini regis manus admolitus, haud se Alexandri. cus in eum, quā in sacrilegū uindicaturū. Eò igitur omnium

omnium mœtu factū solus Alexander, ut ubiq; ima-  
 ginū summus esset, utiq; omnibus status, & tabu-  
 lis, & torcumati, idem uigor acerrimi bellatoris,  
 idem ingenuū maximi honoris, eadē forma uiridis iu-  
 uentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur.  
 Quod utinā pari exemplo Phinæ dictū ualeret, ne  
 qui imaginē eius temerē asimularēt, uti pauci boni  
 artifices, ijdem probē erudit, omnifariā sapientiæ  
 studiū contēplarentur, neu rudes, sordidi, imperiti,  
 pallio tenus ꝑ philosophos imitarentur, & disciplinā  
 regalē tam ad benedicendū, quā ad beneuendū  
 reperiā, maledicendo, & similiter uiuendo cōtami-  
 narent. quod utrūq; scilicet per facile est. Quæ enim  
 facilior res, quā linguæ rabies, & uilitas morū: al-  
 ter ex aliorū contemptu, alter ex sui. Nā uiliter se-  
 metipsum colere, sui cōtemptus est. Barbarē alios  
 insectari, audientiū cōtumelia est. An nō summā cō-  
 tumeliā uobis imponit, qui uos arbitratur maledi-  
 ctis optimi cuiusq; gaudere, qui uos existimat mala  
 & uitiosa uerba nō intelligere, aut si intelligatis, bo-  
 ni cōsulere? Quis ex rupiconibus, baiulis, taberna-  
 riyis tam insans est, ut si palliū accipere uelit, diser-  
 tis maledicat? Hic enim plus tibi debet quā digni-  
 tas. Quanquā nec hæc illi sit cum alijs promiscua.  
 Nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex

senatoribus pauci nobiles genere, & ex his cōsulari-  
 bus pauci boni, et adhuc ex bonis, pauci eruditi. Sed  
 ut loquar de solo honore, nō licet insignia eius uesti-  
 tu uel calciatu temerē usurpare. Si quis forte in hoc  
 pulcherrimo coetu et illis inuisoribus meis, malignus  
 sedet (Quoniam in magna ciuitate hoc quoq; genus in-  
 uenitur, qui meliores obrectare malint, q̄ imitari: et  
 quorū similitudinē desperēt, eorundē affectēt simul-  
 tatē. Scilicet ut q̄ suo noīe obscuri sunt, meo innotē-  
 scant.) Si q̄ igitur illis libitinis splēdidissimo huic au-  
 ditorio, uelut quaedā macula sese immiscuit, uelim  
 paulisper suos oculos p̄ hunc incredibilē confessum  
 circumtrahat, contēplatusq; frequentia tantā, quāta  
 ante me in auditorio philosophi nunq̄ uisitata est, re-  
 putet cū animo suo quantū periculū conseruādē exi-  
 stimationis hic adeat, qui cōtemni nō consueuit: cum  
 sit arduū & oppidō difficile, uel modicæ paucorum  
 expectationi satisfacere: præsertim mihi, cui & an-  
 te parua existimatio, & uestra de me benigna præ-  
 sumptio, nihil nō quicq̄ finit diligēter, ac de summo  
 pectore hiscere, Quis enim uestrū unū mihi solocō-  
 sium ignouerit? Quis uel unā syllabā barbarē pro-  
 nuntiātā donauerit? Quis incōdita & uitiosa uerba  
 temerē, quasi delirantibus oborientia, pmiserit blate-  
 rare? Que tamē alijs facile & sanē meritissimo igno-  
 scitis

scitis. Meū uerò urū quodq; dictū acriter examina-  
tis sedulo p̄siculatis, ad limā et lineā certā redigi-  
tis, cū torno & cothurno iterum comparatis, tantū  
habet uilitas excusationis, quantum dignitas difficul-  
tatis. Agnosco igitur difficultatem meam, nec depre-  
cor quin sic existimetis; nec tamen uos parua quædā  
& praua similitudo falsos animi habest. Quoniam  
quædam (ut sæpe dixi) palliata mendicabula obam-  
bulant, præco cum procōsule, et ipse tribunal ascen-  
dit, & ipse togatus illic uidetur, & quidem per diu  
stat, aut ambulat, aut plerunq; contentissimè clām-  
tat. Enim uero ipse proconsul moderata uoce raren **Præconis**  
ter, & sedens loquitur, & plerunq; de tabella le- uox pro-  
git: Quippe præcōis uox garrula ministeriū est, pro consulis  
consulis autem tabella sententia est: quæ semel le- tabella.  
ta, neq; augeri litera una, neq; autem minui potest,  
sed utcumq; recitata est, ita prouinciæ instrum. èto re-  
fertur. Patior & ipse in meis studijs aliquā pro meo  
captu' similitudinem. Nam quodcūq; protuli ad uos  
excerptum, illico & lectum est. Nec reuocare illud  
nec ante mutare, nec emendare mihi quicquam licet  
quo maior religio dicendi habenda est. Et quidem  
non in uno genere studiorū, plura enim mea extant  
in Camænis, quàm Hyppie in opificijs operibus.  
Quid istud sit animo attendatis diligentius & ac-  
curatius disputabo:



L. APV.  
 LEII MADAVRENSIS  
 PHILOSOPHI PLATO  
 NICI FLORIDO  
 RVM LIBER  
 SECVNDVS.

Hippias.



T Hippias è numero sophistarũ  
 est, artũ multitudine prior omni-  
 bus, eloquentia nulli secundus, æ-  
 tas illi cum Socrate. Patria uel ge-  
 nus ignoratur, gloria uerò magna  
 fortuna modica, sed ingenũ nobile, memoria excel-  
 lēs, studia uaria, emulũ multi. Venit Hippias iste quò  
 dā certamine Olympio Pisam, nõ minus cultu uisen-  
 dus, quàm elaboratu mirandus. Omnia secum quæ  
 habebat. nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus  
 consecerat. Et indumenta quibus indutus, et calcia-  
 menta quibus erat insutus, et gestamina quibus erat  
 cõspicatus. Habebat indutui ad corpus tunicam, in-  
 terulam, tenuissimo textu, triplici licio, pupura du-  
 plici, ipse eam sibi solus domu texerat. Habebat cin-  
 ctui balteum, quod genus pictura Babylonica, mi-  
 ris coloribus uariegatum, nec in hac cum ope-  
 ra quisquam adiuuerat. Habebat amictui palliũ can-  
 didum

didum, quod supernè circumiecerat. Id quoq; palliū  
 cooperatoris ipsius laborè fuisse. Etiam pedum te-  
 gumenta, crepidas sibi met compegerat & annulū  
 in Leua aurum faberrimo signaculo, quem ostende-  
 bat. Ipse eius annuli & orbiculum arcauauerat, &  
 pallam clauserat, & gemmam insculperat. Nondum  
 omnia eius commemorauī. Etenim nō pigebit me cō-  
 memorare, quod illum nō puduit ostentare, qui  
 magno inceptu prædixit fabricatam semet sibi. Am-  
 pullam quoq; olcariam quam gestabat, lenticulari for-  
 ma, tereti ambitu, pressula rotunditate, iuxtaq; hone-  
 stam strigileculā, recta fatigatione clausula, flexa tu-  
 bulatione ligule, ut & ipsa in manu capulo morare-  
 tur, & sudor ex ea riuulo laberetur. Quis tum non  
 laudauit hominem tam numerosa arte multiscium?  
 Totijugis scientia magnificum, tot utensilium peritia  
 Dædalum? Quin & ipse Hippiam laudo. Sed in-  
 genti eius fecunditatem malo doctrinæ, quàm sup-  
 pellectilis multiformi instrumento æmulari: fateorq;  
 me scellularias quidem artes minus callere. Vestem  
 de texterna emere, baxeas istas de suterna præstina-  
 re. Enimuerò annulum nec gestare, gemmam et au-  
 rum iuxta plumbum & lapillos nulli estimare. Stri-  
 gilem & ampullam, ceteraq; balnei utensilia nundi-  
 nis mercari. Proxsum enim nō eo inficias, nec radio,

nec subula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramē  
ta uti nosse, sed pro his præoptare me falcior uno  
chartario calamo me reficere poemata, omni genus  
apta, uirgæ, lyræ, socco, cothurno. Item satyras ac ge  
ryppos. Item historias uarias rerum, nec nō rationes  
laudatas disertis, nec non dialogos laudatos philoso  
phis, atq; hæc alia et eiusdē modi tam Græcè quā La  
tinè gemino uoto, pari studio, simili silo. Quæ utinā  
post se me quidem nō singulatim ac discretim, sed cū  
ctim & concertatim tibi proconsul, uir optime offer  
re, ab prædicabili testimonio ad omnem nostram Ca  
mænam frui. Non hercule penuria laudis, quæ mihi  
dudum integra & florens per omnes antecessores  
tuos ad te reseruata est. Sed quoniam nulli me, pro  
batiorem uolo, quanquā ipse ante omnis meritō pro  
bo. Enim sic natura comprobatum est, ut eum quem  
laudes, & ames: porrhò quem ames, laudari ab illo  
uelis. Atq; ego me dilectorem tuum profiteor. Nulla  
tibi priuatim, sed omni publicitus gratia obstrictus.  
Nihil quippe à te impetraui, quia nec postulauī. Sed  
philosophia me docuit, non tantum beneficium ama  
re, sed etiam maleficium, magnoq; inditio impertire,  
quàm commodo inseruire, & quod in commune ex  
pediat malle, quàm quod mihi. Igitur bonitatis tuæ  
diligunt pleriq; fructum, ego studium. Idq; facere ad  
orsus

orsus sum, dum moderationem tuam in provincialiū  
 negotijs contemplor, quā effectim amare te debe  
 ant experti propter beneficium, expertes propter  
 exemplum. Nam & beneficio multis commodasti, et  
 exemplo omnibus profuisti. Quis enim à te nō amet  
 discere, quānam moderatiōe obtineri queat, tua ista  
 gratia, uita iocunda, mitis austeritas, placida constan  
 tia, blandusq; uigor animi? Neminem proconsulum,  
 quod sciam, provincia Africa magna reuerita est, mi  
 nus uerita, nullo nisi tuo anno ad coërandā peccata  
 plus pudor quā timor ualuit. Nemo te alius pari po  
 testate sepius profuit, rariùs terruit. Nemo similio  
 rem uirtute filium adduxit. Igitur nemo Carthagi  
 ni proconsulum diutius fuit. Nam etiam eo tempore  
 quo provincias circumbas, manente nobis Honori  
 no, minus sensimus absentiam tuam, quā ut te ma  
 gis desyderarem. Paterna in filio æquitas, semilis  
 in iuene prudentia, cōsularis in legato auctoritas.  
 Frorsus omnes uirtutes tuas ita effingit ac repræ  
 sentat, ut medijsidius admirabilior esset in iuene,  
 quā in te parua laus, nisi eam tu talem dedisse, qua  
 utinam perpetuò liceret frui. Quid nobis cum istis  
 proconsulum uicibus? Quid cum annis breuibus &  
 festinantibus mensibus? O æleres honorum hominum  
 dies. O præsidium optimorum citata curricula. Iam  
 te



te Seueriane tota prouincia desyderamus. Enimue-  
 ro Honorinum & honos suus ad præturam uocat,  
 & fauor Cæsarum ad consulatum format, & amor  
 noster in presentiarum tenet, & spes Carthaginis in  
 futurum spõdet, uno solatio freta exempli tui, quod  
 qui legatus mittitur, proconsul ad nos citò reuersu-  
 rus est. Sol qui candentem firuido cursu, atq; equis  
 flammam citatis feruido ardore explicas. Itemq; lu-  
 minis eius luna discipula, nec non quinq; ceteræ ua-  
 gantium potestates: iouis beneficia, Veneris uolupti-  
 ca, pernex Mercurij, pernitiõsa Saturni, Martis igni-  
 ta. Sunt & aliæ mediæ deũ potestates, quas licet  
 sentire, non datur cernere, ut amoris cæterorumq;  
 id genus, quorum forma nõ uisitata, uis cognita, quæ  
 item in terris, utcumq; prouidentie ratio poscebat,  
 alibi montium uertices arduos extulit, alibi campõ-  
 rum supinam planiciem coequauit. Item quæ ubiq;  
 distinxit amnium fluores, pratorũ uiuores. Item de-  
 dit uolatus auibus, uolutus serpentibus, cursus feris,  
 gressus hominibus. Pariter enim ut qui herediolum  
 sterilem, & agrum scruposum, meras rupinas, et sen-  
 ticeta miserè colunt. Quoniam nullus in te quis suis  
 fructus est, nec ullam illic aliam frugem uident, sed  
 infelix lolium, & steriles dominantur auenæ, suis fru-  
 gibus indigent, aliena furatum cunt, & uicinorum  
 flores

flores decerpunt, scilicet ut eos flores arduis suis ni-  
 secant. Ad eundem modum qui suae uirtutis sterilis est.

**Psitacus** auis, Indiae auis est, instar illi, minimo minus  
 quam columbarum sed ne colorum columbarum. Non enim la-  
 eteus ille uel liuidus, uel utrumque subluteus, aut sparsus  
 est, sed color Psitaco uiridis, et intimis plumulis, et  
 extimis palmulis, nisi quod sola ceruice distinguitur. Eni-  
 uero ceruicula eius arculo mince, uelut aurea torqui,  
 pari fulgoris circumactu, ingitur et coronatur. Rostrum  
 prima duritia, cum in petram quampiam coactus altissimo uo-  
 latu praecipitat, rostro se, uelut anchora, excipit. Sed  
 et capitis eadem duritia, quae rusticum sermonem no-  
 strum cogitur emulari, ferrea clauicula caput tundi-  
 tur, imperium magistri ut persentiscat: haec ferula di-  
 scenti est. Discit autem statim pallus usque ad duos aeta-  
 tis suae annos, dum facile os, uti confirmetur, cum te-  
 nera lingua uti conubretur. Senex autem captus et  
 indocilis est et obliuiosus. Verum ad disciplinam hu-  
 mani sermonis facilius est Psitacus, glande qui uesci-  
 tur, et cuius in pedibus, ut hominis, quinque digituli nu-  
 merantur: Non enim omnibus Psitacis id insigne, sed  
 illud omnibus proprium, quod eis lingua latior quam  
 ceteris auibus, eo facilius uerba hominis articulan-  
 tur, patientiore plectro et palato. Id uero quod di-  
 cit, ita similiter uobis canit, uel potius eloquitur, ut uo-

**Propriū**

**Psitaca**

am si audias, hominem putes Nam quidē, si uideas  
 Corui & idem conari non eloqui. Verum enim uero et coruus  
 Psitaci ser & Psitacus nihil aliud quā quod didicerunt pro  
 mones. nuntiant. si conuitia docueris, conuiciabitur, diebus  
 ac noctibus perstreperens maledictis: Hoc illi carmen  
 est, hanc putat cantionem. Vbi omnia quæ didicit  
 maledicta percensuit, denuò repetit eandem cantile  
 nam. Si carere conuitio uelis, lingua excidenda est,  
 aut quā primū in syluas suas remittēdus est. Nō enim  
 mihi philosophia id genus orationis largita est, ut na  
 tura quibusdam auibus breuem et temporarium can  
 tū cōmodauit. Hirundinibus matutinum, cicadis meri  
 dianum, noctuis serum, ululis uespertinum, buboni  
 bus nocturnū, gallis antelucanū. Quippe hæc animā  
 lia inter se uario tempore et uario modo occurrūt et  
 occipiūt carmine. Scilicet galli expergisco, bubones  
 gemulo, ululæ querulo, noctue intorto, cicada obstre  
 pero, hirundines perarguto. Sed enim philosophi  
 ratio & oratio tempore iugis est, & auditu uenerā  
 bilis, et intellectu utilis, et modo omni cana. Hæc atq;  
 hoc genus alia partim cum audiret à Diogene Cra  
 tes, alias sibimet ipse suggereret, deniq; in forum  
 exiit, rem familiarē abiecit, uelut onus stercoreis, ma  
 gis labori quā usui. Dein coetu factō maximam ex  
 clamat Crates inquit, Crates te manumittes. Exinde  
 non

non modò solus uerùm nudus et liber omnium, quoad  
 uixit beatè uixit. Adeoq; eius cupiebatur, ut uirgo **Crates ad**  
 nobilis spretis iunioribus ac ditioribus prociis, ultro **amatus**  
 neum sibi optauerit. Cumq; inter scapulū rates re=  
 texisset, quod erat aucto gabbere, peramq; cum haec  
 lo et pallium humi posuisset, eamq; suppellectilem si  
 bi esse puellæ profiteretur, eamq; formam, quã uide=  
 rat, proinde sedulo cōsuleret, ne post querela eam ca  
 peret. Enimvero Hipparchæ conditionē accipit. Tam  
 dudum sibi prouisum satis, et satis consultum respō  
 dit, neq; ditiozem maritum, neq; formosiorcm uspiã  
 gentium posse inuenire, proinde duceret, quò libe=  
 ret. Dux cynicis in porticum ibidem in loco celebri  
 coram luce clarissima accubuit, coramq; uirginem im  
 manuisset paratam constantia, in xeno pro cinctu pal  
 liastri, circumstantis coronæ obtutu, magistru in  
 secreto defendisset. **Samos** Icarid in mari modica in=  
 sula est, ex aduersum Miletos, ad occidentem eius si=  
 ta, nec ab ea multò pelagi dispicitur. Vtrumuis cle=  
 menter nauigantē, alter dies in portu sistit. Ager fru  
 mento piger, aratro irritus, fecundiore oliucto, nec  
 uinitori nec olitori sculpsitur. Ruratio omnis in sarca  
 lo et surculo, quorum prouentu magis fructuosa in=  
 sula est, quàm frugifera. Ceterum et incolis fricquēs  
 et hospitibus celebrata. Oppidum habet nequaquam



pro gloria, sed quòd fuisset amplum semiruta moentum multifariam indicant. Enimvero sanum iunonis antiquitus famigeratum, id sanum secundo littore, si rectè recordor, uiam uiginti haud amplius stadia oppido abest. Ibi donarium deæ per quàm opulentum, plurima auri & argenti ratio, in lancibus, speculis, poalis et huiusæmodi utensilibus. Magna etiam uis æris, uario effigiatu, ueterrimo & spectabili opere. Vel tamen ante arã Bathylli statua à Polycrate tyranno dicata, qua nihil uideor effectius cognouisse. Quidã Pythagoræ eam falso existimant. Adolescens est, uisenda pulchritudine, crinibus, fronte parili separata, per malas reuulsus. Ponè autem coma prolixior interlucentem æruicam scapularum finibus obumbrat. Ceruix succi plena, malæ uberes genæ teretes, ac modico mento iaculatur, etq; prorsus citharædius status, deam conspiciens canenti similis, tunica picturis uarietatã, decorsus ad pedes deiectus, ipsos Græcanico cingulo chlamyde uelat, utrũq; brachium ad usq; articulos palmarum. Cætera decoris instrumentis dependent. Cithara baltheo cælata, apta structim sustinetur manus eius tenera procerule leua distantibus digitis neruos molitur. Dextra psallentis gestu suo sabulum citharæ ad mouet, ceu parata percutere. Cum uox in cantico interquieuit,  
interim

interim canticum uidetur ore tereti, semibianibus  
 inconatu labellis eliquare. Verū hæc quidem statuo  
 esto cuiuspiam puerum, qui Polycratē tyranno di-  
 lectus, Anacreonteum amicitie gratia cantilat. Cæ-  
 terum multum abest, Pythagoræ philosophi statuā  
 esse, & natu samius, & pulchritudine apprimè in-  
 signis, & psallendi, musicæq; omnis multo doctissi-  
 mus, ac serme id eui, quo Polycrates samum potie  
 batur. Sed haud quaquā philosophus tyranno di-  
 lectus est. Quippe eo commodum dominari orso,  
 profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Me-  
 sarco nuper amisso, quē comperior inter sellularios  
 artifices, gemmis faberrimè sculpendis, laudem ma-  
 gis quā opem quæsisse. Sunt qui Pythagoram ai-  
 unt eo temporis inter captiuos Cambysæ regis Ae-  
 gyptum cum adueheretur, doctiores habuisse Per-  
 sarum Magos, ac præcipuè Zoroastrem, omnis di-  
 uini arcanum antistitem, posteaq; cum à quodam  
 Gillo Crotoniensium principe recuperatum. Ve-  
 rum enimvero celebrior fama obtinet, sponte cum  
 petisse Aegyptias disciplinas, atq; ibi à sacerdoti-  
 bus cerimoniarum incredendas potentias, numero-  
 rum admirandas uices, geometriæ solertissimas for-  
 mulas didicisse: nec his artibus animu expletum,  
 mox Chaldaeos, atq; inde Brachmanas. Hi sapientes Brachma

Mesarcus

Pythago  
ra. præce  
ptores.

uiri sunt, Indiae gens est, eorum ergo Brachmanum  
 Gymnosophistas adisse. Chaldaei syderalem scientiam  
 numinum uagantium status, ambitus, utrorumque, ua-  
 rios effectus in genituris hominum ostendere, nec  
 non medendi remedia mortalibus, latis pecunijs, ter-  
 ra, caeloque, & mari conquesta. Brachmanae autem ple-  
 raque philosophiae eius contulerunt, quae mentium do-  
 cumenta, quam corporum exercitamenta, quod partes  
 animi, quot uices uitae, quae dijs manibus pro merito  
 suo cuique tormenta uel praemia. Quam etiam Pherecy-  
 des Syro ex insula oriundus, qui primus uersum ne-  
 xu repudiato, conscribere ausus est, passim uerbis so-  
 luto loquutus, libera oratione. Eum quoque Pythago-  
 ras magistrum coluit, et infandi morbi purgatione, in  
 serpentium scabiem solutum, religiose humauit. Fer-  
 tur et penes Anaximandrum Milesium naturabi-  
 lia commentatus. Necnon et Cretensem Epimenidem  
 inclytum fatiloquum, et Platonem disciplinae grae-  
 cae sectatus. Itemque Leodamantem, et Creophilum disci-  
 pulum, qui et Creophilum memoratur poetae Homeri  
 hospes, et emulatores, canendi fuisse. Tot ille do-  
 ctoribus eruditus, tot tanquam multijugis comitibus di-  
 sciplinarum toto orbe haustus, uir praesertim inge-  
 nio ingenti, ac profecto super captum hominis ani-  
 mi angustior, primus philosophiae nuncupator et cre-  
 ditus

Pherecy-  
 des.

Creopili-  
 tiam  
 Creopili-  
 pulum  
 lus

ditor, nihil prius discipulos suos docuit quã tacere,  
 primaq; apud eum meditatio, sapienti futuro linguã  
 omnem coercere, uerbaq; quæ uolantia poëte appel  
 lant, ea uerba detractis pinnis intra murũ candentium  
 dentium, premere. Prorsus, inquam hoc erat  
 primum sapientiæ rudimentum, meditari, condiscere,  
 loquitari de discere. Non in totum æuam tamen Pythagoræ  
 uocem desuescebant, nec omnes pari tempore elim  
 gues magistrum sectabantur, sed grauioribus uiris, scipulos  
 breui spacio satis uidebatur taciturnitas modifica  
 ta. Loquaciores enim uero sermẽ in quinquennium institutio  
 uelut exilio uocis, puniebantur. Porrhò noster Platonem  
 to nihil ab hac secta, uel paululum deuius Pythagoræ  
 rissat. An plurimis æquẽ & ipse in nomen eius à mag  
 gistris meis adoptatus, utrunq; meditationibus acad  
 demicis didici, & cum dicto est opus, impigrẽ dice  
 re, & cum tacito opus est, libenter tacere. Quam ma  
 deratione uidcor ab omnibus tuis antecessoribus,  
 haud minus opportuni silentij laudem quam tem  
 pestiue uocis testimonium consecutus.

Floridorum secundi libri finis,



L. APV.  
LEII MADAVRENSI  
PHILOSOPHI PLATO  
NICI FLORIDO  
RVM LIBER  
TERTIVS.



Riusquã uobis occipiam principi  
pes Auguste gratias agere, obsta  
tuam quã mihi presenti honestè  
postulastis, et absenti benignè  
decreuistis, prius uolo causam  
uobis allegare cur aliquã multos dies à cõspectu au  
ditorij absuerim, cõtulerimq; me ad Persianas aquas  
gratissima prorsus et sanis natibula, et agris me  
dicabula. Quippe ita in hitui omne uitæ meæ tem  
pus uobis probare, quibus me in perpetuum firmi  
ter dedicaui. Nihil tantulum faciam, quin eius uos  
et gnaros, et iudices habeam. Quid igitur de re  
pentino ab hoc splendidiſſimo conspectu uestro di  
stulerim exemplum eius rei paulò secus simillimum  
memorabo, quã n̄ improuisa pericula hominibus su  
bitò oboriantur? De Philemone comico, de ingenio  
eius qui satis nostis, de interitu paucis cognosci e.

An etiam de ingenio pauca ¶ uultis? Poëta fuit hic ¶ uultus  
 Philemon mediæ comœdiæ scriptor, fabulas cum Me-  
 nandro in scena dictauit, certauitq; cum eo, fortasse  
 impar, certè amulus. Namq; eum, & uicit sepe nu-  
 mero, pudei dicere. Reperias tamē apud ipsum mul-  
 tos sales, argumenta lepidè inflexa, agnatos lucidè  
 explicatos, personas rebus competentes, sententias  
 uitæ congruentes, loca non infra soccum, seria non  
 usque ad cothurnum, raræ apud illum corruptelæ,  
 & uti errores concessi amores. Nec eò minus, & le-  
 no periurus, & amator feruidus, & ser uulus cal-  
 lidus, & amica illudens, & uxor inhibens, & ma-  
 ter indulgens, & patruus obiurgator, & sodalis  
 opitulator, & miles præliator. sed & parasiti eda-  
 ces, & parentes tenaces, & meretrices procaces.  
 Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis, fortè  
 recitabat partem fabule, quã recens fecerat. Cũq;  
 iam tertio actu, quod genus in comœdia fieri amat,  
 iucundiores affectus moueret, imber repente co-  
 hortus, ita ut mihi ad uos uenit usus nuperrime, dif-  
 ferri auditorij cœtum, & auditionis cœptum coë-  
 git. Reliquum tum uanis postulamentis sine inter-  
 missione de incipiti die perlecturum. Postridie igitur  
 maximo studio ingens hominum si euentia con-  
 uenere, sese quisq; ex aduersum quã proximè col-

locat. Serus adueniens amicus, annuit locum sessui,  
 impertiuunt, extimus quisq; excune ti querunius,  
 facto toto theatro, ingens supatio, occipiunt inter  
 se queri. Qui non affuerant, percontari iante di-  
 cta: qui affuerant recordari audita. Cunctisq; iam  
 prioribus gnauis sequentia expectare. Interim di-  
 es ire, neque Philemon ad conditum uenire. Qui-  
 dam tarditatem poetæ murmurari, plures defen-  
 dere. Sed ubi diutius equo sedetur, nec Philemon  
 uspiam comparet, nisi ex promptioribus qui acci-  
 perent, atque eum in suo sibi lectulo mortuum offen-  
 dunt. Commodum ille anima edita obriguerat, ta-  
 cebatq; incubans toro, similis cogitanti. Adhuc ma-  
 nus uolumini implexa, adhuc os recto libro impres-  
 sum. Sed enim iam animæ uacuus, libri oblitus, &  
 auditorij securus. Stetere paulisper qui introie-  
 rant, perculsi tam inopinata rei, tam formosæ mor-  
 tis miraculo. Deinde regressi ad populum, renun-  
 ciauere Philemonem poetam, qui expectaretur, qui  
 in theatro fictum argumentum finiret, iam domi ue-  
 ram fabulam consumasse. Enimvero iam dixisse re-  
 bus humanis ualere, & plaudere: suis uerò fami-  
 liaribus dolere & plangere. Hesternum illi imbrem  
 lachrymas auspica se, comœdiam eius prius ad fune-  
 brem facem, quam ad nuptialem uenisse. Proin quo

Philemo-  
 nis interi-  
 tus;

nam poëta optimus personam uita deposuerit, re-  
 ctà de auditorio eius exequias eundem, legenda  
 eius esse, nunc ossa, mox carmina. Hæc ego ita fa-  
 cta, ut commemorauit, olim didiceram. Sed audies  
 me meo periculo recordatus. Nam ut meministis,  
 profectò cum impedita esset imbri recitatio, in pro-  
 pinquum diem, uobis uolentibus, protuli, & qui-  
 dem Philemonis exemplo, plenissimè quippe eo-  
 dem die in palestra ad eò uehementer talum inuer-  
 ti ut minimum assuerim, quin articulum etiam à cru-  
 re destringerem, tamen articulus loco concessit,  
 exq; coluxu adhuc fluxus est, etiam dum cum in-  
 genti plaga recòcilio, iam à sudore affatim corpo-  
 re diutile obrigui. Inde acerbus dolor intestino-  
 rum coortus, modico ante sedatus est, quàm me de-  
 nique uiolentus examinaret, & Philemonis ritu  
 compelleret ante lethum abiret, quàm lectum. Po-  
 tius implere fata quàm fanda, consumare, potius a-  
 nimam, quàm historiam. Cum primùm igitur apud  
 Persianas aquas, leni temperie, nec minus utili, quàm  
 blando fomento gressum recuperavi, nondum qui-  
 dem ad innitendum idoneè, sed quantum ad uos  
 festinanti satis uidebatur, ueniebam reditum quod  
 pepigeram, cum interim uos mihi beneficio ue-  
 stro non tantum clauditatè depreffis, uerù etiam  
 pernicitatem



pernicitatem addidistis. An non properandum mihi erat, ut pro eo honore uobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram. Non quia magnitudo Carthaginis mereatur etiam à philosopho precem pro honore, sed ut integrum & intemeratum uestrum esset beneficium, si nihil ex gratia eius petitio mea depregerit. Id est ut usque quaque esset gratuitum. Neque enim aut leui mercede emit qui precatur, aut paruum pretium accipit qui rogatur, adeo ut omnia utensilia emere potius uelis, quam rogare. Id ego arbitror præcipue in honore obseruandum, quem qui laboriose exorauerit sibi, debet unam gratiam quod impetrarit. Qui uero sine modestia ambitus adeptus est, duplam gratiam præsentibus debet, & quod non petierit, & quod acceperit. Duplam igitur gratiam uobis debeo. Imò, enim uero multijugam, quam ubique equidem & semper prædicabo. sed nunc in presentiarum libro isto, ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publice protestabor. Certa enim ratio, quæ debeat philosopho, ob decretam sibi publice statuam gratias agere, à qua paululum demutauit liber, quem Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat, quem librū sperabo me commodè posse conscribere, scitis eum hodie nobiscū probare. Est enim in studijs tantus præ-

nobilior

nobilior, sic proprio ingenio quàm patritio consula-  
tu. Quibus nam uerbis tibi Acmiliane Strabo uir  
omnium qui unquam Numantie fuere aut sunt, aut  
etiam erunt, inter optimos clarissime, & inter cla-  
rissimos optime, inter utrosq; docti, imo, quibus tan-  
dem uerbis, pro hoc tuo, erga me animo gratias ha-  
biturus es, cōmōratu meo? Quā digna ratione tam  
honorificam benignitatem tuam aclebrem, qua re-  
muneratione dicendi gloriā tui facti æquiparem, nō  
dū hercle reperio. Sed sedulò et cōmentabor, & cō-  
nitar, dū memor ipse mei, dum spiritus hos reget ar-  
tus. Nam nunc in presentiarum ( neq; enim diffite-  
bor) letitia facundia obstrepit, & cogitatio uolupta-  
te impediur, ac mens occupata delectatione, mauult  
in presentiarum gaudere, quàm prædicare. Quid  
faciam? Cupio gratus uideri, sed præ gaudio nondum  
mibi uacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristi-  
oribus uelit in isto uituperare, quòd honorem meum  
non minus uereor, quàm intelligo: Quod clarissimi  
& eruditissimi uiri tanto testimonio exulto, quippe  
testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensi  
um nō minus splendidiſſima quàm benigniſſima, uir  
consularis, cui etiam notum esse tantum modo sum-  
mus honor est. Is etiā laudator mihi apud principes  
Africae uiros quodāmodo extitit. Nam ut comperi-

perior, nudiustertius libello missio, per quem postula-  
 bat locum celebrem statuæ meæ, cum primis comme-  
 moravit inter nos iura amicitiae ac commilitiæ studio-  
 rum, eisdem magistris inchoata honestè, tunc postea  
 vota mea omnia secundum dignitatis suæ gradus re-  
 cognovit. Iam illud primum beneficium, quod condi-  
 sapulum se meminit, Ecce & hoc alterum beneficium  
 quod tantus se diligere ex pari prædicat. Quin & com-  
 memoravit & alibi gentium et civitatum honores mihi  
 statuarum, & alios decretos. Quid addi potest? Et  
 hoc præconium viri consularis, imò etiam docuit ar-  
 gumento suscepti sacerdotij, summum mihi honorem  
 Carthagini adesse. Iam hoc præcipuum beneficium,  
 ac longè ante ceteros excellens, quod me vobis locu-  
 pletissimus testis suo etiam suffragio commendat. Ad  
 summam polliatus est, se mihi Carthaginè de suo statu-  
 tuam positurum, vir cui omnes provinciae quadi iju-  
 ges, & seiuges currus, ubique gentium ponere gratis  
 lantur. Quid igitur superest ad honoris mei tribu-  
 nal, & culmen ad laudis meæ cumulum? Imò enim-  
 vero quid superest, Aemilianus Strabo vir consula-  
 ris, brevis vocæ omnium futurus proconsul, sententi-  
 a de honoribus meis in Curia Carthaginiensium dixit  
 omnes eius auctoritatem secuti sunt. Nonne videtur  
 hoc vobis senatusconsultum esse? Quod Carthagini-  
 enses

enses omnes, qui in illa sanctissima curia aderāt, tam  
 libenter decreuerunt omnes locum statuere, ut illo  
 scires iccirco alteram statuam, quam ū spero, insequē  
 tem curiam protulisse, ut salua ueneratione, salua re  
 uerentiā consularis sui, uiderentur factum eius non  
 emulati, sed secuti. id est ut integro die beneficiū ad  
 me publicum perueniret. Cæterum meminere opti  
 mi magistratus & beneuolentissimi principes, man  
 data sibi à uobis quod nolebant, id ego nescire ac  
 predicarem ingratus essem, quin etiam uniuerso or  
 dini nostro, amplissimis erga me meritis, quantas ma  
 ximas possum gratias ago, atq; habeo, qui me in illa cu  
 ria honestissimis acclamationibus decorauere, in qua  
 curia uel nominari tantum modo sum, mus honor est.  
 Igitur quod difficile factu erat, quodq; reuera arduū  
 nobis existimabatur, gratum esse populo, placere or  
 dini, probari magistratibus & principibus, id præ  
 fusuē dixerim, iam quodāmodo mihi obligit. Quid  
 igitur superest ad statuæ meæ honorē, nisi oris præ  
 tium, & artificis ministerium? Quæ mihi ne in medio  
 cribus quidem ciuitatibus unquā defuere, ne in Car  
 thagine defint, ubi splendidissimus ordo etiā de rebus  
 maioribus iudicare potius solet, quàm computare.  
 Sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius. tamen  
 Quin etiam tibi nobilitas senatorum, claritudo ciuiū  
 dignitas



dignitas amicorū, mox ad dedicationem statuæ meæ libro etiam conscripto, plenius gratas canaciusq; libro mādabo, uti per omnis prouincias eat, totoq; ab hinc orbe, totoq; ab hinc tempore, laudes benefici tui ubiq; gentium semper annorum representet. Viderint quibus mos est oggerere se & otiosis præsidibus, ut impatientia linguæ commendationem ingenij querant, & affectata amicitie uestre specie gloriantur. Vtrūq; eius à me Scipio orfite longè abest. Nam & quantulumcumq; ingentū meum iam pridem pro captu suo hominibus notius est quàm ut indigeat no ue commendationis. Et gratiā tuam, tuorumq; similitum malo, quàm iactō. Magisq; sum tātæ amicitie cupitor, quàm gloriator. Quoniam cupere nemo nisi uerè putet, potest. Potest autē quouis falsò gloriari. Ad hoc ita semper ab incunte æuo bonas artes sedulo colui, eamq; existimationem morum ac studiorū cum in prouincia nostra, tum etiā Romæ penes amicos tuos quæsisse me, tute ipse locupletissimus testis es, ut non minus uobis amicitia mea expessenda sit, quàm mihi uestra est concupiscenda. Quippe nō prompiē ueniā impertire, rarenter ad eundē assiduitatē eius, requirentis est summumq; argumētum amoris frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseuerantem celebrare, desinentem desiderare. Quoni-

am necesse est eiusdem esse cuius angat absentia. Cæ-  
 terum uox cohibita silentio perpeti non magis usu  
 iuerit, quàm nares grauedine oppletæ, aures spiri-  
 tu obsecratæ, oculi albugine obducti. Quid si manus  
 manicis restringantur? Quid si pedes pedicis coar-  
 tètur? Iam rector nostri animus aut somno soluatur, *ὁμοίωσις*  
 aut uino mergatur, aut morbo sepeliatur: profectò ut  
 gladius usu splendet, situ rubignat, ita uox in uagi-  
 na silētij condita, diutino corpore hebetatur. Desue-  
 tudo omnibus pigritiam, pigritia ueternum parit.  
 Tragedi adeò, ni cotidie proclamant, claritudo ar-  
 terijs obsolescit. Igitur identidem boando purgant  
 rauim. Ceterum ipsius uocis hominise exercendi casus  
 labor superuacaneo studio plurisariam superatur. Si  
 quidem uocæ hominis & tuba rudore toruior, & ly-  
 ra concentu uariator, & tibia questu delectabilior,  
 & fistula susurru iocundior, & bucina significatu  
 longinquior. Mitto decem mutorum animalium im-  
 mediatos sonores, distinctis proprietatibus admiran-  
 dos: ut est taurorum grauis mugitus, luporū acutus  
 ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hi-  
 laris hinnitus. Nec non auium instigati angores, nec  
 non leonum indignati fremores, ceteraq; id genus  
 uoces animalum truces ac liquidæ, quas infesta rabi-  
 es, uel propitia uoluptas ciant. Pro quibus homini

Orpheus.  
Arion.

uox diuinitus data, angustior quidem, sed maiorem  
habet utilitatem, menibus quam auribus delectatio-  
nem. Quo magis celebrari debet frequenter usur-  
pata, & quidem non nisi adiutorio, tanto uiro præ-  
sidere. In hac excellenti celebritate multorum crudi-  
torum, multorum benignorum, e quidem & si fidi-  
bus apprimè calerem, non nisi confertos homines  
consectarer. In solitudine cantilauit Orpheus, in syl-  
uis, inter delphines Arion. Quippe si fides fabulis,  
Orpheus exilio desolatus: Arion nauigio præcipita-  
tus. Ille immanium bestiarum delinitor, hic misericor-  
diū beluarū oblectator: ambo miserrimi catores, quia  
nō sōtē ad laudē, sed necessariō ad salutē nitebātur:  
eos ego impēsus admirarer si hominibus potius, quā  
bestijs placuissent. Ausus hæc secretaria, ut inquam  
magis congruerint merulis, & lusanijs, & olovi-  
bus. Et merulæ in remotis tesquis fringultiunt, lusā-  
niæ insolitudine Africana canticam adulescētia gar-  
riunt, olores apud auos fluuios carmen senectæ me-  
ditantur. Enimvero qui pueris, & adolescentibus,  
& senibus utile carmen prompturus est, is in medijs  
nūlibus hominum cantat, ita ut hoc meum de uirtutē  
bus oris: a carmen est, serum quidem fortasse, sed se-  
riū, nec minus gratum quam utile Carthaginensi-  
um pueris, iuuenibus, et senibus quos indulgētia sua  
precis

præcipuus omnium proconsul subleuauit, tempera-  
toq; desyderio, & moderato remedio, dedit pueris  
saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securi-  
tatem. Metuo quidem Scipio, quoniam laudes tuas  
attigi, ne me in præsentiarum refrenes, uel tua gene-  
rosa modestia, uel mea ingenua uerecundia. Sed ne-  
queo quin ex plurimis, quæ in te mitissimo admira-  
mur, ex his plurimis, quin uel paucissima attingam.  
Vos ea mecum ciues ab eo seruati, recognoscite.

L. APV-  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO-  
NICI, FLORIDO-  
RVM LIBER  
QVARTVS.



Anta multitudo ad audiendum cõ-  
uenisset, ut potius gratulari Cartha-  
gini debeam, quòd tam multos cru-  
litionis amicos habet, quàm excu-  
sare quòd philosophus nõ recusaue-  
rim dissertare. Nam & pro amplitudine ciuitatis  
frequentia collecta, & pro magnitudine frequentie



locus delectus est. Præterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pavimenti marmoratio, nec prosœ scenij cõtubulatio, nec scenæ columnatio, sed nec altitudinum eminentia, nec lacunarium reflexgentia, nec sedilium circumferentia, nec quod hic aliàs minus habetur, comædus sermocinatur, tragædus uociferatur, funerepus periclitatur, præstigiator furatur, histrio gesticulatur, cæteriq; omnes ludiones ostentant populo, quod cuiusq; artis est. Sed istis omnibus supersehis, nihil amplius spectari debet, quàm conuenientium ratio, & dicentis oratio. Quapropter ut poëtæ solent, hic ibidem varias ciuitates substituere, ut ille tragicus, qui in theatro dici solet liber, qui augusta hæc loca Cithæronis colis. Itē ille comicus, qui paruum partem postulat Plautus loci. De nostris magnis atq; amœnis mœnibus, Athenas quos in architectis conferam. Non secus & mihi licet nullam longinquam & transmarinam ciuitatem hic, sed enim ipsius Carthaginis, uel curiam uel bibliothecam substituere. Igitur pròinde habetote, si curia digna proiulerò, ut si in ipsa curia me audiatis, si crudita fuerint, ut si in bibliotheca legantur. Quo utinam mihi pro amplitudine auditorij proluxa oratio suppeteret, ac nō hic maxime clauderetur, ubi me facundij. imū cuperem sed uerum uerbum est profecto quod aiunt: Nihil quicquam

quam homini tam prosperum diuinitus datum, quin  
 & tamen admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiã Mel cũ fel  
 in amplissima quaq; lætitia subsit quæpiam uel par= le semper  
 ua querimonia, coniugatione quadam mellis & fel permixtũ  
 lis. Vbi uber, ibi tuber, id ego cum in aliãs tum etiã  
 nunc in præscutiãrũ usu experior. Nam quanto ui= deor  
 plura apud uos habere ad commendationem su= fraga, tanto sum ad  
 dicendum nimia reuerẽtia uestri cunctatior. Et qui penes  
 extraneos sæpenu= mero promptissimè disceptauit, idem nũc  
 penes me= os hæsit, ac mirum dictu, ipsis illecebris deterrcor,  
 etsi multis refrenor, & incitamentis cohibeor. At non multa  
 mihi apud uos adhortamina suppetunt, quod sum uobis nec  
 lare alienus, nec pueritia inuisi= tatus, nec magistris peregrinus,  
 nec secta incogni= tus, nec uoce inauditus, nec libris illectus improba=  
 tũsue. Ita mihi & patria in concilio Africæ, id est ue= stro,  
 & pueritia apud uos, & magistri uos. Et secta licet Athenis  
 Atticis confirmata, tamen hic inchoã= ta est. Et uox mea utraq;  
 lingua iam uestris auribus ante proximum sexennium  
 probè cognita. Quin et libri mei non alia deniq;  
 laude charius censentur, quàm quòd iudicio uestro comprobãtur.  
 Hæc tanta ac totijuga inuitamenta communia non minus uos  
 ad audiendum prolectant, quàm me ad dicendũ

retardant. Faciliusq; laudes uestras alibi gentium, quam apud uos predicarim, ita apud uos cuiq; modestia obnoxia est. Apud extraneos autem ueritas libera semper adco, & ubiq;. Vos quippe ut parentes, ac primos magistros meos celebros, mercedemq; uobis rependo. Non illam, quam Protagoras sophista pepigit, nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit, & accepit. Video quid postuletis, utraque narrabo. Protagoras, qui sophista fuit longe multiscius, et cum primis rhetoricæ reperiitoribus persacundus, Democriti physici ciuis æqueuus, inde ei suppeditata doctrina est. Hunc Protagoram aiunt,

**Protagoras.**

**Protagoras**  
**re cum Euathlo**  
**con-**  
**certatio.**

cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem numis uerberem, conditione temeraria pepigiſſe, ut sibi tum demum id argenti daret, si primo tyrocinio agendi penes iudices uicisset. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula iudicantium, & de cepula aduersantium, & artificia dicentium, uersutus, alioquin ingeniatuſ ad astuciam facile perdidit, contentuſ q; scire quod concupierat, cepit nolle quod pepigerat, sed callidè neſtendis moris frustrari magistrum, diuileq; nec aſſerere uelle, nec reddere, usq; dum Protagoras eum ad iudices prouocauit. Expoſitaq; conditione, qua docendum receperat, anceps argumentum ambisariam propoſuit. Nam siue ego

uicero,

uicero, inquit, soluere mercedem debebis, ut con-  
 demnatus: seu tu uiceris, nihilominus reddere debe-  
 bis ut pactus. Quippe qui hanc causam primam pe-  
 nes iudices uiceris: ita si uincis in conditionem inci-  
 disti. Si uinceris, in damnationem, quod quæris. Ra-  
 tio conclusa iudicibus acriter & inuincibiliter uide-  
 batur. Enimuero Euathlus, utpote tanti ueteratoris  
 perfectissimus discipulus, biceps illud argumentū  
 retorfit. Nam si ita est, inquit, neutro modo, quod pe-  
 tis debeo. Aut enim uinco, & iudicio dimittor. Aut  
 uincor, & pacto absoluo, ex quo non debeo merce-  
 dem, si hanc primam causam fuero penes iudices ui-  
 ctus. Ita me omnimodo liberat si uinco, conditio: si  
 uincor, sententia. Nonne uobis uidentur hæc sophi-  
 smatum argumenta, obuersa inuicē, uice spinarum,  
 quas uentus cum uoluerit inter se cohercere, pari-  
 bus utring; aculeis, simili penetratione, mutuo uul-  
 nere? Atq; ideo merces Protagoræ tam aspera, tam  
 senticosa uersutis & auaris relinquenda est, cui sed  
 multo tanto præstat illa altera merces, quā Thalē me-  
 morat suasisse. Thales Milesius ex septē illis sapiē-  
 tia memoratis uiris facile præcipuus: enim geome-  
 tricæ penes Graios primus rector, et naturæ rerū  
 certissimus explorator, et astrorū pitissimus cōtem-  
 plator

Thaletis  
 inuenta.



plator, maximas res, paruis lineis reperit, temporū  
 ambitus, uentorum flatus, stellarum meatus, tonitru  
 um sonora miracula, syderum obliqua curricula, so  
 lis annua reuerticula. Idem lunæ uel nascentis in  
 crementa, uel senescentis dispendia, uel delinquer  
 tis obstacula. Idem sanè iam procliui senectute diui  
 nam rationem de sole commentus est, quam equi  
 dem non dici modò, uerum etiã experiundo cõpro  
 bauerit. Quotiens sol magnitudine sua circulum, quem  
 permeat, metiatur, id à se recens inuentum Thales  
 memoratur edocuisse Mandraytum Fricennensem,  
 qui noua, & inopinata cognitione impendio dele  
 ctatus, optare iussit, quantam uellet mercedem sibi  
 pro tanto documento rependi. Satis inquit mihi fu  
 erit mercedis Thales sapiens, si id, quod à me didi  
 cisti, cum proferre ad quospiam cœperis, tibi nõ ad  
 scriueris, sed eius inuenti me potius, quã alium reper  
 torem prædicaueris. Pulchra merces prorsum, ac  
 tali uiro digna & perpetua. Nam & in hodiernum,  
 ac dehinc semper Thali ea merces persoluetur ab  
 omnibus nobis, qui eius caelestia studia uerè cogno  
 uimus. Hanc ego uobis mercedem Chartagnenses  
 ubiq; gentium dependo pro disciplinis, quas in pue  
 ritia sum apud uos adeptus. Vbiq; enim me uestra  
 ciuitatis alumnum sero, ubiq; uos omnimodis laudi  
 bus

Mandray  
 tus.

bus celeberrimas uestras disciplinas studiosius percolo,  
 uestras opes gloriosius prædico, uestros etiam de-  
 os religiosius ueneror. Et nunc quoque igitur princi-  
 pium mihi apud uestras aures auspiciatissimum ab  
 Aesculapio deo capiam, qui arcem nostræ Carthagi-  
 nis indubitabili numine propius strepit. Eius dei  
 hymnum Græco, & Latino carmine uobis occinā,  
 iam illi à me dedicatum. Sum enim non ignotus illi-  
 us agricola, nec recens cultor, nec ingratus antistes,  
 ac iam & prorsa et uorsa facundia ueneratus sum,  
 ita ut etiam nunc hymnum eius utraq; lingua canā,  
 cui dialogum similiter Græcum & Latinum præte-  
 xui, in quo sermocinabantur Suidius Seuerus, &  
 Iulius Persius, uiri & inter se mutuò, & nobis, &  
 utilitatibus publicis merito auicissimi: doctrina, &  
 eloquentia, & beneuolentia, paribus. Incertum mo-  
 destia quietiores, an industria promptiores, an ho-  
 noribus clariore. Quibus cum sit summa concor-  
 dia, tamen hæc sola æmulatio, & in hoc unum certa-  
 men est, uter eorum magis Carthaginem diligat, at-  
 que summis medullitus uiribus contendunt ambo,  
 uincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus, & uo-  
 bis auditu gratissimum, mihi compositè congruen-  
 tem, & dedicatur religio summo in principio libri  
 ratio quendam ex his qui mihi Athenis condidice-

Suidius  
 Seuerus.  
 Iulius  
 Persius.

Asclepiades.

re percontari à Persio Græcè, quæ ego pridie in templo Aesculapij differuerim, paulatimq; illis Scuerum adiungo. cui interim Romane lingue partem dedi. Nam & Persius, quamuis & ipse optimè Latine possit, tamen hodie uobis Attici sabbat. Asclepiades, ille inter præcipuos medicorum, si unum Hippocratem excipias, cæteris princeps primus etiã uino reperit ægris opitulari, sed dando scilicet in tẽpore. Cuius rei obseruationẽ probè callebat, & qui diligentissimè animaduerteret uenarũ pulsus inconditos, uel præclaros. Is igitur cum fortè in ciuitatẽ sese reciperet, & rure suo suburbano rediret, aspexit in pomerijs ciuitatis funus ingens locatũ, plurimos homines ingenti multitudine qui exequias uenerat circumstare, omnis tristissimos & obsolescentissimos uestitu. Propius accessit, ut incognosceret more ingenij, quis nam esset, quoniã percõtanti nemo responderat. At nõ ut ipse aliquid in illo ex arte reprehenderet. Certè quidem tacenti homini, ac prope deposito fatũ attulit. iam miseri illius mēbra omnia aromatis perspersa, iam os ipsius unguine odoro delibutum, iam eum pollutũ, iam coenæ paratũ cõtemplatus enim diligentissimè, quibusdã signis animaduertit, etiã atq; etiam pertractauit corpus hominis, et inuenit in illo nitam latentẽ, cõsistim exclamauit

uiuere

uiuere hominem . Procul igitur faces abiegerent,  
 procul ignes amolirentur, rogum demolirētur, coe-  
 nam feralem à tumulo ad mensam referrent. Mur-  
 mur intereā exortū, partim medico credendū dice-  
 re, partim etiā irridere medicinā. Postremò pro-  
 pinquis etiā hominibus inuitis, quod ne iam ipsi hæ-  
 reditatē habebant, an quòd adhuc illi fidem nō ha-  
 bebant, egrè tamē ac difficulter Asclepiades impe-  
 trauit breuē mortuo dilationē. Atq; ita uestillonū  
 manibus extortū, uelut ab inferis postliminio domū  
 retulit, cōfestimq; spiriū recreauit, cōfestim animā  
 in corporis latibulis delitescētē, quibusdam medi-  
 camentis prouocauit. Sapientis uiri super mensam  
 celebre dictū est. Prima inquit cratera ad sitim per-  
 tinet secūda ad hilaritatē, tertia ad uoluptatē, quar-  
 ta ad insanā. Verū enim uero Musarū cratera uer-  
 sa uice quanto crebrior, quantoq; meracior, tanto  
 propior ad animi sanitatem. Prima cratera literato-  
 ris ruditer eximit. Secunda grammatici doctrina in-  
 struit. Tertia rhetoris eloquentia armat. Hactenus  
 à plerisq; potatur. Ergo & alias crateras Athe-  
 nus bibi, poëtice commentam geometricæ limpi-  
 dam, Musica dulcem, dialecticæ amarulam. Iam  
 uerò uniuersitas philosophiæ inexplebilem scilicet  
 nectariam. Canit enim Empedocles carmina, Pla-

Quatinus  
 bibendū.



Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus mo-  
dos, Xenophon historias, Xenocrates satyras. Apu-  
leius noste: hec omnia, nouemq; Musas pari studio co-  
lit, maiore scilicet uoluntate quã facultate. Eoq; pro-  
pensius fortassis laudandus est, quod omnibus bo-  
nis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Ita  
ut circa in maleficijs etiã cogitata scelera, nõ perfe-  
cta adhuc, iudicantur cruenta mente, pura manu. Er-  
go sicut ad poenam sufficit meditari puniendã, sic, et  
ad laudem satis est conari prædicandã. Quæ autẽ

**Carthagi-  
nis com-  
mendatio** maior laus aut certior, quã Carthaginem benedicere,  
ubi tota ciuitas cruditißimi estis, penes quos om-  
nem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostentãt,  
senes docent. Carthago prouinciæ nostræ magistra  
uenerabilis, Carthago Africæ Musa celestis. Cartha-  
go Camœna togatorum. Habet interdum et necessa-  
ria festinatio † honestatis mores, sepe uti malis inter-  
pellatam uoluntatem. Quippe & illis, quibus curri-  
culo confecta uia opus est adco, ut præoptent pen-  
dere equo, quã carpẽto sedere, propter molestias  
farcinarum, & pondera uehicularum, & moras or-  
bium, & salebras orbicularum. adde & lapidum glo-  
bos, & caudicũ toros, & camporũ riuos, & collũ  
cliuos. Hisce igitur moramẽtis omnibus qui uolunt  
deuitari, aduectorẽ sibi met equum deligunt diuini-  
fortitudinis,


fortitudinis, uiuacis pernicitatis, idem & ferre ualidum, & iræ rapidū. qui campos collesq; gradu perlabitur. Imò, ut ait Lucilius, tum cum eo equo per uiam concito peruolant. si quem inter eā conspiciantur ex principibus uiris, nobilem hominem, bene confultum, bene cognitum, quanquā oppidò f. sinent, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, reuelāt gradum, retardant equum. Et illico in pedes desiliunt, fruticem, quem uerberando equo gestant, eam uirgam in leuam manum transferunt. Itaq; expedita dextra ad eunt, auscultant, & si diutule ille quipiam percernetur, ambulant diutule & fabulantur. Deniq; quantum in officio libenter insumūt. Crates ille Diogenis sectator, qui ut lar familiaris apud homines ætatis suæ Athenis cultus est, nulla domus ei unquā clausa erat, nec erat patris familiæ tam absconditum secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret. Litium omnium, & iurgiorum inter propinquos disceptator atq; arbiter. Quod Hercules olim poëtæ memorant, monstra illa immania hominum ac ferarum uirtute subegisse, orbemq; terræ purgasse, similiter aduersum iracundiam, & inuidiam, atq; auaritiam atq; libidinem, cæteraq; animi humani monstra & flagitia: philosophus iste Hercules fuit, eas omnes pestis mentibus exegit, famili-

Crates.

Hercules  
philosophus.

as purgavit, malitiam perdomuit, seminudus & ipse  
 & clava insignis etiam Thebis oriundus, unde Her-  
 culem fuisse memoria extat. Igitur priusquam plane  
 Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus  
 est, lectum genus, frequens famulitium, domus, am-  
 plo ornata uestibulo, ipse bene uestitus, bene prædia-  
 tus: post, ubi intellexit nullum sibi uitæ famulare præ-  
 sidium legatum, quo fretus ætatem agat, omnia fluxa,  
 infimaq; esse, quicquid sub cælo diuitiarum est, eas  
 omnes ad bene uiuendū quicq; esse, sicuti nauē bonā  
 fabrē factam, bene intrinsecus cōpactam, & extrin-  
 secus eleganter depictam, mobili clauo, firmis ruden-  
 tibus, proccero malo, insigni carthesio, splendētibus  
 uelis, postremo omnibus armamētis idoneis ad usum  
 & honestis ad contēplationem. Eā nauē si aut guber-  
 nator nō agat, tēpestas agat, ut facile cū illis egregijs  
 instrumētis, aut profunda hauserint, aut scopuli co-  
 mnuerint. Sed & medici cum intrauerint ad egrū  
 uti usant, nemo eorum quōdā tabulina perpulchra  
 in ædibus cernant, & lacunaria auro oblita, & gre-  
 gatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo  
 circa lectum stantes egrum, iubet uti sit animo bo-  
 no. Sed ubi iuxtim consedit, manum hominis prehē-  
 dit, eam pertractat, uenarum pulsus & momenta  
 captat. Si quid illic turbatum atq; inconditum offer-  
 dit

dit illi renuntiat, malè morbo haberi. Diues ille cibo interdicitur, ea die, in sua sibi copiosa domo panem nō accipit, cum interea totum eius seruitium hilares sunt, atq; epulantur. Nec in ea re quicquam efficit conditione.


**L** AP V  
 LEII M A DAVRENSIS  
 PHILOSOPHI PLATO  
 NICI DED OGMATIS  
 PLATONIS LIBER  
 V N V S.



Platoni habitudo corporis co- Plato Arē  
 gnomētū dedit. Nāq; Aristocles *Aristocles dē*  
 prius nominatus, Ariston ei fuis *ctus.*  
 se pater dictus est. Ceterū Pe  
 rictione Glauci filia mater fuit,  
 et de utroq; nobilias satis cla-  
 ra. Nam Ariston pater per Codrū ab ipso Neptuno *Ariston*  
 originem duxit. Ab Solone sapientissimo, qui legum *pater Pla*  
 Atticarum fundator fuit, maternus deriuatus est san *tonis.*  
 guis. Sunt qui Platonem augustiore conceptu pro-  
 satum dicunt. Cum quidam Apollinis figuratio Peri-  
 ctioe se miscuisset, mense etiā qui apud Atticos Thar-  
 gilion



gilion dicitur, natus est, die qua apud Delon Latona fertur a pollinem Dianamq; peperisse. Fride Socratem genitū accepimus. Somnium etiam Socratis circumferunt. Nam uidisse sibi uisum esse Cigni pullum ex altari, quod in academia Cupidini consecratum est, uolasse, & in eius gremio residisse, & postea olorem illum, pennis cælum petisse, canore musico auditus hominum deorumq; mulcentem. Cum hoc ergo Socrates in conuentum hominum referret, Ariston Platonem puerum oblaturus Socrati magistro commodum prosequeretur. Quem ubi aspexit ille, ingenuumq; intimum de exteriori conspicatus facie, hic ille erat amici, inquit de academia Cupidinis Cygnus. Talis igitur, ac de talibus Plato, non solum heroum uirtutibus præstitit, uerum etiam æquiparauit diuūm potestatibus. Nam Speusippus domesticus instructus documentis, pueri eius in ære paratissimo ingenium, & admirandæ uerecundiæ indolem laudat, & pubescentis primitias labore atq; amore studendi imbutas refert, & in uiro harum incrementa uirtutum & cæterarum conuenisse testatur. Ex ijsdem genitoribus Glauco & Adimanthus præcepto ei fratres fuerunt. Doctorem habuit in prima literatura Dionysium. At in palestra Aristonem Argis oriundum, tantosq; progressus exercitatio contulit ei,

ut Pythia Isthmia de lucta certauerit, picturæ non  
 aspernatus artem. Tragedis & dithyrambis se uti  
 lem finxit, iamq; carminum confidentia elatus, cer-  
 tatorcm se profiteri cupiebat, nisi Socrates humilita-  
 tem cupidinis ex eius mentibus expulisset, & ueræ  
 laudis gloriam in eius animum inscrere curasset. Et  
 antea quidem Heracliti secta fuerat imbutus. Verum  
 cum se Socrati dedisset, non solum ingenio atq; do-  
 ctрина cæteros socraticos uicit, uerum etiam labore  
 et elegantia illustrauit. Sapienciã ab eo sibi traditam  
 labore quoq; asserere nisus est, et elegantia per quã  
 uenustate & maiestate uerborũ, plurimum adhibuit  
 dignitatis. Sed postea quã Socrates hominis reli-  
 quit, quæsiuit unde proficeret, & ad Pythagora di-  
 sciplinam se contulit. Quam, & si ratione diligenti,  
 & magna instructam uidebat, rerum tamen con-  
 tinentiam, & castitatem magis cupiebat imitari, &  
 quod Pythagoreorum ingenium adiutum alijs dis-  
 ciplinis sentiebat. Ad Theodorum Cyrenas, ut geome-  
 triam disceret, est profectus: ad astrologiam aduq;  
 Aegyptum iuit petatum, ut inde prophetarum etiam  
 ritus ad disceret. Et ad Italiam iterum uenit, & Py-  
 thagoreos, Euritum Tarentinũ, et seniore Archy-  
 tã sectatũ, atq; ad Indos & Magos intẽdisset animũ  
 nisi eum bella tunc uelissent Asiatica. Quapropter

inuenta Parmenidis ac Zenonis studiosius executus  
 ita omnibus (quæ admirationi sunt singula) suos li-  
 bros expleuit, ut primus tripartitam philosophiam  
 copularet, sibiq; inuicem necessarias partes neq; pu-  
 gnare inter se tatummodo sed etiam mutuis adiuua-  
 re auxilijs, ostenderit. Nam quanuis de diuersis offi-  
 nis hæc ei essent philosophiæ membra suscepta, natu-  
 ralis ab Heraclitis, intellectualis à Pitagoreis, rati-  
 onalis atq; moralis ipso Socratis fonte, unum tamen  
 ex omnibus, & quasi propriij partus corpus efficit.  
 Et cum principes harum familiarium impolitas sen-  
 tentias, & incomptas auditoribus tradidissent, eas  
 hic, cum oratione limando, tum ad oratiõis augustæ  
 honestissimam speciem deducendo, perfectas atq; eti-  
 am admirabileis fecit. Multi auditorum eius utrusq;  
 sexus in philosophia floruerunt. Patrimonium in hor-  
 tulo, qui academiæ iunctus fuit, & in duobus mini-  
 stris, & in patera, qua dijs supplicabat, reliquit. Au-  
 ri tantum, quantum puer nobilitatis insignæ in auri-  
 cula gestauit. Cæterum tres eius ad Siciliam aduen-

Tres Pla- tus, mali quidam carpunt, diuersis opinionibus disse-  
 tonis adsi- rentes. Sed ille primo historiæ gratia, ut naturam  
 ciliam pe- Aetnæ, & incendiæ concaui montis intelligeret. Se-  
 regrinati- cundo, petitu Dionysij, ut Siracusanis assisteret, pro-  
 ones, fectus est, & ut municipales leges eius provincie di-  
 sceret

sceret. Tertius eius aduentus fugientem Dionem im-  
 petrata à Dionysio uenia, patrie suæ reddidit. Quæ  
 autem consulta, quæ dogmata Græcè licet dici ad uti-  
 litatem hominum, uiuendiq; & intelligendi, & lo-  
 quēdi rationem extulerit, hinc ordiemur. Nam quo-  
 niā treis parteis philosophiæ cōgruere inter se pri-  
 mus obtinuit, nos quoq; separatim dicemus de singu-  
 lis, à naturali philosophia facientes exordium. Initia  
 rerum esse tria arbitratur Plato, deum, & materiā  
 rerumq; formas, quas idæas idem uocat, in absolutas  
 informes, nulla specie, uel qualitatis significatione di-  
 stinctas. Sed hæc de deo sentit, quòd sit incorporeus  
 is unus ait aperimetros, genitor, rerumq; omnium  
 extor, beatus, & beatificus, optimus, nihil indigēs  
 ipse conferens cuncta. Quem quidem cælestem pro-  
 nuntiant, indictum, innominabilem, & ut ait ipse  
 ἄσπαστος ἀκατάνομος. Cuius naturam inuenire diffi-  
 le est, si inuenta sit, in multos eam enuntiari non pos-  
 se. Platonis hæc uerba sunt: θεὸς ὧσα πρὸς οὐ γένεσις,  
 οὐ γένεσις δὲ ἀδύνατι δὲ θεὸν γένεσις ἡδὲ δύνατι  
 intellexisse autem impossibile. Materiā uerò impro-  
 creabilem, incorruptamq; commemorat, non ignem  
 neq; aquā, nec aliud de principijs absolutis elemen-  
 tis esse, sed ex omnibus primam figurarum capace-  
 factioniq; subiectam, adhuc rudem, & figurationis,

Initia re-  
 rum tria.  
 Qualis  
 deus.



qualitate uiduam. Deus artifex conformat uniuersa. Infinitam uerò ideo, quod ei sit interminata magnitudo. Nam quod infinitū est, indistinctum magnitudinis habet finem, atq; ideo, cum uiduata sit sine, in finibilis rectè uideri potest. Sed neq; corporea, neq; sanè incorporea esse concedit. A deo autem nō putat corpus, quòd omne corpus specie qualicunq; non caret. Sine corpore uerò esse nō potest dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat, sed ui, et ratione sibi eam uideri corporam. Atq; ideo, nec actu solo, neq; tamen sola opinione cognitionis intelligi. Namq; corporea propter insignem euidentiam sui, simili iudicio cognosci. Sed quæ substantiam non habent corporam, cogitationibus ea uideri, unde adulterata opinione, ambigam huius materiae intelligi qualitatem. Ideas uerò, id est formas omnium simplices, & eternas esse, nec corporales tamē. Esse autem ex ijs, quæ deus sumpserit, exēpla rerū, quæ sunt eruntue nec posse amplius, quàm singularum specierum singulas imagines in exemplaribus inueniri, gignentiumq; omnium ad instar cære, formas & significationes ex illa exemplorū figuratio e signari.

Due essen<sup>tiæ</sup> quas essentias dicimus, duas esse ait, per quas cuncta uic. gignantur, mundu q; ipse, quarum una cogitatione sola cōcipitur, altera sensibus subijci potest. Sed illa que

que mentis oculis comprehenditur, semper, & eodem modo, & sui par, ac sui similis inuenitur, ut que uerè sit. Etenim altera opinione sensibili, & irrationabili æstimanda est, quam nasci, & interire ait, & sic superior uerè esse memoratur. Hanc uerè nõ esse possumus dicere. Et primæ quidem substantiæ uel essentiæ primùm deum esse, & mentem, formas que rerum, & animam secundæ substantiæ, omnia que informantur, quæq; gignuntur, & que ab substantiæ superioris exemplo originem ducunt, que mutari, & conuerti possunt, labentia, & ad instar fluminum profuga adhuc illa, quam dixi intelligenti substantiæ, quoniam constanti nititur robore, & que de ea disputantur, ratione stabili, & fide plena sunt. At huius que ueluti umbra & imago est superioris, rationes quoque & uerba, que de ea disputantur, inconstanti sunt disciplina. Initium omnium corporum materiam esse memorauit. Hanc et signari impressione formarum. Hinc prima elementa esse progenita, ignem, & aquam, terram, & aëra. Que si elementa sunt, simplicia debent, neque ad instar syllabarum, nexu mutuo copulari. Que istis euenit, quarum substantia multimoda potestate, comitione conficitur. Que cum ordinata, permixtaq; essent, ab illo edificatore mundi deo, ad ordinem, numeris, et

Prima elementa.

mensuris, in ambitum deducta sunt. Hæc è plurimis  
 elementis ad unum redacta esse, & ignem quidem  
 & aëra, & aquã habere principiũ ex trigono, quæ  
 fit anguli recti nõ paribus angulis. Et prioris qui-  
 dem formæ tres species existere pyramidem, &  
 octangulum, & vigesies angulam spherã, nõ parti-  
 bus. Terrã uerò, directis quidẽ angulis, trigonis, et  
 paribus esse. Et prioris quidem formæ tres species  
 existere, pyramidẽ octangulam, & uiginti angulã.  
 Spheram et pyramidẽ figurã ignem in se habere,  
 octangulã uerò aëris, angulatã uigesies spherã aque  
 dicatam esse. Equipedũ uerò trigonum efficere ex  
 sese quadratũ. Quadratũ uerò cubum, quæ terræ sit  
 propria. Quapropter mobilem pyramidis formam  
 igni dedit, quòd eius celeritas agitationi uideatur  
 esse consimilis. Secundæ uelocitatis octangula spher-  
 ra est. Hanc aëri detulit, qui leuitate & permeita-  
 te post ignem secundus esset. Vigesimalis spheræ est  
 loco tertio. Huius forma fluida & uolubilis, et aque  
 similior est uisa. Restat tesseraũ figura. Quæ cũ sit  
 immobilis, terræ constantiã nõ absurdẽ sortita est.  
 Et alia initia inueniri forsitan posse, aut quæ deo no-  
 ta sunt, uel ei qui sit dijs amicus. Sic de primis ele-  
 mentis igni & aqua, cæterisq; & illa constare parti-  
 culatim, animalium, & inanimantiũ corpora, mun-  
 dumq;

dumq; omnē ex omni aqua, totoq; igni & aëris uni  
 uersitate, cunctaq; terra esse factū, & nō solum nul  
 lam horū partē extra orbem relinqui, sed nihil qui  
 dem eius & extrinsecus inueniri. Hæc autē inuicē  
 ex se apta et cōnexa esse. Idcircoq; in igne atq; in ter  
 ra, et aqua et aëre esse situs. Et sicut ignis aëris co  
 gnatiōe cōiungitur, ita humor affinitati terrene iun  
 gatur. Hinc unū esse mundū, & in eo omnia, nec re  
 lictum esse locū, neq; elemēta superesse, ex quibus  
 alterius mundi corpus possit esse. Ad hæc attributa  
 est ei perpetua iuuetus, & inuiolata ualitudo. Eoq;  
 nihil præterea extrinsecus est relictū, quod corrup  
 pere posset eius ingenū, et si superesset, nō eū lede  
 ret, cū ita apud se ex omni parte cōpositus atq; ordi  
 natus foret, ut aduersantia & cōtrariæ naturæ, di  
 sciplinaq; eius officere nō possent. Idcirco aut p̄  
 fectissimo & pulcherrimo mūdo instar pulchræ et p  
 fectæ spheræ à fabricatore deo quesitū est, ut sit ni  
 hil indigens, sed operiens oīa, cōercēq; continua  
 pulcher & admirabilis, suiq; similis, sibiq; respon  
 dens. Hinc illi & septē motus locorū habeātur, pro  
 gressus & retrocessus, dexterioris ac sinistri, sur  
 sum et deorsum nitentiū, et quæ in gyrū, circuitūq;  
 torquentur. Hæc una mūdo relicta est sapientia &  
 Prudentia propria, ut rationabiliter uolueretur. Et

Mundus.



hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit, ali-  
 á. originē habere, natumq; esse Nullū autē eius ex-  
 ordium atq; initium esse, ideoq; semper fuerit. Na-  
 tuum uerò uideri quod ex his totius natura & sub-  
 stantia cōstet, quæ nascendi sortitæ sunt qualitatem.  
 Hinc & tangitur et uidetur: sensibusq; corporis est  
 obuius. Sed quod ei nascēdi causam deus præstitit,  
 ideo immortalis est semp futurus. Animā uerò ani-  
 mantis omniū non corporeā esse, nec sanē periturā  
 cū corpore fuerit absoluta, omniq; gignentiū esse se-  
 niorē, atq; ideo et intēperare, et regere ea, quorū cu-  
 ram fuerit, diligentiaq; secuta, ipsamq; semp, et per  
 se moueri, agitatricē aliorū, quæ natura sui immota  
 sunt, atq; pigra. Sed illā cælestem animā, fontem ani-  
 marū omniū optimā, et sapientissimā uirtutē esse ge-  
 nutricē, subseruire fabricatori deo, et præsto esse ad  
 omnia inuenta eius annunciat. Verū substantiā men-  
 tis eius numeris, et modis cōfici cōgeminitis ac mul-  
 tiplicatis argumētis, incremētisq; per se, et extrin-  
 secus partis, & hinc fieri, ut Musicæ nūdus, et cano-  
 re moueatur, naturasq; rerū binas esse, & earū al-  
 terā esse, quæ ueniat in mentē, quā quidē *ἡσυχία*,  
 Id est opinabilē appellat ille, & quæ uideri oculis,  
 & attingi manu possit: alterā cogitabilē, et intelligi-  
 bilem. Detur enim uenia nouitati uerborū, rerū ob-  
 scuritatibus seruienti, & superiorē quidē partem

Duplices  
 rerum na-  
 ture.

mutabile esse, ac facile contuenti. Hanc aut, quæ mens  
 tis acie uidetur, et penetrabili cogitatione percipitur,  
 atq; cõspicitur, incorruptã, immutabile, constantẽ,  
 eandẽq; & semp esse. Hinc et duplicẽ rationẽ, inter **Duplex**  
 pretationẽq; dicit. Nãq; illa uisibilis, fortuita et muta **ratio.**  
 p̄seueranti suspitione colligitur. At hæc intelligibilis  
 uera perenni, & cõstanti ratione, pbatur esse. Tem  
 pus uerò cui esse imaginẽ, siquidẽ tẽpus mouetur, **Tempus**  
 & penitas fixa & immota est natura, & ire in eã  
 tẽpus, & in eius magnitudinẽ finiri, ac dissolui pos  
 se, siquãdo hoc decreuerit fabricator mundi deus.  
 Eiusdẽ tẽporis spatijs mẽsuras mūdane cõuersatio  
 nis intelligi. Solis quippe et Lunæ globũ, hoc facere  
 ceteraq; stellas, quas rectẽ erroneas & uagas dici  
 mus, nostræ enim sup earũ cursibus opiniones, dispu  
 tationesq; possunt in errorẽ intellectu inducere. Cæ  
 terũ ille rerũ ordinator ita reuersiones earũ, ortus,  
 obitus, recessus, moras, p̄gressusq; cõstituit, ut ne mo  
 dico quidẽ errori locus esset. Dies q̄ppe cũ nocti  
 bus mensũ spacia cõplere, menses uicissim annorum  
 orbis inuoluũt, nec prius, q̄ signa hæc in lucẽ arde  
 re cœperũt, iniri potuerũt temporũ numeri, peritu  
 rã esse obseruationẽ cõputationis huius, si hic olim  
 chorus antiquus steterit, nãq; ut mẽsuræ & reuersi  
 ones temporũ noscerentur, circuitusq; mūdi uidera  
 tur, solis intensa sunt lumina uicissim, ut quies desy

derata proueniret animāibus, opacitas est inuenta  
 notis, mensesq; effici, cū luna circuli sui cōpleto cur  
 riculo, ad eundē locū reuertatur. Anni uerō spacia  
 concludi, cū sol quadrimas temporū cōtigerit uices,  
 & ad idem signū fuerit inuectus. Horū enumera  
 tio in se reuertentiū, et à se proficiscentiū intellectu  
 cogitatiois inuenit. E se autē stellarū nihilominus cæ  
 teros ambitus, legitimis curriculis perpetuò serua  
 tis, quos uix hominū solertia cōprehendit. Vnde fit  
 ut & magnus ille uocitatus annus, facile noscatur,  
 cuius tēpus implebitur, cum uaganitiū stellarū comita  
 tus ad eundē peruenerit finē, nouūq; sibi exordiū,  
 & itinera per uias mundi reparauerit. Globorum  
 uerō cælestiū inter se nexorū per uices mutuas, om  
 niū supremū esse eū, qui inerrabili motu cēsetur,  
 eius amplexus cæteros coëceri, & esse à planes. Pri  
 mum ordinē secun dū Saturno datū, Ioui tertium,  
 Martē quartū tenere, quintū Mercurio dari, sextū  
 Veneris esse, septimū Solis itineribus incodi, octa  
 uum meriri Lunā, exinde elementis omnia ac prin  
 cipijs occupari. Ignē autē alijs superiorē esse, mox  
 aëris locum. Hinc aquæ proximū, et tunc globū ter  
 ræ in medio situm equalē loco, ac figura immobilem  
 stare. Hos astrorū ignes, spheris affixos perpetuis,  
 atq; indefēsis cursibus labi, et hos animales deos di  
 cit e se. Spherarū uerō ingeniū ex igne coalitum et

Annus ma  
 gnus.  
 Septē stel  
 le inerra  
 tice.

fabricatū. Iā ipsa animantiū genera in tres species Animan-  
 diuiduntur. Quarū una est ex natura ignis eiusmo- tium gene-  
 di, qualē Solem & Lunā uidemus, ceterasq; syderū ra-  
 stellas. Alterū ex aëria qualitate, hanc esse demonū  
 dicit. tertiū ex aqua, terraq; coalescere, et mortale  
 genus corporū ex eo diuidi, terrenū atq; terrestre.  
 Sic enim *χοιρὰ* censuit nomināda, terrenūq; esse ar-  
 borū, ceterarūq; frugum, quæ huius fixæ uitam tra-  
 hūt. Terrestria uerò quæ alit ac sustinet tellus. De **Deorum**  
 orum trias nuncupat species, quorū est unus sum- **species.**  
 mus primus & solus ille, ultra mundanus, incorpo-  
 reus, quē patrē & architectū huius diui orbis supe-  
 rius ostendimus. Aliud genus est quale astra habent,  
 ceteraq; numina, quos *calicolas* uocamus. Tertium  
 habēt quos *medioximos* Romani ueteres appellāt, q; **Calicola**  
 ex sui ratione & loco & potest. te dijs summis sunt **medioxi-**  
 minores, hominū natura proficere maiores. Sed oīa **mi.**  
 quæ naturaliter et propterea rectē fiuntur, proui-  
 dentia custodia gubernātur, nec ullius mali causa deo  
 poterit ascribi. Quare hæc omnia ad fati sortē ar-  
 bitrantur esse ferenda. Ita enim desinit, prouiden- **Proui-**  
 tiam esse diuinam sententiam, coseruati icem pro- **dentia.**  
 speritatis eius, cuius causa tale suscipit officium. Di-  
 uinam legem esse fatum, per quod inuitabileis co **Lex diui-**  
 gitationes dei, atq; incepta cōplentur. Vnde siquid na-  
 prouidentia agitur, id agitur etiam fato, et q; fato ter-



minatur, providētia debet susceptū uideri, et primā quidē providentiā esse summi, exuperatissimūq; deorū omnium, qui nō solū deos cælicolæ ordinavit, quos ad tutelā, & decus p̄ omnia mūdi mēbra dispersit, sed natura etiā mortalibus deos, q̄ pręstaret sapientia ceteris terrenis animāibus, ad æuitatē tēporis edidit, fundatisq; legibus rei quarū dispositionū, ad tutelā rerū, quas quotidie fieri necesse est dijs ceteris tradidit, unde susceptā providentiā dij secundę

**Demões.** providentię ita grauter retinet, ut oīa etiā, quę a cælestibus mortalibus exhibētur, immutabilē ordinatiōnis paternę statū teneāt. Dæmones uerō, quos genios et larceis possumus nūcupare, ministros deorū arbitrantur, custodesq; hoīm, et interpretes, siquid a dijs uelint, nec sanē oīa referenda ad uim fati putat. Sed esse aliquid in nobis, & infortuna nō nihil, et fortunę improuidos casus ignorari a nobis facitur. Instabile enim quiddā, & incurres intercedere ea solere, quę cōsilio fuerūt, & meditatione suscepta, quę nō patiatur, meditata ad finē uenire, & tunc quiddē tum impedimentū illud utiliter puenit, res illa felicitas nōiatur. At ubi repugnationes istę nociuę erūt in

**Infelicitas** felicitas dicitur. Omnium uerō terrenorū, nihil homine

**Anima do** præstātius, prudentia dedit. Quare ijdē homines bene

**mixa cor=** pronunciarūt esse animam corporis dominā. At

**poris.** enim cū tres ptes animi dicat esse: rationabilē, id est

Tres potentiam me.

mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcem tenere: irascentiam uerò procul à ratione, ad domicilium cordis deductam esse, obsequi eam & respondere in loco sapientiæ: Cupidinem atq; appetitum potestrem portionem, infernas ab dominis sedes obtinere, ut popinas quasdam & latrinarum latebras, diuersoria nequitie atq; luxuriæ. Relegatam uerò in arco longius à sapientia hanc partem uideri, ne importuna uianitas, & rationem constitutam de super cunctorum saluti, in ipsa cognationum uanitate perturbaret. Totum uerò hominem in capite uultuq; esse. Namq; prudentiam, sensusq; omnes, non alias, quam illa parte corporis contineri. Cætera enim membra anallari & obseruire, cibos & alia subministrare, uectare, ut in sublime possit, ut dominum atq; rectorem, prudentiaq; eius à periculis uendicare. Sed machinamenta quibus ad sentiendas diiudicandasq; qualitates sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta, in conspectu rationis, ut intelligendi atq; persentendi ueritas adiunctur. Sensus uerò ipsi ad ea quæ sunt sensibilia, aptè composita, nature intelligentiæ cognatum tenent, ac oculorum acies perlucidas esse, eas quadam luce uisionis illustres, noscendi literas officium tenere. Auditionem uerò æreæ nature partem, aeris nuncijs percipere sonores. Iam gustus

con. men

commendatos, tactum etiam terrenum atq; corpore-  
 um solidiora, quæcunq; contingi offendiq; possunt  
 sentire. Eorum etiam quæ corrupta imitantur, sepa-  
 randa uis intelligenda est. In media namq; regione  
 oris nares natura cõstituit, quarum symphonia odor  
 cum spiritu com meat conuersiones, aut mutationes  
 odoratus causas dare, easq; de corruptis, uel adustis,  
 uel madescentibus, uel madefactis sentire, cū quidem  
 ea queruntur uapore, & fumo exhalantur, odor in  
 his iudicium sensusq; succedunt. Nam si restent inte-  
 grè, & aër purius nunquam eiusmodi auras inficiūt.  
 Et sensus quidem ipsi nobis communes sunt cum cæ-  
 teris animantibus. At enim hominis solertia eiusdem  
 modi beneficio diuino instructior aptiorq; quod au-  
 ditus ille est uisusq; præstantior oculis, namq; metitus  
 est cælum, siderum circuitus, & astrorum obitus atq;  
 ortus, cum significantibus spacia comprehendit, ex  
 quo pulcherrimus et uberrimus fons ille philosophiæ  
 profluxit. Auditum uerò quid homini magnificentius  
 potuit euenire? per quem prudentiam sapientiamq;  
 disceret, numerosq; orationis metiretur, ac modos fa-  
 ceret, fieretq; totus ipse modulatus ac musicus. Lin-  
 gua & dentium uallum, et ipsius osculi uenustus acc-  
 sit, quod quidem alijs animantibus ad explendam ui-  
 ctus necessitatem, inferendasq; uentri copias compa-  
 ratum

Auditus  
 homini.

Lingua  
 hominis.

ratum est, sed hominis promptuarium potius re-  
 clationis, & suauiſimæ datum est, ut quæ prudētia † suauiſiē  
 corde conceperit, ea sensa promat oratio. Sed totius  
 corporis habitus & figura membrorum alia condi-  
 tione sunt optima, atq; longē peiora. inferiora regū-  
 tur optimatū præstantia, & ipsa ministeriū suggerūt  
 uictuale. Pedes deniq; humōtenus capiti obediunt,  
 ac superciliorum sepes præmuniunt oculos, ne desu-  
 per prouat, quod tenebras uisiones, melleisq; pertur-  
 bet. Pulmones loco, ac sui genere, cordi plurimū con-  
 sulunt. Cum exardeſcit ira, trepidansq; aterioribus Pulmo.  
 motibus uertex cordis ipsius madens sanguine, pul-  
 monis excipitur melleitia, sili, frigore. Splenem uero Splen.  
 iecori non frustra esse finitimum, ut eius redundan-  
 tia participatis haustibus releuet, abstergatq; ea, quæ  
 sordium fuerint, purumq; ac sinærum præstet, quod  
 maxime fibris est commodum. Ventrem gyris intesti-  
 norum circumplexum, & nexibus impeditum esse, Venter.  
 ne esculenta & poculenta sese penetrarent, sed ut  
 retenta perulisser utilitatem sui, & sensum animanti-  
 bus exhiberēt, neq; exhaustis & labētibus ijs, quæ in se  
 rūtur, momētis omnibus appetēdi cibi necessitas in-  
 neret et ad hæc unū occupari nobis dies, noctesq; ne ce-  
 re esset. Visaribus ossa: ut tecta, eadē reuincta sunt Viscera.  
ne ruis,



neruis, & tamen ea, quæ sunt internuntia sentie nã di, sic sunt operta uisceribus, ne crassitudine sensus hebetentur. Illa etiam quæ in iuncturis & copulis nexa sunt, ad celeritatem facilius semouendã, haud multis impedita sunt uisceribus. Deniq; ipsius capitis uerticem spectata contactum tenui cute, capillisq; hirsutum uidebis, aduersum uim frigoris, et caloris.

**Cibatus.**

Quid de cibatu ipso loquar? quem itinera ex utero manentia, fibris iecoris adiuncta dissipant in cruoris similitudinẽ uersum, ut eũ ex eo loco per omnes artus natura solers deriuari faciat. Sed regione cordis uenarum meatus oriuntur, per pulmonis spiracula uiuacitatem transfèrentes, quam de corde suscepunt, & rursus ex illo loco diuise per membra in totum hominem iuuant spiritum. Hinc ille anhelandi uices haustæ, redditæq; alterno modo, ne mutuis impediatur ocursoibus. Venarum diuersæ sunt qualitates, quas ad procurandum è regione seruitium, per medullas renum commearc, & suscipi ignium loco certum est, & rursus uenarum genitale semen humanitatis exire. At cum totius corporis dicat esse substantias, primam uult uideri ex igne & aqua & cæteris elementis, aliam ex consimilibus partibus uiscerum, ossiculorum, cruoris, & cæterorum, tum eam de discrepantibus diuersisq; membris, id est capite uero

**Vene qualitates.**

utero, et articulis disparibus, unde substantia, quæ de  
 simplicibus constat elementis, si id, quod ex necessita  
 te uictus extrinsecus arrogatur, quomodo congruit  
 generi singulorum, qualitatem corporis temperemque  
 custodit, & illis quæ de consimilibus robur, his quæ  
 inter se disparia supra diximus, pulchritudinem nu  
 trit, & simul æqualitas ista siccæ, humidæ, feruentis, ac  
 frigidi, sanitatem, uireis. speciemque largitur, sicut illa  
 intemperas atque immoderata permixtio singulis uni  
 uersisque uitiatæ alijs æleri exitio corripitur. Tripar *Anima tri*  
 titam animam esse dicit, primam eius rationabilem *partita.*  
 esse partem. Aliam excandescentiam, uel irritabilem.  
 Tertiam appetitum, eandemque cupiditatem possumus  
 dicere. Sed tunc animanti sanitatem adesse, uireis, &  
 pulchritudinem, cum ratio totam regit, parentque in  
 feriores due partes, concordemque inter se iracundia  
 & uoluptas, nihil appetunt, nihil mouet, quod inuti  
 le esse dixerit ratio. Eiusmodi ad æqualitatem par  
 titibus animæ temperatis, corpus nulla perturbatione  
 frangitur. Alioquin inuehit ægritudinem inualenti  
 amque & sceditatem, cum incompositæ & inæquales  
 inter se erunt, cum irascuntiam & consilium subege  
 rit, sibi que subiecerit cupiditas, aut cum dominam illam  
 reginamque rationem licet obsequente & placata cupi  
 dine ira flagrantior uicerit. Sed ægritudinem mentis *Ægritu=*  
do mentis.

stultitiã dicit esse, eamq; in parteis duas diuidit, quarum unam imperitiã nominat, alteram insaniã uocat, & imperitiã morbum ex gloriosa iactatione contingere, cum eorum quorum ignarus est aliquis scientiam mentitur. Furorem uerò pessima consuetudine & libidinosa uita solere euenire, hancq; insaniã nominari, quã uitiosa qualitas corporis prodidit, cum ea que sunt rationi parata in ipso uerticæ importunis auxilijs coartantur. Atenim tunc hominem esse perfectum, cum anima & corpus equaliter copulatur, & inter se cõueniunt, sibiq; respondent, ut firmitas mentis præualentibus corporis uiribus non sit inferior.

**Corpus** Corpus uerò tunc natiuis incrementis augetur, cum quãdo ualitudinis portio procurata salubriter modum ne-  
lidum fit. cessarij uictus nesãt excedere, nec ualitudo obteritur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarane immoderatus inuicti, uel non ut oportet digesti distributiq; per corpus. Tunc enim artus ac membra uigoris debiti modum, & uireis retinens, cum id quod infertur ad totius corporis conseruationẽ, ueluti singillatim exæquatum cunctis partibus diuiditur. Verum enim uero cum id nimium sit, tunc sequi exitium corporis.

FINIS.

L. APVLEI

L. APV-  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO-  
NICI, DE PILOSO-  
PHIA LIBER  
VNV S.



Oralis philosophia caput est, Faustine fili, ut scias, quibus ad beatam vitam perueniri rationibus possit. Verum ad beatitudinem ante alia bonorum sine contingenti, ut ostendam, que de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia existima ac prima per se dicebat esse, per perceptionem cetera fieri bona existimabat. Prima bona esse deum summum, mentemque illam quam <sup>tr̄p̄</sup> <sup>voip̄</sup> idem uocat Secundum ea, illas, que ex priorum fonte profluerent, esse animi uirtutes, prudentiam, iustitiam, pudicitiam, fortitudinem. Sed his omnibus prestare prudentiam. Secundam numero ac potestate continentiam posuit. Has iustitiam sequi. Fortitudinem quartam esse. Diffidentiam hanc bonorum esse constituit. Partim diuina per se et prima, simplicia dici bona, alia hominum, nec eadem omnia existimari, diuina quippe esse, atque  
bb a simplicia

Que bona.



simplicia uirtutes animi. Minora autem bona eaq̄  
 quorundam esse quæ cum corporis commodis con-  
 gruunt, ut illa quæ nominamus externa, sapientibus  
 & cum ratione ac modo uiuentibus, sunt sanè bona  
 stolidis, & eorum usum ignoratibus, oportet esse ma-  
 la. Bonum primum est uerum, & diuinum, illud opti-  
 mum, & amabile, & concupiscendum, cuius pulchri-  
 tudinem rationabiles appetunt mentes, natura duce  
 instructæ eandem eius ardore, & quod non omnes  
 adipisci queunt. Qui neq; primi boni adipiscendi sa-  
 cultatem possunt habere, ad id feruntur, quod homi-  
 num est. Secundum, nec commune multis, nec quidē  
 omnibus similiter bonum. Nanq; appetitus, & ad ali-  
 quid cupido, aut uero bono incitatur, aut eo, quod ui-  
 deatur bonum, unde natura duce cognatio quædam  
 est cum bonis, ei animæ portioni, quæ rationi cōsen-  
 tit. Accidens autem bonum esse putatur, quod cor-  
 pori, rebusq; uementibus extrinsecus, copulatur, &  
 aliquando quidem, qui natura imbutus est, ad seque-  
 dum bonum, non modò sibi in intimum putat, sed  
 omnibus etiam hominibus, nec pari, aut simili modo,  
 Hominis uerum etiam unumqueng; acceptum esse, dehinc pro  
 natiuitas. x. mis, et mox cæteris, qui familiari usu, uel notitia iun-  
 guntur, hominem ab stirpe ipsa, neq; absolutè bonū,  
 nec malum nasci, sed ad utrumq; procliuè ingenium  
 esse,

esse, habere quidem semina quaedam utrarūq; verū cum nascendi origine copulata, quæ educationis disciplina in partem alterā debeant emicare. Doctoresq; puerorū, nihil antiquius curare oportet, quā ut amatores uirtutum, uel inter se moribus, & institutis eos ad id profus imbibere, ut regere, & regi discant magistro iustitia. Quare præter cætera induci ad hoc cæteros oportere, ut sciant, quæ sequenda fugiendaq; sint, honesta esse, ac turpia illa uoluptatis hæc laudis. Hactenus de decoris ac turpitudinis, honesta eademq; quæ sunt bona, confidenter optare nos oportere. Tria genera ingeniorū ab eo sunt comprehensa, quorū præstans, egregium appellat unum, alterum deterrimū, pessimumq; tertiumq; ex utroq; medio temperatū, medium nuncupauit. Mediocritatis huius uult esse participem puerum docilem et uirum progredientē ad modestiā, eundemq; cōmodum, ac uenustum. Eiusmodi enim medietates inter uirtutes & uitia intercidere dicebat. Tertiū quiddam ex quo alia laudāda, alia culpāda essent. Inter scientiam ualidam, alteram falsam peruicaciam, & abstinētiā, intemperantiāq; posuit, fortitudinē ac timori medios pudorem, & ignauiā fecit. Horum quoq; quos mediocres uult uideri, neq; since

Tria genera ingeniorum.

ras esse uirtutes, nec uitia tamen mera & intempe-  
**Malitiosi** rata, sed hinc atq; inde permixta esse. Maliciam ue-  
 rò deterrimi & omnibus uitijs imbuti hominis dice-  
 bat esse, quod accidere dicebat, cum optima & ra-  
 tionabilis proportio, & quæ etiam imperare ceti-  
 ris debet, seruit alijs. Ille uerò uitiorum doctores  
 iracundia & libido, ratione sub iugo missa domi-  
 nantur, eandem malitiam de diuersis constare, ab  
 undantia, inopiaque. Nec solum ea in qualitatis  
 uitio claudicare arbitratur, sed etiam incumbere  
 dissimilitudinem. Neque enim posset cum bonitate  
 congruere, quæ à semetipsa tot modis discrepet,  
 & non solum disparilitatem, sed etiam concinnita-  
**Partiū d=**  
**nimarum**  
**defectus.** tem præsegerat. Quapropter tres partes animæ,  
 tribus dicit uitijs urgeri. Prudentiam indocilitas  
 impugnat, quæ non abolitionem infert scientiæ, sed  
 contraria est disciplinæ discendæ. Huius duas ab  
 eo species accepimus, imperitiam, & fatuitatem.  
 Quarum imperitia scientiæ, & fatuitas pruden-  
 tiæ inueniuntur inimicæ. Iracundiam, audacia. Eius  
 comitatum sequuntur indignatio & incōmobilitas,  
 ἀκαλυψία. dicta Græce, ἀκαλυψία. Itā enim dixerim quæ non  
 extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore desi-  
**Cupiditas** cit immobili. Cupiditatibus luxuriam applicat, id  
 est appetitus uoluptatem, & desiderium, ad fruend-  
 dum

dum, potiendūque haustus inexplebiles. Ex hac manat auaritia, atque lasciuia, quarum altera liberalitatem coërceat: altera immoderatus fundendo, patrimonij prodigat facultates. Sed uirtutes Plato habitum esse dicit mentis, optimè & nobiliter figuratæ, quæ concordem sibi quietem, constantem etiam cum faciunt, cui fuerint fideliter intimatæ: non tantummodo uerbis, sed factis & etiam secum & cum cæteris. Hoc uerò procliuus, si ratio in regni sui solio constituta sit, appetitus & iracūditas semper domitas et infrenis habet. ipsæq; ita obediunt, ut tranquillo ministerio fungantur, Vnumodam uerò esse uirtutem, quod bonum suapte natura adminiculo non indiget, perfectum autem cum sit, solitudine debet esse contentum, nec solum qualitas, uerum etiam similitudo cum uirtutis ingenio coniungitur. Ita enim secum ex omni parte congruit, ut ex se apta sit, sibiq; respondeat. Hinc etiam medietates, easdemq; uirtutes ac summitates uocat. Nec solum quòd careant redundantiæ et egestate, sed quòd in medietate quodam uitiorum sitæ sunt. Fortitudo quippe circumscissitur hinc audacia, inde timiditate. Audacia quidem confidentia sit abundantia, mens uerò uitii deficientis audaciæ. Virtutum perfectæ quæ dā sunt, imperfectæ aliæ. Et im-

Virtutes.

Fortitudo

Virtu.

duplex dī

uisio.



perfectæ sunt, quæ in omnibus beneficio solo natura  
 proueniunt, uel quæ solis disciplinis traduntur,  
 et magis ratione discuntur. Eas igitur, quæ ex omni-  
 bus his constant, dicimus esse perfectas. Imperfectas  
 uirtutes semet comitari negat. Eas uerò, quæ perfectæ  
 sunt, indiuiduas sibi, & inter se connexas esse,  
 ideo maximè arbitratur, quòd ei, cui sit egregium in-  
 genium, si accedat industria usus & disciplina, quam  
 dux rerum ratio fundauerit, nihil relinquatur quod  
 non uirtus administret. Omnes uirtutes cum animæ  
 partibus diuisit, & illam uirtutem, quæ ratione sit  
 nexa, & est spectatrix omnium rerum prudentiam  
 dixit, atq; sapientiã. Quarum sapientiam, discipli-  
 nam uult uideri diuinarum, humanarumq; rerum  
 Prudentiam uerò scientiam esse intelligendorum  
 bonorum & malorum, eorum etiam media, quæ di-  
 cuntur. In ea uerò parte, quæ iracundior habea-  
 tur, fortitudinis sedes esse, uircis animæ, neruosq; ad  
 ea implenda, quæ nobis seuerius agenda legum im-  
 ponuntur imperio. Tertia pars mentis est cupidita-  
 tum, & desideriorum, cui necessariò abstinentiæ  
 comes est, quam uult esse seruatricem conuenientiæ  
 eorum, quæ natura recta, prauaque sunt. In homine  
 ad placentiam, ac mediocritatem libido reflectitur,  
 actusq; uoluptarios ratione huius dicit ac modesta  
 coërceri

Sapientia

Prudentia

coërceri. Per has treis animæ partes iustitiã equa-  
 liter diuidentes, quæ causam esse dicit, ut unaqucque  
 potioem ratione, ac modo ad fugẽdum munus obe-  
 diat. Hanc ille heros iustitiam modo nominat, nunc  
 uniuersæ uirtutis nuncupatione complectitur, &  
 item fidelitatis uocabuio nuncupatur, sed cum ei, à Beneuolẽ  
 quo possidetur, est utilis, beneuolentia est, at cum fo- tie & iu-  
 ras spectat, & est fida speculatrix utilitatis alienæ, sticiæ dia-  
 iusticia nominatur. Est & illa iustitia, quæ quartum scrimen.  
 uulgata diuisione uirtutum, locum possidet, quæ  
 cum religiositate copulantur, quarum religiositas  
 deum honori, ac supplicijs diuinæ rei mancipata est,  
 illa uero hominum societatis & concordie remedi-  
 um, atque medicina est. Duabus autem equalibus  
 de causis utilitatem hominum iustitia regit, quarum  
 est prima minorum obseruantia & diuisionum æ-  
 qualitas, & corũ quæ pacta sunt symbola, ad hæc  
 ponderum, mensurarumque cultos, & communicatio  
 opum publicarum. Secunda finalis est, & ueniens  
 ex æquitate partitio, ut singulis in agros dominatus  
 congruens deferatur, ac scrutetur bonus optimis  
 potior, minor non bonis. Ad hæc bonus quisque natu-  
 ra & industria in honoribus et officijs præseratur.  
 Pessimus ciues luce careant dignitatis. Sed ille iu-  
 stus in deferendo honore, ac seruando, modus est ci-

Rhetori-  
ca due  
partes.

Providē-  
tia du-  
plex.

quodam

qui est suffragator bonorum, & malorum subiuga-  
tor, ut semper in ciuitate emineat, quæ sunt omni-  
bus profutura, iaceant & subiecta sint, cum suis a-  
storibus uitia. Hinc rhetorica due sunt apud eum  
partes, quarum una est disciplina cōtemplatr. x bo-  
norum iusti tenax, apta & conueniens cū secta eius  
qui publicitus uult uideri. Alia uerò adulandi sā-  
entia est captatrix uerisimilium, usus nulla ratione  
collectus. Hanc rem diffiniuit Plato, quā ciuilis arti-  
culi umbram, id est imaginem noninauit. Ciuitatē,  
quam politicem uocat, ita uult à nobis intelligi, ut  
eam esse, ex uirtutum numero sentiamus, nec solum  
agentem, atq; in ipsis administrationibus, uerum spe-  
ctari ab ea uniuersa atq; discerni. Nec solum prou-  
dentia prodesse ciuilibus rebus, sed omnē sensum  
eius, atq; propositum fortunatum, & beatū statum  
facere ciuitatis. Nec eadem utilitatem animæ prochi-  
rat duobus modis. Altera nanq; legalis est, iurid-  
cialis altera. Sed prior consimilis est exercitationi,  
per quā pulchritudo animæ & robur acquiritur, si-  
cut exercitatione ualitudo corporis, gratiaq; conti-  
netur. iuridicialis illa medicina pars est. Nam mor-  
bis animæ meletur, sicut illa corporis. Has discipli-  
nas uocat, plurimumq; earum curationem cōmodita-  
tis asserre proficitur. Harum imitatrices esse coqui-  
nariam

nariam et unguentariam. Sed artem sophisticā professionemq; iuris blandam, & assentationum illecebris turpes proficientibus, inutiles cunctis, quorū sophisticam coquinæ contungit. Nam ut illa medicinæ professione interdum opinionem imprudentium captat, quasi ea quæ agit cum morborum medela conveniant, sic sophisticæ imitata iudicialē statum dat opinionem stultis, quasi iusticiæ studeat, quam iniquitati favere constat. Unguentariam uerò professores iuris imitantur. Nam sicut illa remedio vult esse, per quod species corporibus ac ualido seruentur, non modo utilitatem corporum minuit, sed robur etiam uireisq; frangit, & iterum colorem ad desidiam sanguinis mutat, sic hæc in scientiam mutata iuris, simulat quidem uirtutem se animis augere eneruato quod in illis natiuæ fuerit industriæ uirtutes eas doceri & studeri posse arbitratur, quæ ad rationabilem animam pertinent, id est sapientiā & prudentiam, & illas quæ uitiosis partibus pro remedio resistunt, id est fortitudinem & continentiam rationabiles quidem esse. Superiores uirtutes pro disciplinis haberi. Cæteras si perfectæ sunt, uirtutes appellat: si semiperfectæ sunt, non illas disciplinas uocandas esse censet, sed non in totum existimat disciplinis alienas. Iustitia uerò q; trinis animæ regionibus



gionibus sparsa sit, artem uiuendi ac disciplinam  
 putat, & nunc docilem esse, nunc usu & experie-  
 entia prouenire. Bonorum autem quædam sui gra-  
 tia asserit appetenda, ut beatitudinem, ut bonum  
 gaudium. Alia non sui gratia, ut medicinam. Alia sui  
 & alterius, ut providentiam, cæterasque uirtutes,  
 quas & sui causa expetimus, ut præstantes per se,  
 & honestas, & alterius, id est beatitudinis, quæ est  
 uirtutum exoptatissimus fructus. Hoc pacto etiam  
 mala quædam sui causa fugienda sunt, alia ceteros-  
 rum, pleraque & sui & aliorum, ut stultitia &  
 huiusmodi uitia, quæ & sui causa uitanda sunt, &  
 eorum, quæ accidere ex his possunt, id est misere-  
 riæ, atque infelicitates. Eorum, quæ appetenda  
 sunt, quædam absolutè bona dicimus, quæ semper  
 atque omnibus, cum assunt, inuehunt commoda, ut  
 uirtutes, quarum beatitudinitas fructus est. Alia  
 quibusdam, nec cunctis, uel perpetuò bona, ut ui-  
 res, ualitudo, diuitiæ, & quæcumque corporis, ac for-  
 tunc sunt. Pari pacto, & eorum, quæ declinan-  
 da sunt, quædam omnibus ac semper uideri ma-  
 la, quoniam nocent, atque obsunt, ut sunt uitia, & in-  
 fortuna quædam, alijs, nec ea semper nocere, ut æ-  
 gritudinem, egestatem, & similia. Sed uirtutē libe-  
 rā, & in nobis sitā, et nobis uolūtate appetēda, pec-  
 cata

cata uerò esse non minus libera, & in nobis sita, non tamen ea suscipi uoluntate. Namq; ille uirtutis spectator, cum eam penitus intellexit bonam esse & benignitate prestare, eam affectabit profectò, & eam sectandã existimabit sui causa. Ac item ille qui senserit uitia, non solum turpitudinẽ existimationi inuehere, sed nocere alio pacto, fraudiq; esse. Quis potest sponte ad earum consortium se ingerere? Sed si ad huiusmodi mala pergit, ac sibi usum eorum utilem credit, deceptus errore, & imagine boni, sollicitatus quidẽ, sciens uerò ad mala precipitatur, discrepes quidem à communi sententia, si non quidem ignores, quid inter pauperiẽ, ac diuitias intersit, et cum hæc in procliui sita sint, nec pauperies, honestatem, uel turpitudinem diuitiã allaturæ sint. Si egestatem rerũ uictui necessariarum copijs præferas, ineptire uidearis, & adhuc illud absurdius, si quis sanitatẽ corporis spernat, eligẽs morbos. Sed illud postremæ demetiæ est, cum quis pulchritudinem uirtutis oculis animæ uideat, utilitate m̃q; usu & ratione perspexerit, non ignarus quantum dedecoris atq; incõmodi adipiscatur, ex participatione uitiorum tamen addictum se uelit uitijs. Corporum sanitatẽ, uirẽis, indolentiam, ceteraq; eiusmodi bona extraria, item diuitias, et cetera, quæ fortunæ commoda dicimus, ea nõ simpliãter bo

na nuncupanda esse. Nam si quis ea possidens usum se  
 abdicet, ea sibi inutilia erunt. Siquis autem eorum usum  
 conuerterit ad malas artes, ea illi etiam noxia uide-  
 buntur. Unde colligitur, bona hæc simpliciter dici non  
 oportere, nec etiam ea, quæ sunt morbosa, ut paupe-  
 ricæ, cæteraque existimari mala oportet. Nam qui te-  
 nuis est, si modificatur, nullam noxam ex eo sentiet.  
 Etiam qui rectè pauperie sua utitur, non solum nihil  
 capiet incommodi, uerum ad toleranda cætera meli-  
 Pauper= or atque præstantior erit. Si igitur nec habere paupe-  
 ritas, neque eam ratione regere contrarium est, pau-  
 pertas malum non est. Voluptatem uerò neque bonum  
 esse absolutè neque simpliciter malum, sed eam, quæ sit  
 honesta, nec pudendis rebus, sed gloriosis actibus  
 ueniat non esse fugiendam. Illam uerò, quam asper-  
 natur natura ipsa turpi delectatione quæsitam, uita-  
 ri oportere censebat. Solitudinem et laborem, si na-  
 turales essent, et ab ipsa uirtute descenderent, et  
 essent pro aliqua præclara administratiõe susceptæ,  
 appetibiles dicebat esse. Sed si aduersum naturam  
 turpissimarum rerum causa gignerentur, malas dete-  
 stabilesque esse. Ex his quæ in nobis sunt, primùm bonum  
 atque laudabile, est uirtus bonum studentis. Ideo hone-  
 stum appellari oportet, solum quippe, quod honestum  
 est, bonum dicimus, et malum turpe, et merito quòd  
 turpe

turpe est bonum non potest dici. Amicitiam ait sociā  
 eamq; consensu consistere, recipiamq; esse, ac dile  
 ctionis uicem reddere quando reclamatur aequaliter.  
 Hoc amicitia cōmodo prouenit, cum amicus eum quē  
 diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Ae  
 qualitas ista nō aliter prouenit nisi similitudo in utro  
 q; paritate charitateq; conueniat. Pare enim pari  
 bus irresolubili nexu iunguntur, ita discrepantes, et  
 inter se disiuncti sunt, nec aliorum amici. Inimicitiarū **Inimicitia**  
 autem uitia gignuntur ex maliuolentia per morum **unde.**  
 & similitudinem & distantiam uitae, & sectas atq;  
 ingenia contraria. Alia etiam amicitiae genera dicit **Adhuc ali**  
 esse, quarum pars uoluptatis gignitur causa, pars ne **a genera**  
 cessitatis. Necessitudinis & liberorum amor natu- **amicitia =**  
 ra cōgruus est. Alius abhorrens ab humanitatis cle **rum.**  
 menta, qui uulgo amor dicitur, & est appetitus ar-  
 dens, cuius instinctu per libidinem capti amatores  
 corporum, in eo quod uiderint, totum hominem pu  
 tāt. Eiusmodi calamitates animarū, amicitias idē ap  
 pellari ueritat, quae nec mutuae sunt, nec recipiari  
 queant, ut ament, quae redamantur, nec constantia il  
 lis absit, & diuturnitas desit, amoresq; eiusmodi soa  
 etate ac poenitentia terminentur. Plato tres amo- **Tres amo**  
 res hoc genere dinumerat, quod sit unus diuinus, cū **res.**  
 incorruptamente, & uirtutis ratione conueniens,  
 non



Viri culpa  
biles.

non pœnitēdus. Alter degeneris animi, et corruptis-  
sime uoluptatis. Tertius ex utroq; permixtus, medio-  
cris ingenij, et cupidinis modicæ. Vt igitur ille amor  
deterrimus ac inhumanissimus atq; turpis, non ex re-  
rum natura, sed ægritudine corporali, morboq; colli-  
gitur, sic ille diuinus decorum munere, beneficioq; cō-  
cessus aspirante cœlesti cupidine in animos hominū  
credatur uenire. Est amoris tertia species, quam di-  
ximus mediam diuini atq; terreni proximitate colle-  
ctus, nexuq; & consortio parili copulatus, & ut ra-  
tioni propinquus est diuinus ille, ita terrenus ille tur-  
pitudini iunctus est uoluptatis. Culpabilium autem  
uirorum quattuor formæ sunt, quarum prima hono-  
ripetarum est, sequens abstemiorū, tertia popularis  
tyrannicæ damnatiōis ultima. Quapropter euenit  
primum illud mentibus uitium, cum uigor rationis  
elanguerit, superiorq; robustior fuerit animæ portio  
in qua ira dominatur, oligarchia dicitur. Ea sic nasci-  
tur, cum propter pessimum partem eius animæ  
mæ, quæ ex cupiditatibus constat, non solum rationa-  
bilis & irascentiæ loca possidentur: sed etiam eius,  
quæ non necessarias cupidines acuumt. Hunc talem  
Plato lucricupidinem atq; accipitrem pecuniæ nomi-  
nauit, qualis popularis existit, cum indulgentia cupie-  
dines laborate, non solum iustis desiderijs exardes-  
cunt

scunt, sed his æquè obuiæ, atq; ðcursantes, & illam consiliariam, & illam alteram rationabilem animã conditionibus suis presserunt. Tyrannidis ex luxuriosa & plena libidinis uita, quæ ex diuersis & illicitis noluptatibus constat, mēte tota dominatur. Qui itaq; ut pessimus sum, non solum turpem, et damnosum & contemptorem deorum, & immoderatam, & inhumanam, atq; insodabilem uitam, ait uiuere? Sed nec cum proximis secūm cōgruere, atq; ideo non modò à cæteris uerū etiam à se discrepare: nec alijs tantum, sed sibi inimicum esse, & ita cō hūc talem, neq; bonis, nec omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse, sed illum pessimū uideri, quòd nulla malignitatis superlatio possit excedere. Hunc talem nunquā in agendis rebus expedire se posse, non solum propter insatiã, sed quod etiã ipse sibi met sit ignotus, & quòd perfecta malitia seditionem mentibus pariat, impediens incepta eius, atq; meditata consilia, nec permittens, quicquam eorū, quæ uolet. Quæ propter pessimo, deterrimòq; non ea tantum uitia, quæ secundum naturam sunt, pariunt execrabilitatem, ut est inuidia, nec est de alienis incommodis gaudium, sed etiam, quæ natura respuit, uoluptatem dico, atq; egritudinem, desiderium, amorem, misericordiam, mœtum, pudorem, iracundiam. Itarco aut

hoc euenit, quòd immoderatum ingenium, in qua-  
 cunq; proripuerit, modum non habet, atq; ideo sem-  
 per ei, aut deest aliquid, aut redundat. Hinc eiusmodi  
 hominis amor omni tenore corruptus, quod nõ so-  
 lum effrenatis cupiditatibus et inexplicabili siti hau-  
 rire auet omnia genera uoluptatis, sed etiam quòd  
 formæ iudicio, irrationabili errore distrahitur, igno-  
 rans ueram pulchritudinem, & corporis effœtam  
 & eneruam & fluxam cutem deamans. Nec saltem  
 coloratos sole aut exercitatione solidatos, & opacos  
 umbra, uel molleis desidia, sed aura nimia modulatos  
 artus magnificat. Non sponte grassari malitiam, mul-  
 tis modis constat. Namq; iniuriam inordinatam passi-  
 onem, & ægritudinem mentis esse ait, unde liquido  
 arbitratur homines non sponte ferri. Quis enim tan-  
 tum mali uoluntate susciperet, ut in optima mentis  
 sue parte scelus & flagitium sciens ueheret? Cum er-  
 go possessio mali ab imprudentibus capitur, usum eius  
 & actiones oportet ab ignorantibus sustineri. Incer-  
 coq; id peius est quàm noceri. Etenim in his rebus no-  
 cetur, quæ sunt uiliores, corporis scilicet: quæ uel im-  
 munui possunt, uel fraudibus interire, illesis potiori-  
 bus: quæ ad ipsam attinent animam. Sed eis nocere  
 lögè peius esse. Ex quo intelligi potest, quòd animis  
 bonis eo uitio pernitias infertur, plusq; illi nocet, qui  
 alium

Iniuria.

alium cupit perditum, quam illi nocet, aduersum quē  
 talia machinatur, & cum noceri alteri malorū omni  
 um noxium sit, multò grauius est, si qui nocet abeat  
 impune, grauiusq; & acerbius est omni supplicio, si  
 noxio impunitas differatur, nec hominū inter im ani  
 ma aduersione plectatur. Sed grauius quam acerbissi  
 morum morborum carere medicina medentes falle  
 re, nec uri, nec secari eas partes, quarum dolore in  
 columitati residuarum partium consulatur. Quare  
 ut optimi medici conclamatis, desperatisq; corpori  
 bus non adhibent medentes manus, ne nihil profutu  
 ra ratio doloribus spatia promulget, ita eos quorum  
 anima uitijs imbuta sunt, nec curari queūt: medicina  
 sapientiae emori prestat. Nam cui nec ex natura, nec  
 ex industria, recte uiuendi studium conciliari potest  
 uita existima: e populo esse pellendum, uel si cupido  
 uite eum teneat, oportere sapientibus tradi, quorū  
 arte quadam ad rectiora flectantur. Et est sanē meli  
 us talem regi, nec ipsum in alio: habere potestātē,  
 nec dominari, sed seruire, ipsum aliorum adijci pote  
 stati, parendi potius, quam iubendi officia sortitum.  
 Virum pessimū non solum deteriorem esse dicebat,  
 quod distrahatur semper additione uitiorum, & si  
 desiderium a se sub differtur. Qui quāto plurium ui  
 pidior sit, tanto sibi met egentior, & propterea alij

Vita inuti  
les qui.



Perfētē  
sapiens.

uideri potest. Sperata quippe atq; exoptata uix pauca & cum maxima ærumna proueniūt. Hisq; flagrantiores cupidines, floresq; succedunt, nec futuris tantummodo angitur malis, uerū etiā præteritis transactisq; torquetur, quos omnes morte sola ab eiusmodi malis deduci posse manifestum est. Sed apprimē bonos, etiam sine mediocritate deterrimos, paucos admodum rarioresq; etiam, ut ipse ait, innumerabiles esse, qui nec planē optimi, nec oppidō deterrimi sint, sed quasi mediē mogrigerati. Sed neq; superiores obtinere recta omnia, neq; inferiores in omnibus labi. Perfētē sapientem esse nō posse dicit Plato, nisi cæteris ingenio præstet, artibus, & prudentiæ partibus absolutus, atq; à puero iam imbutus factis congruentibus & dictis assuetus, purgata & effecta animi uoluptate, cictis ex animo hinc abstinētia atq; patiētia atq; doctrinis ex rerū sciētia eloquētiaq; ueniētibus. Eū qui per hæc profectus fidenti & securo gradu uirtutis uia graderetur, adeptū solidā uiuēdi rationem repente fieri perfectum, hoc est repente præteriti futuriq; æui ultimas partes attingere, & esse quodammodo in tempora letum. Post hæc ut his exclusis, insertisq; & immixtis omnibus, quæ ad beatam uitam fuerunt, non ex alijs pendere, nec ab alijs deferri sibi posse, sed in sua manu esse sapiēs rectē

rectè putat. Quare nec in secundis rebus effertur,  
 nec contrahitur in aduersis, cum se ornamentis suis  
 ita instructum sciat, ut ab ijs nulla ui segregetur.  
 Hunc talem non solum inferre, sed nec referre qui-  
 dem oportet iniuriam. Non enim eam contumeliã Sapiẽs si-  
 putat, quam patientia firmiter tolerat. Quã qui-  
 dem naturæ lege in animo eius sculptum sit, quòd est.  
 nihil horum possit nocere sapienti quæ opinantur  
 ceteri mala esse. Equidem sapientem illum consci-  
 entia sua fretum, securum, & confidentem, in omni  
 uita dici futurum, quod & omnia accidentia repu-  
 tet, & ad meliores rationes trahat, & quòd nihil  
 morosè uel difficulter excipiat, sibiq; persuaserit  
 pertinere res suas ad immortales deos. Idem ille  
 diem mortis suæ ppitius nec inuitus expectat, quòd  
 de animæ immortalitate confidat. Nam uinculis li-  
 berata corporeis, sapientis anima remigrat ad de-  
 os: & pro merito uitæ purius, castiusue transactæ,  
 hoc ipso decorum se conditioni conciliat. Eundem  
 sapientem optimum nominat, ac bonum, ac pruden-  
 tem, rectè arbitratur, cuius sanè consilia cum factis  
 rectissimis cõgruunt, & cui principia profecta sunt  
 à iusti ratione. Ad hæc & sapientem & fortissimũ Sapiens  
 dicit esse cum, qui uigore mentis ad omnia perci-  
 pienda sit paratus. Inde est quod fortitudinem ner-  
 mus.

Anima sa-  
 pientis.

Sapiens  
 fortissi-  
 mus.

uos animi, ipsasq; ceruices ait, ut ignauia animi anie  
 me ait imbecillitati esse finitum. Diuitem hunc solite  
 Sapiens quidem recte putat, quippe cum thesauris omnibus  
 diues. preciosiores solus uideatur possidere uirtutes, quia  
 etiam solus sapiens, opus potest in uisibus necessa-  
 rijs regere, uideri ditissimus debet. Nam ceteri qua-  
 uis sint opibus affluentes, tamen quod uel usum ea-  
 rum nesciant, uel diducant eas ad pessimas partes,  
 inopes uidentur. Egrestatem namq; non abstinentia  
 pecunie, sed presentia immo deratarum cupidinū  
 Philoso- gignit. Philosophum oportet, si nihil indigeat erit,  
 phus, et omni fortune contumax, et superior ijs que ho-  
 mines acerba toleratu arbitrantur, nihil sic agere,  
 quam ut semper studeat animam corporis confor-  
 Philoso- tio separare, et ideo existimandam philosophiam  
 phia. esse mortis affectum, consuetudinemq; moriendi. Bo-  
 Boni qui. nus omnes inter se oportet amicos esse, et si sint mi-  
 nus noli, et potestate ipsa, qua mores eorum, secteque  
 conueniunt, amici sunt habendi. Paria quippe a si-  
 milibus non abhorrent. Vnde inter solos bonos fi-  
 dem amicitie esse constat. sapientia amatorẽ boni  
 adolescentẽ facit, sed eum qui probitate ingenij sit  
 ad artes bonas promptior. Nec deformitas corpo-  
 ris talem poterit abigere appetitũ. Nam cũ ipsa ani-  
 ma cõplacita est, homo totus adamat, sed cum cor-  
 pus

pus expetitur, pars eius deterior est cordi durè. Igitur putandum est, cum qui sit ignarus bonorū, cupidum quoq; eiusmodi rebus esse. His enim solus bonus desiderijs accenditur, qui bonū illud oculis animi uidet, hoc est esse sapientē. Istud quoq; quoniā qui est ignarus, osor quoq; nec amicus uirtutū sit necesse est. Nec si iustia hic talis amator est turpiū uoluptatum. Sapiens non modò merè uoluptatis quidem alicuius gratia ueniet ad agendum, nisi præsiō fuerint honesta emolumenta uirtutis. Hunc eundem cū huiusmodi uoluptate oportet uitam uiuere honestam & admirabilem, plenamq; laudis & gloriæ. Neq; harum modò rerum causa cæteris omnibus præferri, uerū etiam iucunditate & securitate solum & semper frui, nec angetur clarissimis affectibus, uel quòd ex se omnia sunt apta quæ ad beatitudinem pergunt, uel quòd decreto & lege rectæ rationis interdicitur eiusmodi afflictatio. Sed neque obitus causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus illum, neq; aliquid mali passum, ac si fuerit bonæ uoluntatis, etiam melioribus aggregatur. Neq; enim alieni gratia, ut qui in se reponit omnia. Igitur sapiens nō erit tristis, sapientie finis est, ut dei meritis sapiens prouebatur, hancq; futuram eius operam, ut emulatione uitæ ad decorum actus accedat. Verū hoc

Sapiens  
 qd agat.

Sapiens  
 finis.



ei poterit prouenire, si uirum perfecte iustum, piū,  
 prudentem se præbeat. Vnde non solum in proffe  
 ctandi cogitatione, uerū etiam agendi opera, scē  
 qui eum conuenit, quæ dijs atq; hominibus sunt pro  
 bata. Quippe cum summus decorum cuncta hæc nō  
 solum cogitationum ratione consideret, sed prima,  
 media & ultima obeat, compertaq; intimæ prouī  
 dentia ordinationis uniuersitate & constantia rez  
 gat. Verū enim uero illud omnibus beatum iudicē  
 ri, cui & bona suppetunt, & quemadmodum care  
 re uitij debet, callet. Vna quidem beatitudo est  
 † cum † tum ingenij nostri præsentia tutamur, quæ perfe  
 ctus. Alia cum ad perfectionē uitæ nihil deest, atq;  
 ipsa sumus contemplatione contenti. Vtrarūq; autē  
 felicitatum origo & ex uirtute manat, & adorna  
 mentum quidem generalis loci est uel uirtutis, nullis  
 extrinsecus corū quæ bona dicimus adminiculis indi  
 gere. Ad usum autē uitæ cōmunis, corporis cura, et  
 eorū quæ extrinsecus ueniunt, præsidij opus est.  
 Ita tamē ut hæc eadem fiant uirtute meliora, eiusq;  
 Virtus suffragio beatitudinis cōmodis copulentur: sine qua  
 fortunatos hæc in bonis minimè sunt habenda. Nec frustra est,  
 facit, quod sola uirtus fortunatissimos potest facere, cum  
 Sapiēs pe absq; hac ex alijs prosperis nō possit felicitas inueni  
 dissequis ri. Sapiētē quippe pedissequis & imitatorē dei di  
 dei, cimus

eimus & sequi arbitramur deum, id est, τὸν θεόν. Nō  
 solum autem oportet, dum uitam colit, digna disce-  
 re, nec ea agere, quæ eorum maiestati displiceant, ue-  
 rum & tunc cum corpus relinquit, quod nō faciet  
 inuito deo. Nam & si in eius manu est mortis facul-  
 tas, quamuis sciat se terrens relictis consecuturum  
 esse meliora, nisi perpetiendū istud lex diuina de-  
 creuerit, accersire tamē cum mortē non debere, et **Mors nō**  
 si antea uitæ ornamenta cohonestant, Honestiorē **accersen**  
 tamen esse, & secundi rumoris oportet, cum secu- **da.**  
 rus de posteritatis suæ uita, ad immortalitatē animā  
 ire permittit, eoq; quod piē uixerit, percipit fortu-  
 natorū habituram locum in deorum choreis, sem-  
 deūq; permittam. De ciuitatū uerō constitutione,  
 de obseruatiōe regendarū rerum publicarū, ita iu-  
 bet Plato, iam principio ciuitatis diffiniuit formam **Ciuitas.**  
 ad hunc modum. ciuitatem esse coniunctionē ho-  
 minum plurimorum, in quibus sunt regentes, alij ci-  
 teriores, coniuncti inter se concordia, & inuicem  
 sibi opem, atq; auxilium deferentes: iisdem legibus,  
 rectis tamē, officia sua temperantes, unamq; ciuitatē  
 iisdem moenibus illam futuram, & eadem uelle, &  
 nolle incolarū mentē assueuerunt. Quare suadētibus  
 cum fundatoribus rerum publicarum, ut usq; ad id  
 locorum, plebeis suas ab eodem eidem rectori noti  
 esse

Prudētia  
imperatrix.

Bonus  
praefectus

esse possint, nec sibi met incogniti, sic enim fiet, ut omnes una mente sint, equumq; sibi factum uelint, magnam sanē ciuitatem non habitantium multitudinem, eorumq; magis uiribus uti oportet. Virens enim nō corporis, nec pecuniae collectas, dominationi multorum eliminandas putat, cum uecordia, impotentiaq; sed cum decreto communium uirtutibus omnibus ornatu uiri incole, et omnes fundati legibus obsequuntur: ceteras uerò, quae non ad hunc modum fuerint constitutae, non arbitrabatur sanas ciuitates. Eas demum fundatas ratione dicebat esse, quae ordinatae ad instar animarum forent, ut pars optima, quae sapientia, prudentiaq; praecellit, imperaret multitudinī, et ut illa totius habet curam corporis, ita prudentiae delectus tucatur uniuersae commoda ciuitatis. Fortitudo etiam pars uirtutis secunda, ut uisus appetentiam castigat, et reprimat, ita in ciuitate uigilet, excubitorum loco quidem militet iuuentus, pro utilitate cunctorum, sed inquietos et indomitos, ac propterea pessimos ciues refrenet, contineat, ac si necesse sit, frangat potioris cum consilij disciplina. Illam uerò desideriorum tertiam partem plebi, et agricolis parem dicit, quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enim rempublicam negat posse consistere, nisi is qui imperat habeat sapientiam

entiae studium, aut is ad imperandum eligatur, quæ esse inter omnes sapientissimum constet, et huiusce modi moribus cunctos ciues imbuendos esse dicit, ut ijs in quorum tutelam atq; fidem respublica ulla credatur, auri atq; argenti habendi cupido nulla sit. Nec specie communi priuatas opes appetant, nec huiusmodi hospitia succedant, ut cæteris ianua non reclusa cibos, uictumq; ita sibi curent, ut acceptam mercedem ab his quos protegunt, communibus epulis infumant. Matrimoniaq; non priuatim maritanda esse, sed fieri cõmunis, disponentibus ipsis eiusmodi nuptias publicæ ciuitatis sapientibus & magistratibus. et forte quosdam ei negotio præditis, idq; præcipuè curantibus, ne disparet sui, uel inter se dissimiles copulentur. His aduertitur utilis, necessariaque confusio, ut permixta nutrimenta puerorum, ignotorum, ad hæc agnitionis parētibus afferat difficultatem, ut dum suos liberos nesciunt omnes, quos uiderint eius ætatis, suos credant, & uelut communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hæc ipsorum connubiorum queritur tempestiua coniunctio, cuius futuram sit bilem fidem credit, si cum harmoniæ musicæ dierum consonent numeri, & qui de talibus nuptijs erunt orti, studijs congruentibus imbuentur. Et optimis disciplinis communi præceptorum

Matrimonia  
arbitrio  
præfectorum.




præceptorum magisterio docebuntur, nõ uirile tantummodo, uerum etiam foeminarum, quas uult Platõ omnibus partibus, quæ propriè uirorum putantur, cõiungendas esse, bellias etiam, quippe cum uiristrisq; natura unã sit, eãdem esse uirtutem. Eiusdem ciuitatẽ nullis extrinsecus latis legibus indigere, regia quippe prudentia & eiusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est fundata, cæteras leges, non requirat. Et hanc quidem, ut figmentũ aliquod ueritatis, exempli causa per se cõpositam uult esse rem publicam. Sed & alia optima quidem, & satis iusta, & ipsa quidem spee & ditis causa ciuitatis fabricata, uõ ut superior sine euidenti. Sed iam cum aliqua substantia in hac non suo nomine & de statu, & de commodo ciuitatis requirens originis eius principia & fundamenta disponit: sed eõ tendit, quẽadmodum ciuilis gubernator eiusmodi locũ conuentusq; multitudinũ nactus iuxta naturam presentium rerũ, & conuenarum debeat facere ciuitatem plenam bonarum legum et murorũ bonorũ. In hac equidẽ easdem puerorũ nutritiones, easdẽ uult esse artium disciplinas, sed in connubijs & partibus ac domibus desciscit à prioribus obseruatione reipublice matrimonia priuata, & singularia faciẽs pro quoq; ipsorum. Et si in contrahendo matrimo-  
 nio

nio consulere uoluntatem suam debeant, uniuersæ  
 tamen ciuitatis principibus, ut communis commodi  
 causam decernit spectandam esse. Quare & duces  
 inferiores nuptias non recusent, & locupletum con-  
 sortium inopes consequantur, & si uires opum con-  
 gruunt, ingenia tamen diuersa miscenda esse, ut ira-  
 cundo tranquilla iungatur, & sedato homini inci-  
 tator mulier applicetur, ut talibus obseruationum  
 remedijs, soboles natura discrepante confecta, mox  
 prouentu meliore coalescat, & ita compositarum  
 domorum opibus ciuitas augeatur. Domos uerò &  
 possessiones habeant priuatas, ut queunt singuli, quæ  
 quidem nec immensum augeri per auaritiã, nec pro-  
 digi per luxuriam, aut deseri per negligentiam si-  
 nat. Legesq; ciuitati huic promulgari iubet, & legũ  
 moderatorem, cum aliquid tale concipiet, ad contẽ-  
 plandas uirtutes hortatur. Hi tales complectentur  
 proximos, honores custodient, intemperantiam arce-  
 bunt, iniuriam refrenabunt, prudentie ornamentis  
 ceterisq; honores maximos deferentes. Nec temerè  
 multitudo conuolet ad eiusmodi rerum publicarum  
 status, nisi qui optimis legibus, & egregijs institutis  
 fuerint educati, moderati erga ceteros inter se con-  
 gruẽtes. Quatuor culpabilium ciuium genera sunt: quadru-  
 umum eorum qui sunt honore præcipui, alterũ pau-  
 corum nere.

Domus  
 & posses-  
 siones.

Ciues cul-  
 pabiles  
 quadri-  
 plici ge-  
 nerum.

corum, penès quos rerum est potestas. Tertium omni-  
 um. Vltimum dominationis tyrannice. Et primum  
 quidem fit, cum prudentiores uiri per magistratus  
 seditiosos ciuitate pelluntur, deserturq; ad illos potes-  
 tas, qui sunt manu tantummodo strenui, nec ij, qui bla-  
 diore consilia agere res possint, adipiscuntur iam  
 imperij facultatem, sed qui turbidi, uiolentiaq; sunt.  
 Paucorum uero status obtinetur, cum inopes crimi-  
 nosi multi simul paucorum diuitem potestatis subtra-  
 hentes dederint se, atq; permiserint, omnemq; regendi  
 potestatem, nec mores boni, sed opulencia fuerit con-  
 tumulata. Popularis autem factio roboratur, cum inops  
 tus ciuium multitudo obtinuerit aduersus diuitem facultates,  
 increfcit. lexq; iussu populi fuerit promulgata, ut ex equo licet  
 at omnibus honores capere. Ad haec tyrannus illa  
 singulare dominationis caput tunc oritur, cum ciuis,  
 qui leges contumacia sua ruperit simili legum coniu-  
 ratione adoptatus, imperium inuasit, constituens  
 deinceps, ut omnis ciuium multitudo desiderijs eius  
 Cupiditatibus parens, obsequi  
 um suam tali fine  
 moderetur.


**L** APV-  
 LEII MADAVRENSIS  
 PHILOSOPHI PLATO  
 NICI DE DEO SO-  
 CRATIS LIBER  
 VNVS.



Vi me uoluitis dicere extempore,  
 accipite rudimentum, post expertu-  
 mentum. Quippe prout mea opinio  
 est, bono periculo periculum faciã  
 postquã re probata meditata sum  
 dicturus incognita. Nec enim metuo, ne in frivolis  
 displiccam, qui in grauioribus placui. Sed ne omni-  
 fariam noueritis, & in isto ut ait Lucilius secundo &  
 incondito. Exprimim an idem sim repentinus, qui  
 preparatur. Si qui tamen uestrum nõdum subitanea  
 ista nostra cognoscitis, quæ scilicet audietis, pari labo-  
 re quo scribimus, uenia propẽsiorẽ qua legimus, sic  
 enim ferme assolet apud prudẽtes uiros esse in ope  
 ribus, iudicatio ressecrator, in rebus subitarijs uenia  
 prolixior. Scripta enim pensaculatius examinatis. Re-  
 pentinam autem noscitis simul & ignoscitis, nec iniu-  
 ria. Illa enim quæ scripta legimus & tacentibus na-



bis talia erunt, qualia illata sunt. Hæc uerò in præ-  
 sentiarum, & quasi nobiscū patiēda sunt, talia erūt,  
 qualia uos illa faciēdo feceritis. Quanto enim exine-  
 de orationi modifabor, tanto à uobis in maius tolle-  
 tur. Vos enim aduerto libenter audire, perinde  
 in manu uestra sitū est, uela nostra summare & iam  
 immittere, ne pendula & flaccidaue restricta & a-  
 perata sint. At ego quod Aristippus dixit experiar.  
 Aristippus ille Cyrenaciæ sectæ rector, quodque  
 malebat ipse, Socratis discipulus. Eum quidam tyrā-  
 nus rogauit: Quid illi philosophiæ studium tam im-  
 pensum, tamq; diutinum profuisset. Aristippus respō-  
 dit, ut cum omnibus inquit hominibus securè & in-  
 trepidè fabularer. Verbo subito sumpta sentētia est  
 quæ de repētino oborta est, quasi uelut in materia lapi-  
 des temerario interiectu poni necesse est. Neq; inter-  
 iecto intrinsecus pōdere neq; iclinato profundè situ,  
 neq; cohibētibus ad regulā lineis. Quippe q̄ structū  
 oratiōis huiusegomet nō è mōte modò lapidè è dire-  
 cto cesum asserā, probè omnifariā complanatū leni-  
 ter ad extremas oras ad unguē coæquatū: sed quem  
 operi accōmodē, uel inæqualitate aspera, uel lenita-  
 te lubrica, uel angulis eminula, uel rotūdo uolubilia,  
 sine regulæ correctione, & mensuræ parilitate, &  
 perpendiculi sollertia. Nulla enim res potest esse ea-  
 dem

dem festinata simul & examinata, nec esse quicquam  
 omnium, quod habeat & laudem diligentiae suae si- Maturan  
 mul, & gratiam celeritatis. Præbui me quorundam da omnia.  
 uoluntati, qui oppidò uoluerunt quæ à me desidera  
 bantur, ut dicerem extempore. Et est Hercule formi  
 do, ne id mihi euenerit, quod coruo suo Aesopus fa=  
 bulatur. Id erit, nedum laudem hanc nouam capta=  
 re apparo, illam quam ante pepererit, cogar amitte=  
 re. Sed de Apologo queritis, non pigebit aliquid fa- Corui &  
 bulari? Coruus & uulpes unam ossulam simul ui- uulpisapo  
 derant, eamq; raptam festinabant pari studio, impari logus Ae=  
 celeritate, uulpes cursu, coruus uolatu. Igitur ales sopicus.  
 bestia præuenit, & secundo flatu, passis alis, utruq;  
 prælabitur, & iam antiapat, atq; ita præda simul et  
 uictoria letus, sublime euectus, in quadam proxima  
 quercu, in summo eius cacumine tutus sedit. Eoq; ta  
 men uulpes quo alipe dem nequibat consequi, dolum  
 iecit, namq; eandem arborem successit, & subsistens  
 cum superne uictorem præda ouantem uideret, lau  
 daret astu adorta est. Ne ego inscita, quæ cum alite  
 Apollinis frustra certauerim, quippe cum pridè tam  
 concinnum est, neq; oppidò paruum, neq; nimis gran  
 de sit, sed quantum satis ad usum, decoremq; pluma  
 mollis, caput argutum, rostrum ualidū. Tam ipse oca  
 lis perspicax: unguibus tenax, nam de colore quid di  
 da cam

Olor & canis enim uero cū duo colores præstabiles forent, pi-  
 coruus a = ceus & niueus, quibus inter se nox cū die differūt,  
 ues Apol utrunq; colorem Apollo suis alitibus cōdonauit, can-  
 linis. didum olori, nigrum coruo. Quod utinam sicuti cie-  
 gno tantum indulset, ita huic quoq; uocem tribuisset,  
 ne tam pulchra ales, quæ ex omni auitio longè præ-  
 cellit uiduata, delitiæ faciūdi dei muta uiueret & elin-  
 guis. Id uerò ut coruus audit, hoc solum sibi præce-  
 teris dee, se, dum uult clarissimè clangere, ut ne ad  
 hoc saltem olori concederet, oblitus ossula, quā mor-  
 dicus retinebat, toto rictu hiauit, atq; ita quod uolatu  
 pepererat, cātu amisit. Enim uero uulpes quod cursu  
 amiserat, astu recuperauit. Eandem istam fabulam in  
 pauca cogamus, quantū potest fieri cohibiliter. Cor-  
 uus ut se uocalem præberet, quod solum dee esse tan-  
 te eius formæ uulpes simulauerat, crocitare adortus  
 prædam quam ore gestabat, in se ductricem competi-  
 uit. Iam dudum scio quod hæc significari flagitetis,  
 uobis Latine, ut neutra pars uestrum, nec qui Græcè  
 nec qui Latine petebatis, dictiōis huius expertes abi-  
 retis. Quapropter si ita uideretur, satis oratio nos-  
 tra attiafferit. Tempus est in Latium demigrare  
 de Græcia. Nam & questionis huius ferme media te-  
 nemus, & quantum mea opinio est, pars ista posteri-  
 or per illa Græca quæ anteuertit, nec argumentis sit  
 efficacior

efficacior, nec sententijs rarior, nec exemplis paup-  
rior, nec oratione defectior. Plato omnem naturam **Triplex**  
rerum, quæ ad animalia tunc pertineat trifariam di- **rerum di-**  
uisit. Censuitq; summos deos, summum, medium & **uisio iu-**  
infimum. Et ac intelligas modò loci disclusiõe, uerùm **xta Plato**  
etiam nature dignitate, quæ & ipsa neq; uno, neq; **nem.**  
gemino modo, sed pluribus cernitur. Ordiri tamen  
manifestius fuit à loci dispositione. Nam perinde ut  
maiestas postulabat, dijs immortalibus cælũ dicauit,  
quos quidem deos celites, partim uisu usurpamus, ali-  
os intellectu uestigamus. Ac uisu quidem cernimus.

Vos ò clarissima mundi

Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.

Nec modò ista præcipua solè diei opificè, lunãq; solis  
amulã, noctis decus, seu corniculata, seu diuidua, seu  
pertumida, seu plena sit, uaria igniũ face, quãto lōgi-  
us ea cessat à sole, tãto lōgius collustrata, pari incre-  
mẽto itineris, & luminis, mēsẽm suis actibus, ac pari-  
bus dispẽ dijs extimãs, seu illa proprio, seu perpeti cã-  
dore, ut Chaldei arbitrãtur, parte luminiscõp os, par-  
te altera cassã, fulgoris pro circumuersione oris, di-  
scoloris, multiuaga, pollens, speciem sui uariat, seu to-  
ta proprij candoris expers, alienæ lucis indiga, den-  
so corpore, seu leui, ceu quodam speculo radijs solis  
obsistit, & aduersi usurpat, ut uerbis utar Lucretij:  
Notã iactat de corpore lucẽ. dd 2. Vtraq;



Vtraq; ex animarum uera sententia est.  
 Nec hæc postea uideo sed neq; de sole, neq; de luna,  
 quisquam Græcus, aut Barbaras facile cōiectauerit  
 deos esse, nec modò istis ut dixi, uerùm etiam & stel  
 las, que uulgò ab imperitis nuncupantur, que tamè  
 in deflexo, & certo, & stato cursu meatus longè or  
 dinatissimos diuinus uicibus æternos efficiunt. Varia  
 quippe arriculi uici similitudine assimulant pro situ et  
 flexu, & obstituto circulatorum, quos probè callet, qui  
 signorum ortus & obitus competit in eorum uisibi  
 lium deorum numero. Cætera quoq; sidera, qui cum  
 Platone sentis locato Arcturum, Geminos, Leonem,  
 aliosq; itidem radiantis deos, quibus cæli chorum  
 computum, & coronatum suda tempestate uisimus  
 pictis noctibus, seuera gratia, toruo decore, suspicien  
 tes in hoc perfecti, imo mundi, ut ait Ennius clypeo,  
 miris fulgoribus uariata cælamina. Est aliud genus  
 deorū, quod natura uisibus nostris denegauit, nec nõ  
 tamen intellectu eos mirabundi cōtemplamur, ad  
 mentis acrius contemplantur, quorū in numero sunt  
 illi duodecim numero, situ nomine in duos uersus ab  
 Ennio coarctati.

Iuno Vesta Minerua Ceres Diana Venus Mars  
 Mercurius Iouis Neptunus Vulcanus Aplo.  
 Cæteri q; id genus, quorum nomina quidem sunt no  
 stris

stris auribus iam diu cognita. Possumus uerò an-  
 mis coniectare, per uarias utilitates in uita agenda  
 animaduersos in ijs rebus, quibus eorum singuli cu-  
 rant. Cæterum prophane philosophiæ turba impe-  
 ritorum, uana sanctiui linis, priua ueræ rationis, in-  
 ops religionis, inops ueritatis, scrupulosij, imo cul-  
 tu, insolentissimo spiritu, deos negligit, pars in su-  
 perstationem, pars in cõtemptum iumida. Hos nãq; Religio in  
deos.  
 cunctos deos, in sublimi ætheris uertice locatos, ab  
 humana cõtigatione procul discretos plurimos, sed nõ  
 ritè uenerantur, omnes, sed insciè, metuūt, pauci, sed  
 impiè, dissententur. Quos deos Plato existimat ueros,  
 incorporeis, animaleis, neq; sine ullo, neq; exor-  
 dio, sed prorsus ac retro æternos, corpore contra  
 gione sua quidè natura, remotos, ingenio ad summã  
 beatitudinẽ porrecto, nullus extrarij boni participa-  
 tione, sed ex bono, & omnia cõpetentia prorsus nu-  
 tu facili, simplici, libero, & absoluto, quorũ paren-  
 tem, qui omnũ rerũ dominator atq; autor est, solũ  
 ab omnibus nexibus patiẽdi aliquid, gerendiue, nul-  
 la uice ad alicuius rei mutua obstructũ. Cur ego nũc  
 dicere exordiar, cũ Plato † lesu faciũdia præditus, † fortè cæ-  
 equiperabilia dijs immortalibus disseiẽs, si equẽs † lesu  
 sine prædicet, hunc solũ maiestatis incredibili qua-  
 dam nimietate, & inc., abili, nõ posse penuria sermo-  
nis

nis humani, quauis oratiōe, uel modicè cōprehendi  
 uix sapiētibus uiris, cū se uigore animi quantū licuit,  
 à corpore semouerint, intellectū huius dei, id quoq;  
 interdum uelut in arctissimis tenebris, rapacissimo  
 choruscamine lumē candidū intermicare. Missum  
 igitur hunc locū faciā in quo nō mihi quidē tantū,  
 sed ne Platoni quidē meo ualuerūt ulla uerba, pro  
 amplitudine rei suppetere. Quid igitur faciā in re-  
 bus mediocritatē meā, et quidē longè superantibus,  
Castus sit  
 poeta, nō  
 carmen.  
 Hadria  
 nus de Vo  
 conio.

Duplex  
Venus.

quanto simplicius professi. Nāq; & id genus omnia  
dissimulare & occultare peccātū; profiteri et pro-  
mulgare, ludens est. Quippe natura, uox innocen-  
tiae, silentiū maleficio distributa. Mitto enim dicere  
alta illa & diuina Platonica, rarissimo cuiq; piorū  
gnara, ceterū omnib; profanis incognita, geminā  
esse Venerē deam, pprio quanq; amore & diuersis  
amatoribus pollentis. Earū alterā uulgariā, quae sit  
percita populari amore, nō modō humanis animis,  
uerim etiā pecuinis, & feris ad libidinē imperia-  
tare, ut in modico, truceq; perculsorū animalū seruis  
corpora cōplexu uincientē. Alterā uerō cœliū Ve-  
nerē prœdita quae sit optimati amore, solis hominū  
bus, & corū paucis curare; nullis ad turpitudinē  
similis, uel illecebris sectatores suos percellentem.  
Quippe eius amore nō amoenū & lasciuiū, sed con-  
trā incomitū & seriū pulchritudine honestatis uir-  
tutis amatoribus suis cōciliare, & si quādo decora  
corpora cōmendat, à cōtumelia corū procul abster-  
rere. Neq; enim quicquā aliud in corporū forma di-  
ligendū, quā quod ammoneat diuinos animos eius  
pulchritudinis, quā prius ueram & sincerā inter  
deos uidere. Quapropter & semp eleganter Affa-  
nius hoc scriptū reliquit: Amabit sapiens, cupiēt ce-  
teri. Tamen si audire uerū uelis Aemiliane, uel si  
hæc

hec intelligere unquam potes, non tam amat sapiens,  
 quam recordatur. Da igitur ueniam Platoni philoso-  
 pho uersuum eius de amore, ne ego necesse habeam,  
 contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus phi-  
 losophari, uel si tu id non facis, ego me facile patiar in  
 huiusmodi uersibus culpari cum Platone. Tibi autem  
 Maxime habeo gratiam propensam, cum has quoque ap-  
 pendices defensionis meae, iccirco necessarias, quia  
 accusationi rependantur, tam attentem audis, et ideo  
 hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina superest,  
 audias ut adhuc fecisti libenter et diligenter. Sequi-  
 tur enim de speculo, longa illa et censored oratio, de  
 quo pro rei atrocitate penem disruptus est pudens,  
 clamitas, habet speculum philosophus, possidet specu-  
 lum philosophus. Ut igitur habere concedam, ne ali-  
 quid obiecisse te credas, si negaro, non tamen ex eo  
 accipi me necesse est, exornari quoque ad speculum  
 solere. Quid enim si Choragium Thimelicum pos-  
 siderem, num ex eo argumentarere etiam, uti me  
 consuesse Tragedijs irmita histrionis, Crotalum ue-  
 ad trieterica orgia munu centiculo? Non opinor.  
 Nam et contra plurimis rebus possessum carco, usu  
 fruor. Quod si, neque habere utendi argumentum est,  
 neque non utendi non habere, et speculi non tam pos-  
 sessio culpat, quam inspectio. Illud etiam doceas necesse  
 est, quando et quibus presentibus, in speculum inspecte

speculum  
 non habet  
 philoso-  
 phus.



rim. Quoniam ut res est maius piaculum decernis, speculum philosopho, quā Cereris mūdum prophano uidere. Cedo nūc, & si inspexisse me fateor, quod tamen crimen est imaginem suam nosce? eamq; non uno loco cōditam, sed quoquo uelis paruo speculo promptam gestare? An tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato, quā formam suam? Equidē scio & filiorū chariores esse qui similes uidentur. Et publicitus simulacrum suum cuiq; quod uideat pro meritis premio tribui. Aut quid sibi statuæ & imagines uarijs artibus effigiate uolūt, nisi fortē quod artificio elaboratū laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum est, cū sit in ea uel magis miranda & felicitas & similitudo. Quippe in omnibus manu facundis imaginibus opera diuino sumitur, neq; tamē similitudo æquē ac in speculis, cōparet. Decet enim & luto uigor, & saxo color, & picturæ rigor, et matus omnibus, qui præcipua fide similitudinē representat. Cum in eo uisitur imago mirē relata, ut similis, ita mobilis, & ad omnē nutū hominis sui morigera, eadē semper cōtemplantibus æqueus est, ab ineunte pueritia, ad obeuntē senectā, tot ætatis uices induit, tam uarias habitudines corporis participat. Tot uultus eiusdē letātis uel dolētis imitatur. Enimvero q; luto fictū, uel ære infusum,

uel lapide incusum, uel cera inustum, uel pigmento  
 illitum, uel alio quopiam humano artificio ad simula Speculipo  
 tum est, non multa intercapedine temporis dissimile testates.  
 redditur, & ritu cadaueris, unum uultum & immo  
 bilem possidet: tantum prae stat imaginis artibus ad  
 similitudinem referendum, leuitas illa speculi fabra,  
 & splendor opifex. Aut igitur unius Agesilai Lace Agesilanus  
 demonij sententia nobis sequenda est, qui se, neq; pin  
 gi, neq; fingi unquam, diffidens formae suae passus est  
 Aut si mos omnium caeterorum hominum retinen=  
 dus uidetur, in statuis & imaginibus non repudian  
 dis, cur existimes imaginem suam cuiq; uisenda po=  
 tius in lapide, quam argento? magis in tabula, quam  
 in speculo? An turpe arbitraris, formam suam spe=  
 ctaculo a se iduo explorare? An non Socrates philoso Socrates  
 phus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro utendum  
 ut semet in speculo contemplerentur? ubi qui eorum speculo.  
 foret pulchritudine sibi complacitus, impendio pro  
 curaret, ne dignitate corporis malis moribus dedeco  
 raret. Qui uero minus se commendabilem forma pu  
 taret, sedulo operam daret, ut uirtutis laude turpitu  
 dinem tegeret. Ad eod uir omnium sapientissimus, spe Demo=  
 culo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demo=  
 sthenen uero primum dicendi artificem, quis est, sthenes.  
 qui non sciat, semper ante speculum, quasi ante ma=  
 gistrum,

strum, causas meditatum: ita ille summus orator cum à Platone philosopho facundiam hausisset, ab Eubulide dialectico argumentationes edidicisset, nouissimam pronuntiandi congruentiã ab speculo petiuit. Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam, rhetori iurganti, an philosopho obiurganti? Apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti, an apud omnes homines semper differentis de finibus agrorum litiganti, an de finibus bonorum & malorum docenti? Quid, quod nec ob hæc debet tantummodo philosophus speculũ inuisere. Nam sæpe oportet nõ modò similitudinem suam, uerùm etiam similitudinem ipsius rationis considerare. Dum, ut ait Epicurus profectæ à nobis imagines, uelut quædam exuuiæ iugi fluore à corporibus manantes, cum leue aliquid & solidum offenderit, illi se reflectantur, & retro expressæ controuersim respondeant. An uti alij philosophi disputant, radij nostri, seu medijs oculis proliquati, & lumini extrario mixti, atq; muniti, uti Plato arbitratur, seu tantum oculis profecti sine ullo foris adminiculo, ut Architas putat, seu intètu ueris facti, ut stoici rentur, cum alicui corpori incidere spisso & splendido & leui, paribus angulis, quibus inciderant resultet ad facies suas reduces, atq; ita quod extra tangunt ac uisant,

uisat, id intra speculū imaginētur. Vidētūr ne uobis  
 debere philosophi hęc omnia uelut inquirere, & cūctā specula uel ueludā nel suda soli uidere? qui  
 bus prāter ista quę dixi, etiā illa ratiocinatio necessa  
 ria est, cur in planis quidē speculis, sermē pares ob  
 tutus & imagines uideantur, intumidis uerō & glo  
 bosis omnia defēctiora, at contrā in cauis auctiora.  
 Vbi, & cur leua cum dexteris permutentur, quan  
 do se imago eodem speculo tum recondat penitus,  
 tum foras exeat. Cur caua specula si ex aduersum so  
 li retineātur, appositū fōmitē accendūt, qui fiat uti ar  
 quus in nubibus, uarie duo solis æmula similitudo ui  
 sentur. Alia prāter eā eiusdēmodi plurima, quę tra  
 ctat uolumine ingenti Archimedes Syracusanus, uir  
 in omni quidem geometria multum ante alios admi  
 rabili subtilitate. Sed haud sciam, an propter hęc  
 uel maximē memorandus, quod inspexerat speculū  
 sepe, ac diligenter. Quem tu librum Aemilianę si  
 nosse, an nō modo campo et giebis, uerūm etiā aba  
 co & puluisculo te dedisses. Mihi istud crede, quan  
 quā teterrimum os tuum minimū à Thiesta tragi  
 co demutet, tam profectō discendi cupidine speculū  
 inuiseres, & aliquando relicto aratro mirarēre tot  
 in facie tua sulcos rugarum. At ego non mirer, si bo  
 ris consulis me de isto distortissimo uultu tuo dicere,  
 de

Archime  
 des.



de moribus tuis multò truculètiõibus reticere. Ea  
 res est, præter quàm quòd non sum iurgiosus, etiam  
 libenter te, nuper usq; albus an ater esses ignoravi,  
 adhuc hercle non satis novi. Id adeò factum, quod et  
 tu rusticando obscurus es, & ego discendo occupa-  
 tus, ita & tibi umbra ignobilitatis approbator ob-  
 stitit, & ego nunquàm studui malefacta cuiusquàm co-  
 gnoscere, sed semper potius duxi mea peccata tege-  
 re, quàm aliena indagare. Igitur hoc mihi aduersum  
 te usu uenit, quod qui forte cõstitit in loco lumine con-  
 lustrato, atq; cum alter è tenebris prospectur. Nam  
 ad eundè modũ tu quidè quid ego in propatulo &  
 celebri agã, facile è tenebris tuis arbitraris, cũ ipse  
 humilitate abdita & lucifuga, non sis mihi mutuo cõ-  
 spicuus. Ego adeò seruor. Tu an ab eas ad agrũ colè-  
 dum, an ipse mutuaras operas cũ uicinis tuis cãbies,  
 neq; scio, neq; laboro. At tu me scis eadè die, tris Oe-  
 manumisisse idq; mihi patronus tuus inter cetera te  
 sibi edita obiecit, q̃q̃ modico prius dixerat, me uno  
 seruo comite Oeã uenisse, quod quidè uelim mihi re-  
 spõdeas, q̃ potuerim ex uno tris manumittere, nisi et  
 hoc magicum est? Tantum ne esse mētiendi cecitatē  
 dicã, an cõsetudinem? Venit Apuleius Oeã cum uno  
 seruo, dein pauculis uerbis intergarritis, Apuleius  
 Oeã una die tris manumisit, ne illud quidem credi-  
 bile

bile fuisset, cū tribus uenisse, omnes liberasse, quod tamen si ita fecissem, cur potius tris seruos inopiæ si-  
 gnum putares, quā tris libertos opulentiae? Nescis  
 profectò, nescis Aemiliane philosophum accusare, qui  
 famulicij paucitatem obprobraris, quam ego gloriæ  
 causa ementiri debuissem, quippe qui scirem, nō mo-  
 dō philosophos, quorum me sectatorem fero, uerū  
 etiam imperatores populi Romani paucitate seruo-  
 rum gloriatos. Itā ne tandem, ne hæc quidem legē-  
 re patroni tui: M. Antonium consularem, solos octo  
 seruos domi habuisse? Carbonem uerò illū, qui rebus  
 potitus est uno minus? At enim Manio Curio tot ado-  
 reis longè induto, quippe qui ter triumphū una por-  
 ta egit. Et igitur Manio Curio, duos solos in castris  
 calones fuisse, ita ille uir de Sabinis, deq; Samnitibus  
 deq; Pyrrho triumphator, pauciores seruos habu-  
 it, quā triumphos. M. autem Cato nihil oppertus,  
 ut alij de se prædicarent, ipse in oratione scriptum  
 reliquit, cum in Hispaniā cōsul proficisceretur tres  
 seruos solo sex urbe duxisse, quoniam ad uillam pub-  
 licam uenerat, parum uisum qui uteretur, iussisse du-  
 os pueros in foro de mensa emā, eos quinq; in Hispa-  
 niam duxisse. Hæc Pudens, si legisset, ut mea opinio  
 est, aut omnino huic maledicto supersedisset, aut in  
 tribus seruis multitudinem comitū philosophi, quā  
 paucitatem

paucitatem reprehendere maluisset. Idem mihi etiã  
 paupertatem obprobavit, acceptum philosopho cris-  
 men, & ultro profitendum. Enimvero pauper-  
 tas olim philosophi uernacula est, frugi, sobria, par-  
 uo potens, æmula laudis, aduersum diuitias possessa  
 habitu secunda, cultu simplex, consilio bene suada, ne-  
 minem unquam superbia inflauit, neminem impoten-  
 tia deprauauit, neminem tyrãide efferauit, delicias  
 uentris, & inguinũ neq; uult ulla, neq; potest. Quip-  
 pe hæc & alia flagitia diuitiarũ alumni solent. Ma-  
 xima quæq; scelera, si ex omni memoria hominũ per-  
 censeas, nullum in illis pauperem reperies, ubi con-  
 tra hanc temerè inter illustres uiros diuites compa-  
 rent, sed quemcunq; in aliqua laude miramur, cum  
 paupertas ab incunabulis nutrita est: paupertas  
 inquam prisca apud secula omnium ciuitatum con-  
 ditrix, omnium artium repertrix, omnium peato-  
 rum inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus  
 apud omnes nationes persuncta. Eadem enim est  
 paupertas apud Græcos in Aristide iusta, in Phocio  
 ne benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sa-  
 piens, in Ho. diserta. Eadẽ paupertas etiã populo Ro-  
 imperiũ à primordio fundauit, proq; eo in hodiernũ  
 dijs immortalibus Simpulo & Catino f. etili sacrisfi-  
 cant, Quod si mō iudices de causa ista sederẽt. Fa-  
 britius

britius, Cn. Scipio Manius Curius, quorum filiae ob  
 paupertatem de publico dotibus donatae ad maritos  
 terunt, portantes gloriam domesticam, pecuniā pub-  
 licam. Si publicola regum exactor & Agrippa po-  
 puli reconciliator, quorum funus obtenuis opus à  
 populo Romano collatis extantibus adornatum est,  
 si Atilius Regulus, cuius agellus ob similem penuri-  
 am publica pecunia cultus est, si denique omnes illae ue-  
 teres prosapie cōsulares & censoriae, & triumphales,  
 breui usura lucis ad iudicium istud remissae audi-  
 rent, auderēs ne paupertatē philosopho exprobra-  
 re, apud tot consules pauperes? An tibi Claudius ma-  
 ximus idoneus auditor uidetur ad irridendam pau-  
 pertatem, quòd ipse uberem & prolixam rem fami-  
 liarem sortitus est? Erras Aemiliane, & longè huius  
 animi frustra es, si eum ex fortunae indulgentia, non  
 ex philo'sophiae censura metiris. Si uirum tam auste-  
 re sectae, tamq̃; diutinae militiae non putas amicitiorē  
 esse coërcitae mediocritati, quàm delicate opulentiae  
 Fortunam uelut tunicam magis concinnā quàm lon-  
 gum probare. Quippe etiam ea si non gestetur, &  
 trahatur, nihilominus, quàm laetitia perpendens im-  
 pedit, & praecipitat. Et tenum omnibus ad uitae mu-  
 tia utendis, quicquid aptam moderationem super-  
 graditur, oneri potius, quàm usui exuberat. Igitur

Ager Ate-  
tilli.



Et immodice diuitie uelut ingenia et enormia gus-  
 bernacula facilius mergunt, quam regunt, quod ha-  
 bent irritam copiam, noxiam nimietatem. Quam ex  
 ipsis opulentioribus, eos potissimum uideo laudari,  
 qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus  
 agunt, et diuitias magnas administrant sine ostē-  
 tatione, sine superbia, specie mediocritatis, pauperum  
 similes. Quod si etiā ditibus ad argumentum mode-  
 stiae quaeritur, imago quæpiam et color paupertatis,  
 cur eius pudeat tenuioris, qui ea non simulat, sed  
 uerè fungimur. Possum quidem tibi et ipsius nomi-  
 nis controuersiam facere neminem nostrum paupe-  
 rem esse, qui superuacanea nolit, postulat necessaria,  
 quæ natura oppidò pauca sunt. Namque is plurimū ha-  
 bebunt, qui minimum desiderabit. Habebit enim quan-  
 tum uolet, qui nolet minimum. Et ideo diuitia non  
 aestimantur animo. Qui si est auaritia egenus, et ad  
 omne lucrum inexplebilis, nec monibus auri satiabi-  
 tur, sed semper aliquid ante parta uti augeat, mendica-  
 bit. Quæ quidem uera confessio est paupertatis,  
 omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiae  
 uenit. Nec refert quàm magnum sit, quod tibi minus  
 est. Non habuit tantam rem familiarem Philus, quàm  
 tam Lælius. Nec Lælius quantam Scipio. Nec Scipio  
 quantam

Quantum Crassus diues. At enim nec Crassus diues  
 Quantum uolebat. Ita cum omnis superaret, à sua=  
 met avaritia superatus est, omnibusq; potius diues  
 usus est, quã sibi. At contra hi philosophi, quos cõ=  
 memorauì, non ultra uolentes, quã poterant, sed con=  
 gruentibus desiderijs & facultatibus, iure, meritõ=  
 que dites & beati fuerunt. Pauper enim sis appe=  
 tendi egestate, diues nõ egē di facietate, quippe qui in  
 opia desiderio, opulentia, fastidio cernūtur. Igitur  
 Aemiliane si pauperem me habere uis, prius auarū  
 esse doceras necesse est. Quod si nihil in animo de=  
 est, de rebus extraneis, quantū desit non laboro, qua=  
 rum neq; laus in copia, neq; culpa in penuria consti=  
 tit. Sed finge hæc aliter se, ac me ideo pauperē, quã  
 mihi fortuna diuitias inuidit, easq; ut sermē euenit,  
 aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit, aut pater  
 non reliquit, hocci ne hominū obprobrari paupericē  
 quod nulli ex animalibus uitio datur? non aquilæ,  
 non tauro, non leoni. E quus si uir: utibus suis polle=  
 at, ut sit æquabilis uector, et cursor pernix, nemo ei  
 penuriã pabuli exprobrat. Tu mihi uitio dabis non  
 facti, uel dicti alicuius prauitatē, sed quòd uiuo gra=  
 cili lare, quòd paucioris habeo, parcius pasco, leui=  
 us uestio, minus obsono. Atqui ego contra, quantula  
 cunq; tibi hæc uidentur multa etiam, & nimia arbi

tror, & cupio me ad pauciora coërcere, tanto bea-  
 tior futurus, quāto collectior. Nāq; animi, ita ut cor-  
 poris sanitas expedita imbecillitas lacrimosa est, cer-  
 tūq; signū est infirmitatis, pluribus indigere. Prore-  
 sus ad uiuendū, uelut ad natandū is melior, qui ones-  
 re liberior. Sunt enim similiter etiā in ista uite hu-  
 mane tēpestates, leuia sustentatui, graua demersui.  
 Equidē didici, ea re præcedere maximē deos bonita-  
 tibus. quod nulla re ad usum sui indigeāt. igitur ex  
 nobis cui quā minimis opus sit, eū esse deo similitorē.  
 Proinde gratum habitū, ad contumeliā diceretis,  
 rem familiarē mihi peram & baculū fuisse, quod uili-  
 nam tantus animi sorem, ut præter eam suppellec-  
 tem, nihil quicq; requirerē. sed eundē ornatū dignē  
 gestarem, quē Crates ultrō diuitijs abiectis appeti-  
 uit. Crates inquā, siquid credis Amiliane uir domi in-  
 ter Thebanos proceres diues, & nobilis, amore hu-  
 ius habitus, quē mihi obiectas, rem familiarē largam  
 & urbem populo donauit, multis seruis à sese res-  
 motis, solitatem delegit, arbores plurimas & frugi-  
 feras præ uno baculo spreuit. Villas ornatisimas  
 una perula mutauit, quē postea comperta utilitate,  
 etiā carmine laudauit. Flexis ad hæc Homericis uer-  
 sibus, quibus ille Cretā insulam nobilitat. Principiū  
 dicam ne me hæc ad defensionē putes confinxisse.

Deo simi-  
lior.

Crates  
Theba-  
nus.

Κρήτη τις γὰρ ἔστι μίσησ' ἐνὶ ὄρεσι πόσιον  
 Καλὴ καὶ πείρα καὶ εὐρύς τε.

Iam cætera tam mirifica, quæ si tu legisses, magis mihi perâ, quàm nuptias pudentillæ inuidisses. Perâ et baculû tu philosophis exprobares. Igitur et equitibus falcras, et pedibus clypeos, et signiferis uexilla, et demq; triûphantibus quadrigas albas et togâ palmatâ. Nõ sunt quidẽ ista Platonica sectæ gestamina, sed cynicæ insignia familiæ. Verumtamen hæc Diogeni et Antistheni pera et baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pōtificibus galerum, quod lituus auguribus. Diogenes quidẽ Cynicus, cū Alexãdro Magno de ueritate regni certabundus, baculo, uitæ sceptri, gloriabatur. Ipse deniq; Hercules inuictus, quoniam hæc tibi, ut quædã mendicabula animi sordent, ipse inq; Hercules lustrator orbis, purgator ferarû, gentiû domitor, is tamẽ deus cū terras pagraret, paulõ prius quàm in cælû ob uirtutes ascitus est, neq; una pelle uestior fuit, neq; uno baculo comitator. Quod si hæc exẽpla nihil putas, ac me nõ ad causam agendâ uerû ad censum differendû uocasti, ne quid tu rerû mearû nescias si tamẽ nescis. profiteor mihi ac fratri meo relictû a patre. ff. uiginti paulosecus, idq; a me lōga peregrinatiõ, et diutinis studijs, et crebris

Diogenes  
Cynicus

Hercules,



liberalitatibus, modicè imminutum. Nam & amicorum plerisque opem tuli, & magistris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias dotæ auxi, neque enim dubitasset equidè uel uniuersum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi, quod maius est contemptu patrimonij. Tu uerò Acemiliane, et id genus homines, uti tu es, inculti & agrestes, tanti re uera estis quantum habetis, ut arbor infœcunda et infelix que nullum fructum ex sese gignit, tanti est in precio, quanti lignum eius in trunco. At tamen parce postea Acemiliane paupertatè cuius obiectare, qui nuper usque agellum Zarathensem, quæ tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello ad tempestiuum hybrem, triduo exarabas. Neque enim diuitem, cum te crebre mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulserunt. Unde tibi potius, quàm ob istam teterrimam faciem Charon numen est? De patria mea uerò, quod eam sitam Numidiæ et Getuliæ in ipso confinio meis scriptis ostendi scis quibus memet professus sum, cum Lolliano Auito cum præsentibus publice differerem, Seminumidiæ et Semigetulæ non uideo, quid mihi sit in Cyrus. ea re pudendum, haud minus quàm Cyro maiori, quod genere mixto fuit Semimedus ac Semipersa. Non enim ubi prognatus, sed ut moratus quisque sit, spectandum: nec qua regione, sed qua ratione uitam uiuere incipit

ierit considerandum est Olitorie & Cauponi meritò  
 est concessum, olus & uinum ex nobilitate soli com=  
 mendare, uinum Thasium, olus Phliasium. Quippe  
 illa terra alumna multum ad meliorem saporem iu=  
 uerit, & regio fecunda, & cælum pluuium, & uen=  
 tus clemens, & sol apricus, & solum succidum.  
 Enimvero animo hominis extrinsecus in hospicium  
 corporis immigranti, quid ex istis addi, uel minui ad  
 uirtutem uel maliciam potest? quando non in omni  
 bus gentibus uaria ingenia puenere? quanquã uide=  
 antur quedã stulticia, uel solertia insigniores. Apud  
 socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus  
 est. Apud Athenienses catos Meleciades fatuus. Neq;  
 hoc eò dixi, quo me patriæ meæ poeniteret, & si ad  
 huc Syphacis oppidum essemus, quo tamen uicto, Apulei  
 ad Masinissam regem cõcessimus munere populi. patria.  
 Ac deinceps ueteranorum militum nouo conditi,  
 splendidißima colonia sumus, in quæ colonia patrẽ  
 habui loco principis duumviralem cunctis honori=  
 bus perfunctum. Cuius ego locum in ea repu. exinde  
 ut participare curiam cõepi, nequaquam degener,  
 pari spero honore, & extimatione tueor. Cur er=  
 go illa protuli, ut mihi tu Acniliæ minus posthac  
 succenseas, potiusq; ut ueniam impertias, si per ne=  
 gligentiam sorte non elegi illud tuum atticũ Zarat

ut in eo nascerer, nonne uos pudidum est, hæc cri-  
 mina, tali uiro audiente, tam assuecitate obiectare?  
 frivola & inter se repugnantia simul promerere? &  
 utraq; tamen reprehendere? At non contraria accu-  
 satus, peram & baculum, ob auctoritatē? carmina et  
 speculum ob hilaritatem: Vnum seruum, ut deparci-  
 treis libertos, ut profusi? prætercā eloquentiam  
 Græcam, patriam barbaram? quin igitur tandem  
 expergescimini? At uos cogitatis apud claudium Ma-  
 ximum dicere, apud uirum seuerum, & totus proa-  
 uincia negocijs occupatus? Quin inquā uana hæc con-  
 uicia aufertis? quin ostenditis, quid insimulauistis,  
 scelera immunia & inconcessa maleficia, & artes  
 nefandas? Cur uestra oratio rebus flaccet, strepitu  
 uiget? Aggredior enim iam ad ipsum crimen ma-  
 gis, qua ingenti tumultu ad inuidiā mei accensum  
 frustrata expectatione omnium pernescio quas ani-  
 leis fabulis deflagrauit. Ecquando ne uidisti Maxi-  
 me, flammam stipula exortam, claro crepitu, largo  
 fulgore, cito incremento? sed enim materia leui, ca-  
 duco incendio, nullis reliquijs: hem tibi illa accusa-  
 tio iurgijs imita, uerbis aucta, argumentis defecta,  
 nullis post sententiā tuā reliquijs calumniæ permi-  
 sura. Que quidē omnis Aemiliano fuit in isto uo-  
 destinata, me magum esse, & ideo mihi libet quære-  
 re,

re, ab eruditissimis ei aduocatis, quid sit magus. Nā Magus.  
 si quod apud plurimos lego Persarum lingua ma-  
 gus est, qui nostra sacerdos. Quod tādē est crimē  
 sacerdotē esse: & ritē nosse atq; scire; atq; callere le-  
 ges cærimoniarū, fās sacrorū, ius religionum. Siqui-  
 dem magia, id est quod Plato interpretatur, cum  
 commemorat, quibus nam disciplinis puerum re-  
 gum adulescentem Persæ imbuant. Verba ipsa di-  
 uini uiri memini, quæ tu mecum Maxime recogno-  
 sce dicentia.

ὅτι ὁ μὴ μαγίαν τὴ διδάσκει τὴν

Ἐποάσθου, τὸ ὀρομάθου ἵστίδ τεύτο ἐὼρ θρακία.

Audit is ne magiam, qui eam temerē accusatis, ar-  
 tem esse dijs immortalibus acceptam, colendi eos  
 ac uenerandi pergnaram: piam scilicet & diuini  
 scientem, iam inde à Zoroastre & Oromazo auto-  
 toribus suis nobilem, cælitū antistitem, quippe inter  
 prima regalia docetur, nec ulli temerē inter Per-  
 sas concessum est, magum esse, haud magis quàm re-  
 gnare. Idem Plato in alia sermocinatione de Za-  
 molxi quodam Thraci generis, sed eiusdem artis  
 uiro, ita scriptum reliquit.

Magorū  
 dignitas  
 Persis

Quod si ita est, cur mihi nosse nō liceat uel Zam laxi  
 bona uerba, uel Zoroastri sacerdotia. Sin uerō more  
 uulgarī



vulgari cum isti propriè magum æstimant, qui com-  
 munionem loquendi cū dijs immortalibus, ad omnia  
 quæ uelit incredibilia quadã uis contaminum polleat,  
 oppidò miror, cur accusare nõ timuerint, quæ posse  
 tantum fatentur. Neq; enim tam occulta & diuina po-  
 tentia caueri potest, itidem ut cætera. Sicariũ qui in  
 iudiciũ uocat, comitatus uenit. Qui uenenariũ accu-  
 sat, scrupulosius cibatur. Quis furem arguit, sus cus-  
 todit, Enimvero qui magum, qualẽ isti dicunt in dis-  
 crimine capitis deducit, quibus comitibus, quibus  
 scrupulis, quibus custodibus perniciẽ cecam & in-  
 euitabilem prohibeat: Nullis scilicet, & ideo id genus  
 crimẽ nõ est eius accusare, qd credit. Verũ hæc ser-  
 me cõmuni quodã errore imperitorũ philosophis  
 obiectatur. ut partim eorũ, qd corporũ causas meras,  
 & simplicis rimatur, irreligiosos putet, eorũq; aiunt  
 deos abnuere, ut Anaxagorã et Leucippũ et De-  
 mocritũ et Epicurũ, ceterosq; rerũ nature patros  
 nos. Partim aut qui providentiã mundi curiosius  
 uestigat, & impensius deos celebrant, eos uerò uul-  
 gò magos nominent, quasi facere etiam sciant quæ  
 sciant fieri. Ut olim fuerit Epimenides, & Orphe-  
 us, et Pythagoras, et Orestes, ac dein similiter su-  
 specta est Eocli Cathorino, Socrati Demonion Pla-  
 tonis. Gratulor igitur mihi, cū et ego tot & tantis  
 uiris

uiris adnumeror. Caterum quæ ab illis ad ostendendum crimen obiecta sunt uana, & inepta & simplicia, uereor ne idco tantū crimina putes, quòd obiecta sunt. Cur inquit piscium quædam genera quasi sūt quasi id cognitionis gratia philosopho scire non liceat, quòd luxurioso gulæ causa liceret? Cur mulier libera tibi nupsit post annos tredecim uiduitatis? quasi non magis mirandum sit, quòd tot annis nō nupsit. Cur prius quàm tibi nuberet, scripsit nescio quid in epistola, quod si uidebatur, quasi quisquā debeat causas alienæ sententiæ reddere. At enim maior natu nō est iuuenem aspernata. Igitur hoc ipsum argumentum est, nihil opus magis fuisse, ut nubere uellet mulier uro, uidua ælebi, maior iuniori. Iam & illa similia, habet quiddam Apuleius domi, quod sancte colit, quasi non id potius crimen sit, quod colas, nō habere. Cecidit presente Apuleio puer, quid enim si iuuenis? quid si etiam senex adistente me corruisset: uel morbo corporis impeditus, uel lubrico soli prolapsus? Hiscine argumentis magiam probatis? casu puerili, & matrimonio mulieris, & obsonio piscium. Possent equidem bono periculo, uel his dictis contentus perorare. Quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine largitur, atq; superest, ædo si uideatur singula consideremus. Atqui ego omnia obiecta

et, seu uera, seu falsa sint, non negabo. Sed perinde  
 atq; si facta sint, fatebor, ut omnis ista multitudo, quæ  
 plurima undiq; ad audiendum cõuenit, aperit̃ intel  
 ligat, nihil in philosophos nõ modò uerè dici, sed ne  
 falsò quidem posse confingi, quod non ex innocentia  
 fiducia, quamuis liceat negare, tamen habeant potius  
 defendere. Primum igitur argumeta eorũ conuincã,  
 ac refutabo, nihil ea, ad magiã pertinere, deinde &  
 si maximè magus forẽ, tamẽ ostendã neq; causam ullã  
 neq; occasionẽ fuisse, ut me in aliquo maleficio experi  
 ratur. Ibi etiã de falsò inuidia, deq; epistolis mulieris  
 perperam lectis, & nequius interpretatis, deq; ma  
 trimonio meo ac Pudentillæ disputabo. Id à me susce  
 ptum officij gratia, quàm lucri causa docebo. Quod  
 quidem matrimoniũ nostrum Aemiliano huic imma  
 ne, quanto angori, quantæq; inuidiæ fuerit, inde o  
 mnis huiusæ accusationis obeundæ ira & rabies, &  
 deniq; insania exorta est. Quæ si omnia palàm & ai  
 lucidè ostendero, tunc deniq; te Claudii Marimè, &  
 omnis qui adsunt contestabor, puerum illum siãnuũ  
 pudentem priuignum meum, cuius obtentu, & uolũ  
 tate à patruo eius accusor, nuperrimè curæ meæ ea  
 reptum, postquàm frater eius Pontianus natu ma  
 ior, & moribus melior, diem suum obiit, atq; ita in  
 me ac matrem suam nefariè effertum, non mea cul  
pa

pa, desertis liberalibus studijs, ac repudiata omni di-  
 sciplina, sceleris accusationis huius rudimētis, patruo  
 Aemiliano potius, quam fratri Pontiano similem su-  
 turum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Aemi-  
 liani huiusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspi-  
 tionem magiæ, quasi ualidissimum in principio dici-  
 animaduertisti, nonnulla me piscium genera per quos-  
 dam piscatores precio quæsisse. Vtrum igitur horū  
 ad suspectandam magiam ualet, quod ne piscatores  
 mihi piscem quæsierunt: scilicet ergo phrygionibus,  
 aut fabris, negocium istud dandum fuisse, atq; ita o-  
 pera cuiusq; artis permutanda, si uellem calumnias  
 uestras uitare, ut faber mihi piscē, ut piscator mutuo  
 lignū de dolaret: an ex eo intellexistis maleficio quæ-  
 ri pisciculos, quod precio quærebantur. Credo si con-  
 uuiuo uellem, gratis quæsissem. Quin igitur etiā ex  
 alijs plerisq; me arguitis? Nam sepe numero et uinū  
 et olus et pomum et panem precio mutauī. Eo pa-  
 cto cupediarijs omnibus famem decernis. Quis enim  
 ab illis obsonare audebit? siquidem statuitur, omnia  
 edulia, quæ de penso parantur non cœnæ, sed magis  
 desiderari. Quod si nihil remanet suspicionis, neq;  
 in piscatoribus mercede inuitatis, ad quod solent ad  
 piscē capiundū, quos tamē nullos ad testimonium, pdux-  
 ère. Quippe qui nulli fuerūt, neq; in ipso precio rei



uenalis, cuius tamen quantitatem nullum taxauerit, ne si mediocre precium dixissent, contemneretur: si plurimum, non crederetur. Si in his ut dico, nulla sit spicio est, respondeat mihi Aenulianus, quo proximo signo ad accusationem magiae sit inductus. Pisces inquit quæris, nolo negare, sed oro te, qui pisces quærit, magus est? Equidem non magis arbitror, quam si lepores quæreret, uel apros, uel alilia: an soli pisces habent aliquid occultum alis, sed magis cognitum. Hoc si scis, quid sit magus es profecto: si nescis, confiteri necesse est, id te accusare, quod nescis. Tam ruidis uos esse omnium literarum, omnium denique, uulgarum fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista uerisimiliter. Quid enim competit ad amoris ardorem accendendum piscis brutus et frigidus, aut omnino res pelago quæsitæ? nisi forte hoc uos ad mendacium induxerit, quod uenus dicitur pelago exorta. Audi sis tam non impudens quam multa nescieris, qui de piscibus argumentum magiae recepisti. At si Vergilium legisses, profecto scisses, alia quæri ad hanc rem sole re. Ille enim quantum scio enumerat uitas molles et uerbenas pinguis, et thura mascula, et licia discolora, præterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilem, nec minus, quæ iam in opere serio scripsit;

Falcibus & messe ad lunam quærentur ahenis

Fubentes herbæ nigri cum lacte ueneni.

Queritur & nascentis equi de fronte reuulsus,

Et matri præreptus amor.

At tu piscium insimulator, longè diuersa in strumēta,  
magis attribuis, non frontibus teneris detergenda,  
sed dorsis squalētibus excindenda, nec fundo reuel  
lenda, sed profundo extrahenda, nec falcibus meten  
da, sed hamis iniucunda. Postremò in maleficio, ille  
uenenum nominat, tu pulmentum, ille herbas & sur  
culos, tu squamas & ossa, ille pratū decerpit, tu stu  
ctum scrutaris. Memorassem tibi etiā Theocriti pa  
ria & alia Homeri, & Orphei plurima et ex comœ  
dijs, & tragœdijs Græcis, & ex historijs multa re  
petissem, ni te dudum animaduertissem Græcam Pu  
dentille epistolam legere nequiuisse. Igitur unū etiā  
poëtam Latinum attingam, uersus ipsos quos agno  
scant, qui Lælium legere.

Philtia omnia undiq; eruant,

Antiphates illud quæritur,

Throchiscili ungues, teniæ

Radicule, herbæ, surculi,

Auræ ilices, bichordilæ,

Hinnientum dulcedimes.

Hec & alia quæsisse me potius, quàm pisces, longè  
hh uersimilius

uerisimilius cōfinxiffes. His etenim fortasse per famā  
 p̄uulgatā fides fuisset, si tibi ulla cruditio adfuisset.  
 Enimvero piscis, ad quam rem faciat captus, nisi ad  
 epulas coctus? Cæterum ad magiam nihil, quanquam  
 uideatur mihi adiutare, dicam, unde id coniecim.  
 Pythagoram pleriq; Zoroastri sectatorē, similiterq;  
 magiæ peritum a bitrati, cum memoria prodiderūt,  
 cum animaduertisset proximē Metapontum, in lito-  
 re Italiæ suæ, quam subsiciuam Græciam fuerat, à  
 quibusdam piscatoribus euerriculū trahi, fortunā ia-  
 ctus eius emisse, et precio dato misisse illico pisces eos,  
 qui capti tenebantur. Solui retibus, & reddi profun-  
 do. Quos scilicet eum demanibus amissurum non fuis-  
 se, si quid in his utile ad magiam comperisset. Sed  
 enim uir egregiè doctus, & ueterum æmulator, me-  
 minerat Homerum poëtā multiscium, uel potius cum  
 Etarū rerū adprimē peritum uim omnem medicami-  
 num non mari, sed terræ scripsisse, cum de quadam  
 saga ad hunc modum memorauit.

Itemq; alibi carminum similiter.

Cum tamen nunquam apud cum marino aliquo, &  
 pisculento medicauit, nec Protheus faciem, nec Vly-  
 xes scrobem, nec Aeolus folles, nec Helena craterā,  
 nec Circe poculum, nec Venus cingulum. At uos so-  
 li reperti estis ex omnia memoria, qui uim herba-  
 rum

rum & radicum, & surculorum, & lapillorum, qua  
 si quadam colluvione naturæ, de summis montibus  
 in mare transieratis, & penitus piscium uentribus  
 insuatis. Igitur ut solebat ad magorum cerimonias  
 aduocari Mercurius carminum uector, & illex ani-  
 mi Venus, & Luna noxium conscia, & manium po-  
 tens Triuta, uobis autoribus posthac Neptunus cū  
 Salacia, & Portunus cum omni choro Nercidum,  
 ab æstibus fretorum, ad æstus amorum transferen-  
 tur. Dixi cur non arbiurer quicquam negocij esse, ma-  
 gis, & piscibus. Nunc si uidetur, credamus Acmitia  
 no, solere pisces etiam ad magicas potestates adiuua-  
 re. Num ergo propterea quicumq; piscem querit, et  
 ipse magus est. Eo quidē pacto, & qui myoparones  
 quæsierit, pirata erit? & qui uectem profossor? &  
 qui gladium, sicarius? Nihil in rebus omnibus tam in-  
 noxiū dices, quin id possit aliquid aliqua obesse, nec  
 tam letum quod non possit ad tristitudinem intelli-  
 gi. Nec tamen iccirco omnia ad nequiores suspicio-  
 nem trahuntur, & si ihus & casiam & myriham,  
 ceterosq; id genus odores funeri tantum emptos ar-  
 bitreris, cum & medicamento parentur & sacrifi-  
 cio. Ceterum eodem piscium argumento, etiam Me-  
 nela socios putabimagos fuisse, quos ait poëta pre-  
 cipuus flexis hamulis apud farum insulam fame pro-  
 pulsos



pulsos esse, etiam margos & delphinos & scyllas.  
 Tu eodem refires, etiam gulones omnis, qui imper-  
 so pisces precio à piscatoribus mercantur, etiã ipsos  
 piscatores, qui omnium generum piscis arte acqui-  
 runt. Cur ergo & tu queris? nolo equidem, nec ne-  
 cessariũ habeo tibi dicere, sed per te, si potes, ad hoc  
 quæsiſſe me argue, ut si helleborum, uel cicutam, uel  
 succum papaueris emiſſem, item alia eiusdemmodi,  
 quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio uel  
 quantitas noxia est, quis æquo animo pateretur, si me  
 per hoc ueneficij arcesseres, quod ex illis potest ho-  
 nera, tam necessaria ad habendũ, tamq; rara ad re-  
 periendum, ut merito statuto premio quærerentur.  
 Tria omnino nominauerant, unum falsi, duo mentiti.  
 Falsi, quod leporem marimum fuisse dixerunt, qui  
 alius omnino piscis fuit, quem mihi Themis confer-  
 uis noster, medicinae non ignarus, ut ex ipso audisti,  
 ultro attulit ad inspiciendum. Nam quidem lepore  
 nondum etiam inuenit, sed profiteor me quære et  
 cætera, non piscatoribus modò, uerum etiam amicis  
 meis negotio dato, quicumq; minus cogniti generis  
 piscis incidere, ut eius mihi aut formam commemo-  
 rent, aut ipsum uiuum, si id nequierint, uel mortuum  
 ostendat. Quamobrem id faciam, mox docebo. Men-

iti autem sunt callidissimi accusatores mei, ut sibi uideantur, cum me ad finem calumnie cōfinxerunt, duas res marinas, impudicis uocabulis quæsisse, quas Tannonius ille cum utriusq; sexus genitalia intelliguisset, sed eloqui propter infantiam, causidicus summus nequiret, multum ac diu hæsitato, tandem uirile marinum, nescio qua circumlocutione malè ac sordidè nominauit. Sed enim sceminal nullo pacto reperiens munditer dicere ad mea scripta confugit, quia & quodam meo libro legit. inter scemineu tegat, & formoris obiectu, & palmæ uelomento. Hic etiam pro sua grauitate uitio mihi uortebat, quòd me nec sordidiora dicere honestè pigeret. At ego illi contra iustius exprobrauerim, quòd qui eloquentiæ patrociniū uulgò profiteatur, etiam honesta dictu sordidè blatteret, ac sæpe in rebus nequaquam difficultibus fringuliat, uel omnino obnulescatur. Cedo enim, si ego de Veneris statua nihil dixissem, neq; inter sceminiū nominaissem, quibus tandem uerbis accusasses crimen illud, tum stultitiæ quàm linguæ tuæ congruens? an quicquã stultius, quàm ex nominum propinquitate uim similem rerum coniectari? Et fortasse an præcutè repperisse uobis uidebamini? At quæsisse me fingeretis, ad illecebras magicas, duo hæc marina, ueretillam,

Et uia ginal, disce enim nomina rerū Latina, quæ pro  
 pterea uariè nominaui, ut denuo instructus accuses.  
 Memento tamen tam ridiculum argumentum fore,  
 desiderata ad res uener eas marina obscœna, quàm  
 si dicas marinum pectinem comando capillo quæsitum,  
 uel aucupandis uolantibus piscem accipitrem,  
 aut uenandis apris, piscem apriculum, aut eliciens  
 dis mortuis, marina caluaria. Respondeo igitur ad  
 hunc uestrum locū, non minus insulsè, quàm absur-  
 dè commentum, me hasce nugas marinas, et qui  
 Scyllas litoralis, neq; precio, neq; gratis quæsisse. Ne-  
 lud etiam præterea respondeo, nescisse uos, quid à  
 me quæsitum fingeretis. Hæc enim friuola, quæ no-  
 minastis, pleraq; in litoribus omnibus congestim et  
 acruatim iacent, et sine ullius opera, quamlibet le-  
 uiter motis flucticulis ultro foras euoluuntur. Quin  
 ergo dicitis me eadem opera precio impenso per  
 plurimos piscatores quæsisse de litore, conchuiam  
 striatam, testam habentem, calculum teretem, præ-  
 terea cancerorum furcas, echinorum calicolos, lolis-  
 ginum ligulas. postremo assulas, festucas, resticulas,  
 et ostrea Pergami uermiculata, denique muscum,  
 et algam, et cætera maris electamenta, quæ ubiq;  
 litorum uentis expelluntur, salo expuuntur, tempe-  
 state

state recipiuntur, tranquillo deseruntur. Neque enim minus istis, quae commemoravi, accommodari possunt, similiter ex uocabulo suspiciones. Possit dicitis ad res uenereas sumpta de mari spuria & fascina, propter nominũ similitudinem, qui minus possit ex eodem litore calculus ad uesciam, testa ad testamentum, cancer ad ulcera, alga ad quercetum. Ne tu Claudii Maxime nimis patiens uir es, & opido proxima humanitate, qui hasce eorum argumentationes diu hercle perpeffus sis: equidem cum hæc ab illis, quasi graua & inuincibilia dicerentur, illorum stulticiam ridebam, tuam patientiam mirabar. Cæterum quamobrem plurimos iam piscis cognouerim, quorundam adhuc nescius esse noli dicat Aemilianus, quoniam usque adeo rebus meis curat, quanquam est iam præcipiti æuo, & occidua senectute, tamen & si uidetur suscipiat doctrinam, seram planè, & post uinum, legat ueterum philosophorum monumenta, tandem ut intelligat, non me primum hæc requisisse, sed iam pridem maiores meos, Aristotelem dico, & Theophrastum, & Eudemum, & Lycenè, cæterosq; Platonis minores qui plurimos libros de genitu animarũ, deq; partibus, deq; omni differètia reliquerunt. Bene, quod



apud te Maxime causa agitur, qui pro tua eruditio-  
 oae legisti profecto Aristotelis multijuga uolumina.  
 Præterea problemata innumera eiusdem, tum ex  
 eadem secta caterorum, in quibus id genus uaria  
 tractantur, quæ tanta cura conquisita, si honestum  
 & gloriosum fuit illis scribere, cur turpe sit nobis  
 experiri? præsertim cum ordinatius et cohibilius,  
 eadē Græcè & Latine admutar conscribere, & in  
 omnibus aut omissa acquirere, aut defecta supplere.  
 Permittite, si opera est, quædam legi de magicis me-  
 is, ut sciat me Aemilianus, plura quàm putat quæ-  
 rere, & sedulo explorare. Prome tu librū ex Græ-  
 cis meis, quos fortè hic amici habuere, seduliq; natu-  
 raliū questionum, atq; maximè, in quo plura de pi-  
 scium genere tractata sunt. Interea, dum hic quæ-  
 rit, ego exemplum rei competens dixero. Sopho-  
 cles poëta Euripidi æmulus & superstitis (uixit enim  
 ad extremam senectam) Cum igitur accusaretur à  
 filio suomet dementiæ, quasi iam per etatem desie-  
 peret, protulisse dicitur colonæum suam peregre-  
 gum tragœdiarum, quam fortè tum in eo tempore  
 conscribebat, eam iudicibus legisse, nec quicquam  
 amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut auda-  
 cter dementiæ condemnarent, si carmina senis dis-  
 splicerent. Ibi ego comperior omnes iudices tanto  
 poëtæ

Sopho-  
 cles demē-  
 tiæ accusa-  
 tus.

poëta ad surrexisse, miris laudibus eum tulisse, ob  
 argumenti solertiam, & coturnum facundie. Nec  
 ita multum omnis a, uisse, quin accusatorem potius  
 dementie condemnarent. Inuenisti tu librum? bea  
 st. Cedo enim experiamur, an & mihi possint, in  
 iudicio littere meae prodesse. Lege pauca in princi  
 pio, deinde quedam de piscibus. At tu interea dum  
 legit causam sustine. Audisti Maxime, quorum ple  
 raque scilicet legeras apud antiquos philosopho  
 rum, & memento de solis piscibus, hæc uolumina, a  
 me conscripta, qui eorum coitu progignantur, qui  
 ex limo coalescant, quotiens & quid anni cuiusque  
 eorum generis foeminae subentant, mares suriant,  
 quibus membris & causis discrevit natura, uiuipa  
 ros eorum & ouiparos, ita enim appello, quæ Græcâ  
<sup>γράφου</sup> inuener. Et ne perose animalium genera pergam,  
 deinde de differentia & uictu, & membris, & æta  
 tibus, cæterisque plurimis, scitu quidem necessarijs,  
 sed in iudicio alienis, pauca etiam de Latinis scri  
 ptis meis, ad eandem peritiam pertinentibus, legi  
 iubebo, in quibus animaduertes, cum in eis cogni  
 tur rara, tum nomina etiam Romanis inusitata, & in  
 hodiernum, quod sciam, infecta. Ea tamen nomina  
 labore meo & studio ita de Græcis prouenire, ut  
 tamen Latina moneta percussa sint, uel dicantur no  
 bis

bis Aemiliane paterni tui, ubi legerint Latine, hæc pronuntata uocabula, de solis aquatilibus dicam, nec cætera animalia nisi in communibus differentes attingam. Ausculta igitur quæ dicam. Iam me clamabis magica nomina Aegypcio, uel Babylónico ritu percensere. Possum etiam pergere, sed non est operæ in istis diem terere, ut sit mihi tempus aggredi ad cætera, hæc interim quæ dixi pauca, recita Latine à me enunciata.

Vtrum igitur putas philosopho, non secundum Cynicam temeritatem rudi & indocto, sed qui se Platonicæ scholæ meminerit, utrum ei puias turpe scire ista, an nescire? negligere, an curare? nosse quanta sit etiam in istis prouidentie ratio, an de dijs immortalibus matri & patri credere. Quæ Ennius aedes Phagatica, quæ uersibus scripsit innumerabilia piscium genera enumerat, quæ scilicet curiosè cognouerat, paucos uersus memini, eos dicam:

Omnibus ut clypea præstat, mustela marina,  
Mures sunt tæni aspera, ostrea plurima, abidi,

† tæni Mus Mitileneæ, est tæpecte, cura drum quæ apud Vm  
† tæpecten bracie finis,

Brundusii sargus bonus est, hunc magnus si erit su  
Apriculum piscem scito primū esse Tarenti, (me,  
Surren=

Surrenti ælopem ꝑ facemas Glaucū apud Cumas ꝑ d, ꝑ facemus  
 Scarū ꝑræterij cerebrum iouis ꝑcneꝑ supremi,  
 Nestoris ad patriā hic capitur, magnusq; bonusq;  
 Melanurū, turdum, merulamq; umbrāq; marinā,  
 Polypus corcire, caluaria pinguiā carne.

Purpura, matriculi, mures, dulces quoq; echini.

Alios etiā multis uersibus decorauit, ꝑ ubi gentiū  
 quisq; eorū inueniatur ostēdit, qualiter assus, aut ius  
 fulentus optime sapiat, nec tamē ab eruditis repre=  
 henditur, nē ego reprehendar, q; res paucissimis co=  
 gnitas Græcē, Latine ꝑprijs ꝑ elegātibus uocabu=  
 lis cōscribo? Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe.

Quid enim tandē, si medicinæ neq; instudiosus, neq;  
 imperitus, quæpiā remedia ex piscibus quero, ut sa=  
 nē sunt plurima, cū in alijs oībus rebus eodē natu=  
 ræ munere interspersa, atq; interseminata, tum etiā  
 nōnulla piscibus. An remedia nosse, ꝑ ea cōquirere  
 magꝑ potius esse, q̄ medici, q̄ deniq; philosophi ꝑu=  
 tās? q; illis non ad quæstū, sed ad suppetias usurus est.

Veteres qu dē medici etiā carnuna remedia uulnerū  
 norant, ut oīs uetustatis certij. imus autor Homerus  
 docet, qui facit vlyxi de uulnere sanguinē ꝑfluentē  
 sifi contaminē. Nihil enim quod salutis ferendæ gra=  
 tia fit, erumnosum est. At enim inquit piscem cui  
 rci nisi malē ꝑscidisti? quē tibi Thenus cōseruus at=  
 tulit.



tulit. Quasi uerò non paulò prius dixerim, me de  
 particulis oim aialium, de situ earũ, deq; numero,  
 deq; causa, conscribere? ac libroa ἀπαρτὶ πᾶν Ari  
 stoteli, et explorare studio, et augere. Atque admi  
 ror, quod unum à me pisciculum inspectum sciatís,  
 cum iam plurimos ubicunque locorum oblatis sunt,  
 æquè inspexerim. Præsertim quod ego nihil clau  
 culo, sed omnia in propatulo ago, at quiuis uel  
 extrartus arbiter assistat, more hoc et instituto ma  
 gistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum  
 et magnificum debere, si queat, in primori fran  
 te animum gestare, hunc adeò pisciculum, quem  
 nos leporem marinum nominatis, plurimis qui ad  
 erant, ostendi. Nec dum etiã decerno, quid uocent,  
 nisi queram sanè accuratius, quod nec apud uet  
 eres philosophos proprietatem eius piscis repe  
 rio., quanquam sit omnium rarissima, et hercu  
 le memoranda. Quippe solus ille quantũ sciam cum  
 sit cætera ex ossis xxi numero ossa, ad similitudinem  
 talorum suillorum, in uentre eius connexa et cathe  
 nata sunt. Quod Aristoteles si scisset, nunquam pro  
 fectò omisisset scripto prodere, qui aselli piscis so  
 lius omnium in media aluo corculum Usitum pro  
 maximo memorauit. Piscem inquit proscidisti. Hoc  
 quis serat philosopho crimẽ esse, et lano uel coco nõ  
 fuisset?

fuiſſet. Piſcem proſcidifti, quod crudum id accuſas, ſi  
 cocto uemrem ruſſaret. Hepetia ſuffoderem, ita ut  
 apud te puerulus ille Sicinius pudens ſuomet obſo-  
 nio dixit, eãrẽ nõ putares accuſandã. At qui maius  
 crimen eſt philoſopho comefſe piſcis, quã in inſpicere:  
 an hariolis licet ioãnera rimari, philoſopho contem-  
 plari non licebit? qui ſe ſciat omnium animalium arti-  
 ſpicem, omnium dcũm ſacerdotem. Hoc in me accu-  
 ſas, quod ego & Maximus in Ariſtotele miramur, ca-  
 ius niſi libros bibliothecis exegeris, & ſtudioſorum  
 manibus extorſeris, accuſare me non potes. Sed de  
 hoc penẽ plura quã debui. Nunc prætercã uide,  
 quã ipſi ſeſe reuincant. Siunt mulierẽ magicis arti-  
 bus, marinis illecebris, à me petitam, co in tempore,  
 qua me non negabunt in Getuliã mediterraneis mō-  
 tibus fuiſſe, ubi piſces per Deucalionis diluuiã repe-  
 riantur, quod ego gratulor nescire iſtos, legiſſe me  
 Theophraſti quoq; & Nicandri.

Cæterum me etiam beneficijs poſtularẽt, cum, ut qui-  
 dem hoc negocium ex lectione & æmulatione Ari-  
 ſteli nactus ſum, nonnihil & Platone meo adhortan-  
 te, qui ait, cum qui iſta ueſtiget.

Nunc quoniam piſces horum ſatis patuerunt, accipo  
 aliud

aliud pari quidem stultitia, sed multò tanto, uanius,  
 & nequius excogitatum. Scierunt & ipsi argumen-  
 tum piscarium futile, & nihil futurum. Præterea no-  
 uitatem eius ridiculam. Quis enim fando audiuit ad-  
 ma'eficia magica disquamari, & exdorsari piscis so-  
 lere, potius aliquid de rebus peruulgatioribus, & iã  
 creditis fingẽdum esset. Igitur ad præscriptum opi-  
 nionis & famæ confinxere, puerum quempiam car-  
 mine cantatum, remotis arbitris, secreto loco, arula,  
 & lucerna & paucis conscijs testibus, ubi incantatus  
 sit, corruisse postea nescientem sui excitatum. Nec ul-  
 tra isti quidem progredi mendacio ausi, etenim fibu-  
 la ut impleretur. Addendum etiam illud fuit, puerũ  
 eundẽ multa præfagio prædixisse, quippe hoc emo-  
 lumentum canticis accipimus præfagium, & diuina-  
 tionem, nec modò uulgi opinione, nerũm etiam do-  
 ctorum uirorum autoritate hoc miraculum de pue-  
 ris confirmatur. Memini me apud Varronem philo-  
 sophum, uirum accuratissimẽ doctum, atq; eruditum  
 cum alia huiusmodi, tum hoc etiã legere, Trallibus  
 de euentu Mithrydatiçi belli magica percontatione  
 consulentibus, puerum in a qua simulachrum Mera-  
 rij contemplantem, quæ futura erant centum sexa-  
 ginta uersibus cecinisse. Itemq; Fabium cum quingẽ-  
 tos denarios perdidisset, ad Nigidium consultum ue-  
 nisse,

Varro.

nisse, ab eo pueros carmine instinctos indicasse, ubi  
 locorum defossa esset crumena cum parte corū. Cæ-  
 teri ut forent distributi, unum etiam denarium ex  
 eo numero habere M. Catonem philosophum, quē  
 se à pedisequo in stipe Apollinis accepisse Cato con-  
 fessus est. Hæc & alia apud plerosq; de magijs pue-  
 ris lego equidem, sed dubius sententiæ sum, dicam  
 ne fieri posse an negem. Quanquam Platoni credã  
 inter deos atq; homines, natura & loco medias  
 quasdam diuorum potestates intersitas, easq; diui-  
 nationes cunctas et magorum miracula gubernare.  
 Quin & illud mecum reputo, posse animum huma-  
 num, & puerilem præsertim, simplicemq; seu carmi-  
 num auocamento, siue odorum delinimento sopora-  
 ri, & ad obliuionem præsentium externari, & pau-  
 lisper remota corporis memoria, redigi ac redire  
 ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet, & di-  
 uina, atq; ita ueluti quodã sopore futura rerū præ-  
 sagire. Verum enim uero, ut ista sese habent, si qua fi-  
 des hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui  
 puer, prouidus quantum ego audio, & corpore de-  
 corus atq; integer diligi, & animo solers, & ore fa-  
 cundus, ut in eo aut diuina potestas, quasi bouis ædi-  
 bus diuersetur. Si dignè tamẽ ea pueri corpore inclu-  
 ditur, aut ipse animus expergitus, cito ad diuinationem



nem suam redigatur, quæ ei promptè insita, & nulla obliuione saucia, & hebes facile resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi. Quod si ita est, nominate, quis ille fuerit puer, sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim imitare. Cæterum

**Thallus.** rum Thallus quem nominastis, medico potius, quam mago indiget. Est enim miser morbo comitiali ita infectus, ut ter aut quater die sepe numero, sine ullis cantaminibus corruat, omniaq; membra conflictionibus debilitet, facie ulcerosus, frõte & occipitio cõquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. Maximus omnium magus est, quo præsentè Thallus diu steterit, ita plerunq; morbo ceu somno uergens inclinatur. Eum tamen uos carminibus meis subuersum dixistis, quod fortè me coram semel dedidit, conserui eius pleriq; adsunt, quos exhiberi denunciastis. Possunt dicere omnes quid in Thallo despiciant, cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare, eodem poculo bibere, & quid ego de seruis? uos ipsi uidetis, negate Thallum multò prius quàm ego Acæam uenirem, corruere eo morbo solitum, medicis sepe numero ostensum. Negant hoc cõserui eius, qui sunt in ministerio uestro? Omnium rerum conuictum me fatebor, nisi de omnium consensu

surus diu ablegatus est in longinquos agros, ne fa-  
 militiam contaminaret. Quod ita factum, nec ab illis  
 negari potest. Eò nec potuit hodie à nobis exhiberi  
 Nam ut omnis ista accusatio temeraria & repenti-  
 na fuit, nudius tertius nobis Aemilianus denuncia-  
 ut, ut seruos nune: o quindecim apud te exhibere-  
 mus. Adjunt quatuordecim, qui in oppido erant.  
 Thallus solus, rus ablegatus, ut dixi ferme ad cente-  
 simum lapidem longè ex oculis. Thallus solus abest  
 sed misimus qui eum curriculo aduehat. Interroga  
 Maxime quatuordecim seruos, quos exhibemus.  
 Thallus puer ubi sit, & quàm salue agat, interroga  
 seruos accusatorum meorum. Non negabunt turpissi-  
 mum puerum corpore putri, & morbo caducum,  
 barbarum, rusticanum. Bellum uerò puerum elegi-  
 stis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput con-  
 tingat, quem pulchro pallio amictat, à quo resposum  
 speret. Vellem hercule adesset, tibi eum Aemiliane  
 permisisset, ut teneres ipse, ut interrogares, iam in  
 media questione, hinc ibidè pro tribunali oculos tru-  
 cis in te inuertisset, faciem tuam spumabundus con-  
 spuisset, manus contraxisset, caput succussisset, postre-  
 mò in sinu tuo corruisset. Quatuordecim seruos  
 postulasti, exhibeo, cur illis ad questionem nihil ute-  
 ris: unum puerum, atq; eum caducum, requiris què

olim abesse pariter mecum scis? Quæ alia est euidẽ  
 tior calûniã? quatuordecim serui petitu tuo adsunt,  
 eos dissimulas, unus puerulus abest, cum insimulas.  
 Postremò quid uis? puta Thallum adesse? Vis pro-  
 bare eum præsentem me concidisse? Vltro confiteor,  
 carmine id factum dicis? Hoc puer nescit, ego non fa-  
 ctum, reuincò, nunc caducum esse puerum, nec tu au-  
 debis negare. Cur ergo carmini potius, quàm morbo  
 attribuaturs eius ruina? an euenire non potuit, ut  
 fortè præsentem me idem pateretur, quod sæpe aliàs  
 multis præsentibus? Quod si magnum putarem, ca-  
 ducum deijcere, quid opus carmine fuit? cum incen-  
 sus gagates lapis, ut apud physicos lego, pulchrè &  
 facile hunc morbum exploraret. Cuius odore etiam  
 inuenalicijs uulgò, sanitatem, aut morbum uenaliù  
 experiantur. Etiam orbis à figulo circumactus, non  
 difficile eiusdem ualitudinẽ hominem uertigine sui  
 corrigit, ita spectaculum rotationis eius animũ san-  
 cium debilitat, ac multò plus ad caducos consternẽ-  
 dos figulus ualeat, quàm magus. Tu frustra postula-  
 sti ut seruos exhiberem, ego non de nihilo postulo,  
 ut nomines, qui nam testes huic piaculari sacro adsu-  
 erint, cum ego ruentem Thallum impellerem, unũ  
 omnino nominas puerulum Staniuu pudentem, cuius  
 us me nomine accusas, is enim affuisse se dicit. Cuius  
 pueritia

Pueritia, & si nihil ad religionem suffragetur, tam  
 men accusatio fidem derogaret. Facilius fuit Aemilia  
 ne, ac multo grauius tunc ut ipsum dices interfuisse  
 & ex eo sacro cœpisse dementiri potius, quam totū  
 negocium, quasi ludicrum pueris donares, puer cœdi  
 dit, puer uidit, num etiā puer aliquis incantauit? Hic  
 satis ueteratoriae Tannonius pudens, cum hoc quoque  
 mendacium fingere, ac prope iam omnium uultu, &  
 murmure explosum uideret, ut uel suspiciones quoque  
 rursus spe moraretur, ait pueros alios productum  
 rum, qui sint æquē à me incantati, atque ita ad aliam  
 speciem argumenti transgressus est. Quod quanquam  
 dissimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoque ui-  
 tro prouoco. Cupio enim produci eos pueros, quos  
 spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum.  
 Sed nihil amplius dico quam ut producant: postulo  
 igitur & flagito Tannoni pudens, ut expleas, quod  
 es pollicitus. Cedō pueros istos quibus cōfiditis, pro-  
 duc, nomina qui sint. Mea aqua licet ad hoc utare.  
 Dic inquam Tannoni, quid taces? quid cōtaris? qui de expe-  
 ctas? quod si hic nescit quid dixerit, aut nomina oblitus  
 est. At tu Aemiliane cede huc, dic quid aduocato tuo mā-  
 daueris, exhibe pueros. Quid expalluisti quid taces?  
 hoc cōtine accusare est? hoc cōtine tantū crimē deferre?  
 An Claudiū Maximū tantū uirū ludibrio habere, me-



calumniâ insectari? Quod si fortè patronus tuus uerbo prolapsus est, & nullos pueros habes, quos producas. saltem quatuordecim seruis, quos exhibui ad aliquid utere, aut cur sisti postulabas, tantam familiam magiæ accusans? De quindecim seruis denuntiasti, quòd si de ui accusares, quot tandem seruos postulas? Sciunt ergo aliquid quindecim serui, & occultum est, an occultum non est, & magicum est? Alterum horum fatearis necesse est, aut illicitum nõ fuisse, in quo tot conscios non timuerim, aut si illicitum fuit, scire tot conscios non debuisse. Magia ista quantum ego audio, res est legibus delegata. Iam inde antiquus duodecim tabulis propter incredulas frugum illecebras interdicta. Igitur et occulta non minus, quam tetra & horribilis, plerumq; noctibus uigilata, & te nebris obstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata, cui non modò seruorum, uerum etiam liberorum pauci adhibentur. Et tu quindecim seruos uis interfuisse. Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempestiuum? Quindecim serui sacrum magicum participant, quasi quindecim uiri sacris faciundis creati. Cui tamen rei tot numero adhibuissem, si conscientie nimis multi sunt. Quindecim liberi homines populus est, totidem serui familia, totidem uincti ergastulum. An auditorio

multitudo eorum necessaria fuit, qui diutine hostias  
 lustralis tenerent. At nullas hostias nisi gallinas no=  
 minastis? An ut granathuris numerarent? An ut  
 Thallū prosternerent? Mulierem etiam liberam  
 perductam ad me domum dixistis, eiusdem Thalli  
 ualitudinis. Quam ego pollicitus sim curaturum,  
 eam quoq; in cautelam à me corruisse, ut uideo uos  
 palestritam non magum accuatum uenistis. ita o=  
 mnis qui me accesserint, dicitis cecidisse. Negauit ta=  
 men querente te Maxime Themison medicus, à quo  
 mulier ad inspiciendum perducta est, quicquā ul=  
 tra passam, nisi quæsisse me, ecquid illi aures obtinui=  
 rent, & utra eorum magis ubi respōderit, dextrā  
 sibi aurem nimis inquietā confessam discessisse. Hic e=  
 go Maxime, quanquā sedulo impræsentiarū à laudi=  
 bus tuis tempero, ne ubi tibi ob causam istā uidear  
 blanditus, tamen solertiā tuam in percontandō ne=  
 queo quin laudem. Dudum enim cum agerentur  
 hec, & illi incantatam mulierem dicerent, medicus  
 qui adfuerat, abnueret, quæsisisti tu nimis quā pruden=  
 ter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi, re=  
 sponderunt ut mulier rueret. Quod dein te mor=  
 tua est inquis? negarunt. Quid ergo dicitis, quod A=  
 pulceij commodum, si ruisset? ita enim pulchrè ac p se  
 ueranter tertio quæsisisti, ut qui scires omnium fa=

etorum rationes diligentius exanimandas, ac sepius  
 causas queri, facta concedi, coque etiam patro-  
 nos litigatorum causidicos nominari, quod cur  
 queque facta sint, expediant. Ceterum negare factum,  
 facilis res est, et nullo patrono indiget. Recte factum  
 uel perperam docere, id uero multo arduum et  
 difficile est. frustra igitur an factum sit, queritur,  
 quod nullam malam causam habuit, ut fieret, ita facti  
 reus, apud bonum iudicem scrupulo questionis  
 liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc quoniam,  
 neque incantatum, neque prostratum mulierem  
 probauerunt, et ego non nego pelitu medici a me  
 inspectam, dicam tibi Maxime, cur illud de aurium  
 tinnitu quaesierim, non tam purgandi mei gratia in  
 ea re quam tu iam praedudicasti, neque culpa, neque cri-  
 mini consinem, quam ut ne quid auribus tuis, et do-  
 ctrinae tuae congruens reticuerim. Dicam igitur quod  
 breuissimè potero, etenim admonendus es mihi, non  
 docendus. Plato philosophus in illo praecclarissimo  
 Timæo, caelesti quadam facundia uniuersum mun-  
 dum molitus, postquam de nostri quoque animi trinis  
 potestatibus solertissimè disseruit, et cur queque me-  
 bra nobis diuina prouidentia fabricata sint, aptissi-

Cause mè demonstrauit, causam morborum omnium tris  
 morborum, sariam percenset. Primam causam primordijs cor-  
 poris

poris attribuit. Si ipsæ elementorum qualitates, hu-  
 mida & frigida, & his duæ aduersæ non congru-  
 ant, id adeo cœnit, cum quæpiam earũ modo excres-  
 cit, aut loco demigravit. Sequens causæ morborum  
 inest in eorum uitio, quæ iam concreta ex simplici-  
 bus elementis, una tamen specie coaluerunt, ut est  
 sanguinis species, & uisceris, & ossis, & medullæ,  
 porro illa quæ ex hisce singularibus mixta sunt.  
 Tertio in corpore cœcremata uarij fellis, et turbidi  
 spiritus, & pinguis humoris, nouissima ægritu-  
 dinum incitamenta sunt. Quorum è numero præci-  
 puasit materia morbi comitialis, de quo dicere ex-  
 orsus sum, cum caro in humorem crassum, & spu-  
 midum inimico igni conliquescit, & spiritum indi-  
 dem parto ex candore compressi aeris albida &  
 tumida tabes fluit. Ea namq; tabes, si foras corpo-  
 ris prospiraui, maiore dedecore, quam noxa dif-  
 funditur. Pectoris enim primorem cutim utiligine  
 insignit, & omnimodis maculationibus conuariat,  
 sed cui hæc usu uenerit, nunquam postea comitali  
 morbo attentantur, ita ægritudinem animi grauissi-  
 mam, leui turpitudine corporis compensat. Euiue-  
 ro si pernuciosa illa dulcedo intus cohibita, & bili-  
 atræ sociata uenis omnibus furens præsit, deinde  
 ad summũ caput uiam mollis dirum fluxum cerebro



immiscuit, illico regalem partē animi debilitat, quæ ratione pollens, uerticem hominis uelut arcem & regiam insedit. Eius quippe diuinas uias & sapientis meatus obruit & obturbat, quod facit maiore perniciæ per soporem, cum potu & cibo plenos, comitialis morbi prænuncia strangulatione modicè angit. Sed si usque adeò aucta est, ut etiam uigilantium caput offundatur, tum uerò repentino mentis nubilo obtorpescunt, & moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modò maiore

Morbus  
Sacer.

& comitiale, uerum etiam diuinum morbum, ut ut Græci ἰσχυρὸς οὐκ uerè nun. uerunt, uidelicet quod animi partem rationalem, quæ longè sanctissima est, eam uiolet. Agnoscis Maxime rationem Plotonis, quantum potui pro tempore perspicuè explicatam, cui ego fidem arbitratus, causam diuini morbi esse, cū illa pestis in caput redundauit, haud quaquam uideor de nihilo percontatus, an e. Jet. multari illi caput graue, ceruix torpens, tempora pulsata, auris sonora. & cæterū, quod dextre auris crebriores tinnitus fitebatur, signum erat morbi penitus adiecti. Nam dextera corporis ualidiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum & ipsa egritudini accumbunt. Aristoteles adeò problematicis scriptum reliquit, quibus æquè caducis à dextero

dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliore me  
 delam. Longum est, si uelim Theophrasti quoq; sen-  
 tentiam de eodem morbo recensere. Est enim etiã  
 eius egregius liber de caducis. Quibus tamẽ in alio  
 libro, quem de non uidentibus animalibus conscri-  
 psit, remedio esse ait exuuias stellionum, quas uelut  
 senium, more cæterorum serpentium, temporibus  
 statuis exuant. Sed nisi conuulsum eripiat, malignã  
 ne presagio, an naturali adpetentia illico conuer-  
 tuntur, & deuorant? Hęc iccirco commemorauit no-  
 bilium philosophorum disputata, simul & libros se-  
 dulò uominauit, nec ullum ex medicis, aut poëtis uo-  
 luit attingere, ut isti desinant mirari, si philosophi su-  
 apte doctrina causas morborum, ut remedia noue-  
 runt. Agitur cum ad inspiciendum mulier ægra, cu-  
 rationis gratia, ad me perducta sit, atq; hoc & me-  
 dici confessione, qui adduxit ad meam ratiocinatio-  
 nem rectè factum esse conueniat, aut constituent ma-  
 gi, & malefici hominis esse, morbis mederi, aut si  
 hoc dicere non audent, fateantur se in puero et mu-  
 liere caducis, uana & prorsus caducas calumnias  
 intēdisse. Imò enim, si uerum uelis Aemiliane, tu po-  
 tius caducus, qui iam tot calūnijs cecidisti: neq; enim  
 grauius est corpore, quàm corde collabi: pede po-  
 tius quàm mente corruere: in cubiculo despuui, quã

in ipso splendidissimo cœtu detestari. At tu fortasse  
 te putas sanum, quòd non domi contineris, sed insa-  
 niam tuã quoquò te duxerit, sequeris. Atqui si con-  
 tendere vis furorem tuum, cum Thalli furore, inue-  
 nies non permultum interesse, nisi quòd Thallus  
 sibi, ut etiam alijs furis, ceterum Thallus oculos tor-  
 quet, tu ueritatem. Thallus manus contrahit, tu pa-  
 tronos. Thallus pauimentis illuditur, tu tribunali-  
 bus. Postremò ille quicquid agit, in egritudine facit  
 ignorans peccat, at tu miser prudens & sciens de-  
 linquis. Tanta uis morbi te instigat, falsum pro uerò  
 insinuas, infectum pro facto criminaris, quem in-  
 nocentem liquidò scis, tamen accusas ut nocentem,  
 Quin etiã, quod præterij sunt quæ fatearis nescire,  
 et eadem rursus quasi scias criminaris. Ais enim  
 me habuisse quædam sudariola inuoluta apud la-  
 reis Pontiani. Ea inuoluta quæ & cuiusmodi fuer-  
 rint, nescisse te confiteris, neq; præterea quenquam  
 esse qui uiderit, tamen illa contendis instrumenta  
 magis fuisse. Nemo tibi blandiatur Aemiliane. Nò  
 est in accusando uerjuria, ac ne impudentia quidem  
 ne tu arbitraris. Quid igitur? furor infelix acerbis  
 animi & misera insania crude senectutis. His enim  
 penè uerbis cum tam graui & perspicua iudice  
 egisti. Habuit Apuleius quæpiam linteola inuoluta  
 apud

apud Iarvis Pontiani. Hæc quoniam ignoro, quæ  
 fuerint, iccirco magica fuisse contendo. Crede igitur  
 mihi, quod dico, quia id dico, quod nescio. O pul-  
 chra argumenta, & aperte crimen reuincētia, hoc  
 fuit, quoniam quid fuerit, ignoro. Solus repertus es  
 Aemuliane, qui scias, etiam illa, quæ nescis, tantum  
 super omnis stulticiæ uectus es, quippe qui solertissi-  
 mi, & acerrimi philosophorum, ne ijs quidem con-  
 fidentum esse aiunt, quæ uidemus. At tu de illis quo-  
 que affirmas, quæ necq; conspexisti unquam, necq; au-  
 disti. Pontianus si uiueret, atq; eum interrogares,  
 quæ fuerint in illo inuolucro, nescire se responde-  
 ret. Libertus etiam ille, qui clauis eius loca in hodi-  
 eruam habet, et à uobis stat, nunquã se ait inspexis-  
 se, quanquã ipse aperiret, uipote promus librorũ  
 qui illic erant cõditi penè quotidie & clauderet sæ-  
 pe nobiscum, multò sæpius solus intraret, lintcum in  
 mēsa positum cerne ret, sine ullo sigillo, sine uincu-  
 lo. Quid ni enim magicæ res in eo occultabatur, cõ-  
 negligentius adseruabam, sed enim liberè scrutan-  
 dum & inspiciendum, si liberet etiam aufrendum  
 temerè exponebam, alienæ custodiæ cõmendabam  
 alieno arbitrio pmittebam. Quid igitur in presen-  
 tiarum uis tibi credi quod ne Potianus quidẽ sciret,  
 qui



qui in diuiduo contubernio mecum uixit, id te scire  
 quem nunquã uiderim nisi pro tribunali. An quod  
 libertus aſtiduus, cui omnis facultas inſpidendi fuit,  
 it, quod is libertus non uiderit te, qui nunquã eò ac-  
 ceſſerit uidiſſe? Deniq; ut quod non uidiſti, id tale fu-  
 erit quale dias? Atqui ſtulte ſi hodie illud ſudario-  
 tu interceptiſſes, quicquid ex eo pmeres, ego magicu  
 negarem, tibi ad eò permitto, ſinge quid uis, remitti-  
 ſcere, excogita, quod poſſit magicum uideri, tamen  
 de eo tecum decertarem, aut ego ſubiectum dicere,  
 aut remedio acceptum, aut ſacro traditum, aut ſo-  
 mno imperatum. Mille alia ſunt, quibus poſſem mo-  
 re communi & uulgatiſſima obſeruationum conſue-  
 tudine uerè reſutura. Nunc id poſtulat, ut quod de-  
 prehenuſum & detentum, tamen nihil me apud bo-  
 num iudicẽ lederet, id inani ſuſpitione incertum &  
 incognitum condemnet. Haud ſciam, an ruruſus ut ſo-  
 les, dicas. Quid ergo illud fuit, quod limbo te etum  
 apud Iarcei potiſſimu de poſuiſti? ita ne eſt Aemilia-  
 ne, ſic accuſas, ut omnia a teo percõtere, nihil ipſe  
 adferas cognitum, quamobrem piſcis queris. Cur  
 egram muliere inſpexiſti? quid in ſudario habuiſti  
 inſitum? accuſatũ an interrogatum ueniſti? ſi accuſa-  
 tũ, tu argue que dicis: ſi interrogatum, noli pre ius  
 dicare quid fuerit, q. ideo te neceſſe eſt interrogare,  
 quia

quia nescis. Cæterum hoc quidem pacto, omnes homines rei constituentur, si ei qui nomen cuiuspiam detulerit, nulla necessitas sit probandi, omnis contra factus percontandi. Quippe omnibus sicut fortè negocium magiæ factus situr, quicquid omnino egerint, obijcietur. Votum in alicuius statum fœmore assignasti. Igitur magus es, aut cur signasti? tacitas preces in templo deis allegasti. Igitur magus es, aut quid optasti? contra, nihil in templo precatus es. Igitur magus es, aut cur deos non rogasti? Similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaueris, si uerbenam sumpseris. Dies me deficiet, si omnia uelim persequi, quorum rationem similiter calumniator flagitabit, præsertim quod conditum cunq; quod ob signatum, quod inclusum domi obseruatur, id omne eodè argumento magnum dicetur, aut è cella promptuaria in forū atq; in iudicium profertur. Hæc quanta sint & cuiusmodi Maxime, quantumq; campus calumnijs, hoc Aemuliani tramite aperiatur, quanti q; sudores innocentibus hoc uno sudariolo adferantur. Possunt equidè pluribus disputare, sed faciam, quod institui, extra quod nõ necesse est, confitebor, & interrogatus ab Aemiliano, respondebo. Interrogas Aemuliane, quid in sudario habuerim. At ego quanquam omnino positum ullum sudarium meum in bibliotheca Pontiani

ni possim negare, tamen Maxime fuisse concedā, cum  
 habeam dicere, nihil in eo inuolutum fuisse, quae si di-  
 cam, neq; testimonio aliquo, neq; argumento reuincar.  
 Nemo enim qui attigerit est. Vnus libertus, ut ais qui  
 uiderit, tamen inquam per me licet fuerit repertissimū,  
 sic enim si uis arbitrare, ut olim Vlyxi socij the-  
 saurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem uentossis-  
 simum manticularentur. Vm' dicam cuiusmodi illas  
 res in sudario obuolutas, laribus Fontiani commen-  
 darim? Mos tibi geretur, sacrorum pleraq; initia in  
 Graecia participauī. Eorum quaedam signa & monu-  
 menta tradita mihi à sacerdotibus sedulo conseruo,  
 nihil insolitum, nihil incognitum dico, uel unius Libe-  
 ri patris symmyste, qui adestis, scitis, quid domi con-  
 ditum cœletis, & absq; omnibus prophanis tæte ue-  
 neremini. At ego, ut dixi, multijuga sacra, & pluri-  
 mos ritus, uarias ceremonias, studio ueri & officio  
 erga deos didici. Nec hoc ad tēpus cōpono, sed ab  
 hinc fermē triennium est, cum primis diebus, quibus  
 Aecā uenerā, publicè differens de Aesculapij maie-  
 state, eadem ista prae me tuli, & quod sacra nossem  
 perconsui. Ea disputatio celebratissima est, uulgò le-  
 gitur, in omnium manibus uersatur, non tam facun-  
 dia mea, quàm mentione Aesculapij religiosi Aecē-  
 sibus commendata. Dicite aliquis, si qui fortē nemi-

nit, huius loci principium. Audis ne Maxime multos  
 suggerentis? immo etiam ear liber offertur, recitari  
 ipsa hæc iubebo, quoniam ostendis humanissimo uul-  
 tu, auditione te ista non grauari. Etiam ne cuiquam  
 mirum uideri potest, cui sit ulla memoria religionis,  
 hominem tot mysterijs deum consciuum, quedam sa-  
 crorum crepundia domi adseruare? atq; ea lineo tex-  
 to inuoluere, quod purissimum est rebus diuinis ue-  
 lamentum: quippe lana segnissimi corporis excreme-  
 tum pecori detracta, iam inde Orphei & Pythago-  
 re scitis prophanus uestitus est. Sed enim mundi: ta-  
 ma lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non  
 modo indutui, & amictui, sanctissimis Aegyptiorum  
 sacerdotibus, sed opertui quoq; inde rebus sacris u-  
 surpatur. Atq; ego scio nonnullos, & cum primis Ae-  
 milianum istum fractiue sibi habere, res diuinas deri-  
 dere. Nam ut audio, percensentibus ijs, qui istum uo-  
 uere, nulli deo ad hoc aui supplicauit, nullum tem-  
 plum frequentauit: si fanum aliquod prætereat, ne-  
 phas habet, a orandi gratia manum labris admoue-  
 re. Iste uero nec dijs rurationis, qui eum pascunt, ac-  
 uestiunt, segetis ulla, aut uitis, aut gregis primicias  
 impartit, nullum in uilla eius delubrum situm, nullus  
 locus, aut lucus consecratus. Et quid ego de luco, &  
 delubro loquor? Negant uidisse se qui suere, unum sak-  
 tem



tem in finibus eius, aut lapidem unctum, aut ramum  
 coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita, Charon  
 ut iam dixi, ob oris & animi diritatem. Sed alterum  
 quod libentius audit, ob decorum contemptum Me-  
 zentius. Quapropter facile intelligo, hasce ei tot in-  
 itiorum enumerationes nugas uideri, & forsitan ne  
 ob hanc diutni contumaciam non inducat in animū,  
 uerum esse quod dixi, me sanctissime tot sacrorum si-  
 gna, & memoracula cuius dicitur. Sed ego quid de me  
 Mezentius sentiat, manū non uorterim. Ceteris autē  
 clarissima uocē profiteor, si qui forte adest, eorundē  
 solemniū mihi particeps, signum dato, & audiat li-  
 cēt, quæ ego adseruem. Nam equidem nullo unquam  
 periculo cōpellar, quæ reticenda accipi, hæc ad pro-  
 phanos annunciare. Ut puto Maxime satis uideor,  
 cuius, uel iniquissimo animo expleſſe. Et quod ad su-  
 darium pertineat, omnem criminis maculam detera-  
 siſſe, ac bono iam periculo ad testimonium illud Cras-  
 si, quod post ista quasi grauiſſimum legerunt; à suspi-  
 cionibus Aemiliani transcursus. Testimonium ex li-  
 bello legi, audiſti Gumie cuiusdam, & desperati lur-  
 conis, Iunij Crassi, me in eius domo nocturna sacra  
 cum Appio Quintiano amico meo factiſſe, qui ibi di-  
 uersabatur. idq; se ait Crassius, quanquam meo tem-  
 pore uel Alexandria fuerit, tamen à cæde & fumo

Et auium plumis comperisse, saliet cum cum Alexan-  
 drie symposia obiret. Est enim Crassus iste, qui non  
 inuitus de die in ganeas correpat. In illo cauponis ni-  
 dore pinnas, de penatibus suis aduectas aucupatum  
 fumum domus suae agnouisse, patrio culmine longè  
 exortum. Quem si oculis uidit, ultra Vlyxi uota et  
 desideria hic quidem est oculatus. Vlyxes fumū ter-  
 ra sua mergentem compluribus annis è littore pro-  
 spectas, frustra captauit. Crassus in paucis, quibus ab-  
 fuit mensibus, eundem fumum, sine labore in taber-  
 nauaria sedens conspexit. Sin uerò naribus uido-  
 rem domesticū praesensit, uincit idem sagacitate odo-  
 randi canes, et uulturios. Cui enim cani, cui uultu-  
 rio Alexandrini coeli quicquam abusq; Acaensium fini-  
 bus oboleat. Est quidem Crassus iste summus belluo,  
 et omnis fumi non imperitus, sed profectò studio bi-  
 bendi, quo solo censeur, facilius ad eum Alexandria  
 uini aurea quam fumi perueniret. Intellexit hoc et  
 ipse incredibile futurum. Nam dicitur ante horam  
 diei secundam, ieiunus adhuc et abstemius, testi-  
 monium istud uendidisse. Igitur scripsit, haec se ad hunc  
 modum comperisse, postquam Alexandria reuene-  
 rit, domum suam rectà cõtendisse, ex qua iam Quin-  
 tianus migrarat, ibi in uestibulo multas auiū pinnas  
 offendisse. Præterea parietes fuligine deformatos,  
 kk *quesisse*

quesisse causas ex seruo suo, quæ Acæ reliquerit, cūq;  
 sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse.  
 Quàm uerò sublimiter compositum, et uerisimiliter  
 commentum, me si quid eius facere uellem, non domi  
 meæ potius facturum fuisse. Quintianū istum quimi-  
 hi assistit, quæ ego pro amicitia, quæ mihi cū eo artissi-  
 sima est, proq; eius egregia eruditione, & perfectissi-  
 ma eloquētia, honoris & laudis gratia nomino. Hinc  
 igitur Quintianum, si quas auis in coena habuisset,  
 aut (quod aiunt magiæ causa interemisset, puerum  
 nullum habuisse, qui pinnas conuerteret, et foras ab-  
 iiceret. Præterea fumi tantam uim fuisse, ut parietes  
 atros redderet, eamq; deformitatem quoad habitas-  
 uit, passum in cubiculo suo Quintianum? Nihil dicis  
 Aemiliane? Non est uerisimile, nisi fortè Crassus non  
 in cubiculum reuersus perrexit, sed suo more rectè  
 ad focum. Vnde autem seruus Crassi sufficatus est  
 noctu potissimum parietes fumigatos? an ex fumi co-  
 lore? uidelicet fumus nocturnus nigrior est, eoq; diu-  
 no fumo differt? Cur autem suspicax seruus, ac tā dili-  
 gens, passus est Quintianum migrare prius quàm  
 mundam domum redderet. Cur illæ plumæ quasi  
 plumbeæ, tam diu usq; ad aduentum Crassi manser-  
 runt? nōne simul & Crassus seruus suus? sed ipse  
 hæc potius de fuligine & pinnis mentitus est: dum  
 non

non potest nec in testimonio dando discedere longius à cuius. Cur autem testimonium ex libello legistis? Crassus ipse ubi gentium est? An Alexandriam tedio domus remeavit? An parietes suos detergit? An quod uerius est, ex crapula belluo attemptatur? Nam equidem hæc fabra tecum hesternæ die animaduerti satis notabiliter in medio foro tibi Aemilianæ obruantem, quære à nomenclatoribus tuis Maxime, quàm est. Ille couponibus quàm nomenclatoribus notior, tamen inquam interroga, an hic Iunium Crassum Acensem uiderim, non negabunt, exhibeat nobis Aemilianus iuuenem honestissimum, cuius testimonio nititur. Quid sit dici uides. Dico Crassum iandudum ebrium stertere, aut secundo lauacro ad repotia cœnæ obcunda uinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cum maxime præsens per libellum loquitur, non quin adco sit alienatus omni pudore ut etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore ullo mitteretur, sed si rtasse, nec tantulum potuit ebrius sibi temperare, ut hanc horam sobrie expectaret, aut potius Aemilianus de consilio fiat, ne cum sub tam seueris oculis tuis constitueret, ne tu belluam illam uulsis maxillis scedo aspectu de specie improbares, cum animaduertisses caput iuuenis barba et capillo populatum, madentis oculos, aili a turgentia, rictum, saliuosa labia, uocem absonam



manuum tremorem, ructus. Nam patrimonium omne  
 iam iam pridem abliguratum, nec quicquam ei de bo-  
 nis paternis superest, nisi una domus ad calumniam  
 uendendam, quam tamen nunquam charius, quam  
 in hoc testimonio locauit. Nam temulentum istud men-  
 dacium tribus milibus nummis Aemiliano huic uendi-  
 dit, idque Acæ nemini ignoratur. Omnes hoc antequam  
 fieret, cognouimus, et potui denuntiatione impedi-  
 re, nisi scirem mendacium tam stultum potius Aemis-  
 liano, qui frustra redimebat quam mihi, qui merito  
 contemnebam, obfuturum. Volui et Aemilianum dan-  
 no affici, et Crassum testimonij sui dedecore prosti-  
 tuti. Ceterum nudius tertius, haud quaquam occulta res  
 acta est in Rufini cuiusdam domo, de quo mox dicam,  
 intercessoribus et deprecatoribus ipso Rufino et  
 Calphurniano. Quod eo libentius Rufinus perficit,  
 quod erat certus ad uxorem suam, cuius supra scies  
 dissimulat, non minimam partem premij eius Crassum  
 relaturum. Vidi te quoque Maxime, coitionem aduer-  
 sum me, et coniurationem eorum pro tua sapientia  
 suspicatum, simul libellus ille prolatus est, totam rem  
 uultu aspernantem. Denique quaquam sunt soluta au-  
 dacia et importuna impudentia praediti, tamen testi-  
 monio Crassi, cuius oboluisse sciam uidebant, nec ipsi  
 ausi sunt perlegere, nec quicquam eo nuti. Verum  
 ego

ego ista propterea cōmemorauī, nō quōd pinnarū  
 formidines, & fuliginis maculam, te p̄sertim iudi  
 ce timere. sed ut ne impunitū Crasso foret, quod Ae  
 miliano homini rustico sumum uendidit. Vnde etiā  
 crimem ab illis cum Pudentille literas legerent, de  
 cuiusdā sigilli fabricatione prolatū est, quod me aiūt  
 ad magica maleficia occulta fabrica, ligno exquisi  
 tissimo cōparasse. & cum sit celeri forma turpe &  
 horribile, tamē impendio colore & Græco uocabu  
 lo nuncupare. Nisi fallor, ordine eorū uestigia perse  
 quor, & singulatim apprehendens omnē calūniæ  
 textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod  
 dicitis qui potest? cuius uos adeo artificē nō ignora  
 tis? ut ei uti p̄stō esse, denunciaueritis. En adest  
 Cornelius, Saturninus artifex uir inter suos et arte  
 laudatus, & moribus cōprobatas, qui tibi Maxime  
 paulo antē diligenter sciscitanti, omnē ordinē gestæ  
 rei summa cū fide & ueritate percensuit, me cum a  
 pud eū multas geometricas formas Gnosso uidissem  
 subtiliter & ad fabrefactas, inuitatum eius artifi  
 cio, quædā mechanica, ut mihi elaborasset, petisse: si  
 mul & aliquod simulachrū cuiuscunq; uellet dei,  
 cui ex more meo supplicassem, quacūq; materia dum  
 modo lignea exculperet. Igitur primo buxæ tenu  
 ptasse. Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontia

Saturni  
 nus.

num priuignum meum, qui factum uolebat impetra-  
 tos hebeni loculos, à muliere honestissima Capitolia  
 ad se attulisse. Ex illa potius materia rariore & du-  
 rabiliore uti faceret, adhortatū. Id munus cum pri-  
 mis gratum mihi fore. Sed ea se fecisse, perinde ut  
 loculi suppetebant. Item minutatim ex tabellis com-  
 pacta crassitudine Mercuriolū expediri potuisse.  
 Hæc ut dico omnia audisti. Præterea à filio Capitolii  
 n.æ probissimo adolescente, qui præsens est, sciscitan-  
 tante te eadem dicta sunt: Pontianum loculos, peti-  
 tisse. Pontianum Saturnino artifice detulisse: et tamen  
 illud non negatur, Pontianum à Saturnino per se etū  
 sigillum recepisse, & postea dono mihi dedisse. His  
 omnibus palam atq; aperte probatis, quia omni-  
 no superest, in quo suspicio aliqua magis delitescat.  
 Imò quid omnino est, quod uos manifesti mendacij  
 nō reuincat? occultè fabricatum esse sigillū dixistis,  
 quod Pontianus splendidissimus eques fieri cura-  
 uit, quod Saturninus uir grauis, & probè inter su-  
 os cognitus, in tabernula sua sedens, p̄ aliam excul-  
 sit, quod ornatissima matrona munere suo adiunxit,  
 quod & futurū & factum multi cum seruatorū, tum  
 amicorū, q̄ ad me uentitabāt scirēt, lignū à me toto  
 oppidō, et quidē oppidō quesiū, nō piguit uos cōmen-  
 tiri? quæ quidem absuisse meo tempore scitis, quem  
 iussisse

iussisse fieri qualicūq; materiā probatū est. Tertiū mendaciū uestrū fuit, macilentam uel omnino cuiſce ratam formam diri cadaueris fabricatam, prorsus horribilem & larualem. Quod si compertum habeatis ante euidens signum magiæ, cur mihi ut exhiberem, non denunciaſtis? An ut possētis in rem absente liberè mētiri? Cuius tamē falsi facultas, oportunitate quadam meæ consuetudinis, uobis adempta est. Nam morē mihi habeo quoquò eam, simulachrū alicuius dei inter libellos conditum gestare teiq; diebus festis, thure & mero, & aliquando uictimis supplicare. Dudum ergo, cum audirem scelestum, per quā impudenti mēdacio dicitari, ius. i. curriculo iret aliquis, & ex hospicio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Aex fabricatus est. Cedō tu, eum uideant, teneant, considerent. En uobis quē scelestus ille scelestum nominabat, Auditis ne reclamationem omnium qui adsunt? Auditis ne mendacij uestri damnationem? Nōn uos tot calumniarum tandem dispudet? Hic cine est scelestus? Hic cine est larua? Hiccine est quod appellabat dæmonium, magicum ne istud? an solemne & commune simulachrum est. Accipe queso Maxime & contēplare bene, tam puris & tā pijs manibus tuis res consecrata. En uide q̄ facies eius decora et succi




plena sit, quæ hilaris dei uultus, ut decenter utrinque; la-  
 nugo malis deserpat, ut in capite crispatus capillus  
 sub uno pilei umbraculo appareat, quæ lapide super  
 tempora pares pinnule emineant. Quæ autem festiuè cir-  
 ca humeros uestis susstructa sit, hunc qui scelestum au-  
 det dicere, profecto ille simulachra deorum nulla uidet,  
 aut omnia negligit. Hunc denique, qui laruam putat, ipse  
 est laruatus. At tibi Aemuliane pro isto mendacio,  
 aut deus iste superum et inferum comestor, utrorumque  
 deorum mala gratia, semperque obuias species mortuo-  
 rum, quicquid umbrarum est usquam, quicquid lemorum  
 quicquid manuum, quicquid laruarum oculis tuis ogge-  
 rat. Omnia nocturni occuracula, omnia bustorum formida-  
 mina, omnia sepulchrorum terriculamenta, à quibus ta-  
 men euo et merito haud longe abes. Ceterum Plato-  
 nica familia, nihil nouimus nisi festum et letum, et so-  
 lemne, et superum et celeste. Quin alitudinis stu-  
 dio secta ista etiam celo ipso sublimiora quæpiam uesti-  
 gant, et in extimo mundi ergo degit. sed me uera  
 dicere Maximus, qui legit in Phedro deligere  
 ter, idem Maximus optime intelligit, ut, de nomine  
 etiam uobis respondeat, quis nam sit ille non à me pri-  
 mo, sed à Platone nuncupatus, hoc id est totius rerum  
 nature causa, et ratio et origo initialis, summus ani-  
 mi genitor, eternus animantium sospitator, assiduus  
 mundi

mundi sui opifex. Sed enim sine opere opifex, sine cura sospicator, sine propagatione genitor, neq; loco, neq; tēpore, nec ulla uice cōpræhensus, coq; paucis cogitabilis, nemini effabilis. En ultro augeo magis suspicionē, nō respondeo tibi Aemiliane quē colam, quin si ipse proconsul interroget, quid sit deus meus, tacebo. De noīe ut in presentiarū satis dixi, quod superest, nec ipse sum nescius, quosdā circumstantium cupere audire, cur nō argento, uel auro, sed potissimum ex ligno simulachrū fieri uoluerim, idq; eos arbor, nō tam ignoscendi quā cognoscēdi causa desiderare, ut hoc etiā scrupulo liberentur, cum uiderint omnē suspicionē criminis abundē confutatam. Audi igitur cui cura cognoscere est, sed animo quantum potes erecto, et attento, quasi uerba ipsa Platonis iam senis de nouissimo legū libro auditurus.

Hoc eō prohibet, ut delubra nemo audeat priuatim constituere, censet etenim satis ciuibus ad immolandas uictimas templa publica. Deinde subneffit.

ut omnium assensus declarauit, maximeq; qui in consilio estis cōpetentissimē uideor usus Platone, ut uita magistro, ita causae patrono, cuius legibus obedientem me uidetis.


**L. APV-**  
**LEII MADAVRENSIS**  
**PHILOSOPHI PLATO-**  
**NICI, APOLOGIAE SI-**  
**VE DEFENSIONIS MA-**  
 gix ad Claudiū Max.  
 proconsulē, uirum  
 clarissimū, Ora-  
 tio secunda.

PRO SE IPSO.



Nunc tēpus est ad epistolas Puden-  
 tille praeuerti uel adeo totius rei  
 ordinē paulò altius petere, ut o-  
 mnibus manifestissime pateat me  
 quē lucri cupiditate inuasi, & Pude-  
 dentillae domum dictitant, si ullum lucrum cogita-  
 rem fugere semper à domo ista debuisse, quin &  
 inceteris causis minime prosperum matrimonium,  
 & nisi ipsa mulier tot incommoda uirtutibus suis  
 repēsaret, inimicum. Neq; enim ulla alia causa, pre-  
 ter cassam inuidiam reperiri potest, quae iudicium  
 istud mihi, & multa antea pericula uitae constau-  
 rit. Ceterum cur Aemilianus commoueretur, etsi  
 uere

uerè me magum conspexisset, qui non modò ullo factò, sed ne tantulo quidem dicto meo læsus est, ut uideretur se meritò ultum ire, neq; autem gloriæ causa me accusat, ut M. Antonius cum Carbonè C. Mutius A. Albutium P. Sulpitius, Cn. Norbanum, C. Furius, M. Aquilum, C. Curio, Q. Metellum. Quippe homines eruditissimi, iuuenes, laudis gratia primum hoc rudimentum forensis operæ subibant, ut al quo insigni iudicio ciuibus suis noscerentur, quimos incipientibus adolescentulis, ad illustrandum ingenij florè, apud antiquos cõcessus diu exoleuit, quod si nunc quoq; frequens esset, tamen ab hæc procul absisset. Nam neq; facundiæ ostentatio rustici & indocto: neq; gloriæ cupido rustico et barbaro, neq; inceptio patrociniõrum, capulari seni congruisset, nisi fortè Acmilianus pro sua seueritate exemplum dedit, & ipsi maleficijs insensus, accusatiõnè istam, pro morũ integritate suscepit. Ad hoc ego Acmiliano, non huic Afro, sed illi Africano, & Numantino, & præterea censorio, uix credidissim, ne huic frutici credam, nõ modò odium peccatorũ. sed saltem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuius clarè dilucet aliam rem inuidiã nullam esse, quæ hunc & Herenium Rufinũ impulsorè huius, de quo mox dicam,



dicam, ceterosq; inimicos meos, ad neccendas ma-  
 gie calumnias prouocarit. Quinq; igitur res sunt,  
 quas me oportet disputare. Nam si probè memini,  
 quod ad Prudentillam attinet, hæc obiecere. Vna  
 res est, quod nunquam eam uoluisse nubere post  
 priorem maritum, sed meis carminibus coactam di-  
 xere. Altera res est de epistolis eius, quam confissa-  
 tionem magæ putat. Deinde sexagesimo anno æta-  
 tis, ad libidinem nupsisse. Quod in uilla ac nõ in op-  
 pido tabule nuptiales sint consignatæ, tertio &  
 quarto loco obiecere. Nouissima & eadem inuidio-  
 sissima criminatio de dote fuit, ibi omne uirus totis  
 uiribus adnixi effudere, ibi maximè angebantur.  
 Atque ita dixere, me grandem dotem mox in prin-  
 cipio coniunctionis nostræ mulieri amanti remotis  
 arbitris in uilla extorsisse. Quæ omnia tam falsa,  
 tam nihili, tam inania ostendam adeoque facile &  
 sine ulla controuersia refutabo, ut medijsfidius ue-  
 rear Maxime, qui que in cõsilio estis, ne denissimum  
 & subornatum à me accusatorem putetis, ut inini-  
 diam meam reperta occasione palàm restingues-  
 rem. Mihi credite, quod re ab se intelligetur, op-  
 pido quàm mihi laborandum est ne tam frivola ac-  
 cusationem me potius callidè excogitasse, quàm illos stul-  
 tè suscepisse existimetis. Nunc dū ordinè rei breuiter  
 persequor

persequor, & efficio, ut ipse Acmilianus recognoscat, falso se ad inuidiam meam inductum, & longè à uero aberrasse necesse habeat confiteri, quæso uti adhuc si ceritis, uel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem & fundamentum mendacij huiusce diligenter & cognoscatis Acmlia Pudemilla, quæ nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio amico, qui cum antea nupta fuerat, Pontianum & Pudentem filios genuit eosq; pupillos in potestate aui relictos paternam (nam superstitè patre amicus decesserat) per annos ferme quatuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso ætatis suæ flore tam diu uidua, sed puerorum auus, inuitam eam cõaliare studebat alteri filio suo Sicinio claro, eosq; cæteros procos absterrerebat, et præterea minabatur, si extraneo nupsisset, nihil se filijs eius ex paterno eorum bonis testamento relicturum. Quam conditionem cum obstinate propositam uideret mulier sapiens, & egregie pietate quid filijs suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas nuptiales, cum quo uidebatur, cum Sicinio claro. Verumenimvero uanis frustrationibus nuptias eludit, eò ad dum puerorum auus fato concessit, relictis filijs eius hæredibus, ita ut Pontianus, qui maior natu erat, fratri suo tutor esset. Eo scrupulo liberata, cum à principibus uiris in matrimonium pe-

teretur.

peteretur, decrevit sibi diutius in uiduitate non per  
 manendum. Quippe ut solitudinis tedium perpeti,  
 posset, tamen ægritudinem corporis ferre non pote  
 rat, mulier sanctè pudica, tot annis uiduitatis sine cul  
 pa, sine fábula; assuetudine coniugis torpens, & diu  
 tino situ uiscerum saucia, uitiatas intimis uteri, sæpe  
 ad extremum uitæ discrimen doloribus obortis exa  
 nimabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant  
 penuria matrimonij morbum quæsitum, malum in di  
 es augeri, ægritudinem ingrauescere, dum ætatis ali  
 quid supersit, nuptijs ualitudinem medicandū. Con  
 siliū istud cum alij approbarent, tum maximè Aemi  
 lianus iste, qui pauloprius confidentissimo mendacio  
 adseuerabat, nunquam de nuptijs Pudentillam cogi  
 tasse, priusquàm foret magicis maleficijs à me coacta  
 me solum repertum, qui uiduitatem eius uelut quan  
 dam uirginitatem carminibus & uenenis uiolarem  
 Sæpe audiri nõ de nibilo dici mendacem memorem  
 oportere. At tibi Aemiliane non uenit in mentem,  
 priusquàm ego Aceam uenirem, te literas etiam ui  
 nuberet, scripsisse ad filiū eius Pontianū, qui tū adul  
 tus Romæ agebat. Cedò tu epistolā uel potius da ipsi,  
 legat, sua sibi uocè, suisquæ uerbis sese reuocat Est ne tua  
 epistola? qd palluisti? nā erubescere tu qd nõ potes.  
 Est ne tua ista subscriptio? Recita quæso clarius, ut  
 omnes

omnes intelligam, quantum lingua eius manu discrepet, quantumq; minor illi sit mecum, quàm secum disensio. Scripsisti ne hæc Acemiliane, quæ lecta sunt? nubere illam uelle, & debere? Scio, sed quem eligat, nescio, rectè tu quidem nesciebas. Pudentilla enim tibi, cuius infestam malignitatem probè norat, de ipsa re tantum, cæterum de petitore nihil fatebatur. At tu dum eam putas etiam nunc Claro fratri tuo denupturam, falsa spe inductus, filio quoq; eius Pontiano autor assentiendi fuisti. Igitur si Claro nupsisset, **Clarus.** homini rusticano & decrepito seni, sponte eam diceres sine ulla magigiam olim nupturisse. Quoniã uenem talem qualem dicitis, elegit coactam fecisse ais, cæterum semper nuptias aspernatam. Nescisti improbè epistolam tuam de ista re teneri, nescisti te tuo met testimonio conuinctum iri. Quam tamen epistolam Pudentilla testem & iudicem tuæ uoluntatis, ut quæ te leuem & mutabilem, nec minus mendacem, & impudicem sciret, maluit retinere, quàm mittere. Cæterum ipsa de ea re Pontiano filio suo Romam scripsit, etiam causas consilij sui plenè allegauit. Dixit illa omnia de ualitudine, nihil præterea esse, cur amplius deberet obdurare. Hæreditatè auitam longa uiduitate, cum despectu salutis suæ quæsiisse. Eandem summam industria auxisse. iam deum uoluntate, ipsum



ipsum uxori, fratrem eius uirili toga idoneos esse. Tandem aliquando se quoque paterentur solitudini suae, et aegritudini subuenire. Ceterum de pietate sua, et supremo iudicio nihil metuerent, qualis uideatur eis fuerit, talem nuptam futuram. Reitari iubebo exemplum epistolae huius ad filium missae. Satis puto ex istis cuius liquebre posse, Pudencillam non meis carminibus ab obstinata uiduitate compulsam, sed olim sua sponte a nubendo non alienam, quam me forte se praeteris maluisse. Quae electio tam grauis foeminae, cur mihi crimini potius, quam honori danda sit, non reperio. Non nihil tamen miror, quod Aemilianus et Rufinus id iudicium mulieris aegre serant, cum ij qui Pudencillam in matrimonium petiuerunt, equo animo patiatur me sibi praelatum. Quod quidem illa ut faceret filio suo potius quam animo obsecuta est. Ita factum, nec Aemilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis literis matris, confestim Romam aduolauit, metuens ne si quem auarum uirum nacta esset, omnia, ut saepe fit, in mariti domum conferret. Ea sollicitudo non mediocriter animum angebat. Omnes illi fratrum diuitiarum spes in facultatibus matris sitae erant. Auis modicum reliquerat, mater sextercium quadrages possidebat. Ex quo sane aliquantam pecuniam, nullis tabulis, sed ut equum erat, mera fide acceptam filijs debebat.

debebat. Hunc ille timorem mussitabat. Aduersari  
propalam non audebat, ne uideretur diffidere. Cum  
in hoc statu res esset inter precationem matris et  
metum filij, forte ne an fato aduenio pergens Alexan-  
driam. Dixissem hercule, quod utinam nunquam eue-  
nisset, ni me uxoris meae aspectus prohiberet. Hyems  
anni erat. Ego ex fatigatione itineris aduectus apud  
Appios ueteres amicos meos, quos honoris et amo-  
ris gratia nomino, aliqua multis diebus decubo. Eo-  
uenit ad me Pontianus, nam fuerat mihi non ita pri-  
dem ante multos annos Athenis per quosdam com-  
munis amicos conciliatus, et arto postea contuber-  
nio intime iunctus: facit omnia circa honorem meum  
obseruanter, circa salutem sollicitè, circa amorem cal-  
lidè, qui ppe etenim uidebatur sibi peridoneum ma-  
ritum matri repperisse, cui bono periculo totam do-  
mus fortunam concrederet. Ac primo quidem uolun-  
tatem meam uerbis inuersis, periclitabundus, quoni-  
am me uia cupidum et conuersum ab uxoria re ui-  
debat, orat saltem paulisper manere, uelle se mecum  
proficisci, hyemem alteram propter Syrtis aestus et  
bestias operiendam, quod illam mihi infernitas exci-  
pisset. Multis etiam precibus me ab amicis meis Ap-  
pijs aufert, ut sese domum matris suae transferat, sa-  
lubriorem mihi habitationem futuram. Præterea pro-

spectu matris, qui mihi gratissimus est, liberius me  
 ex ea fruiturum. Hæc omnia adnixus imper. so studio  
 persuadet, & matrem suam, suumq; fratrem puerū  
 istum mihi commendat, non nihil à me in communo  
 ribus studijs adiuuantur. Augetur oppidō familiariz-  
 tas, interibi reualefco. Dissero aliquid postulantibus  
 amicis. Publicè omnes, qui aderant, ingenti celebri-  
 tate basilicam, qui locus auditorij erat complentes  
 inter alia pleraq; cōgruentissima uoce insigniter ac-  
 clamant, petētes ut remanerem, fieremq; cuius Aean-  
 sum. Mox auditorio misso, Pontianus eo principio  
 me adortus, consensum publicæ uocis pro diuino eu-  
 spicio interpretatur, aperitq; consilium sibi esse, si  
 ego non nolim matrem suam, cui plurimi inbient, me  
 cum coniungere, quoniam mihi soli ait rerum omni-  
 um confidere sese & credere, ut id onus recipiam,  
 quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie ma-  
 ter liberorum mihi offeratur. Si hæc reputans, for-  
 me aut diuitiarum gratia, me ad aliam conditionem  
 reseruarem, neq; pro amico, neq; pro philosopho fa-  
 cturum. Nimis multa oratio est, si uelim memorare,  
 quæ ego contra respōderim, quàm diu & quotiens  
 inter nos uerbigeratum sit, quot & qualibus precas  
 bus me adgressus, haud prius omiserit, quàm deniq;  
 impetrarit, non quin ego Pudentillam iā anno per-  
 petuam

perpetim assiduo conuictu probè spectassem, & uir-  
 tutum eius dotes explorassem, sed utpote peregrin-  
 nationis cupiens impedimentum matrimonij aliquã  
 tisper recusaueram: mox tamen talem foeminam ni-  
 hilo segnius uolui, quàm si ultro appetissem. Persua-  
 serat idem Pontianus matri suæ, ut me alijs omnibus  
 mallet, & quamprimùm hæc perficere incredibili stu-  
 dio auehat. Vix ab eo tantam moram impetramus,  
 dum prius ipse uxorem duceret. Frater eius uiriliter to-  
 ge usum auspicaretur, tunc deinde ut nos coniunge-  
 remur. Utinã hercule possem, quæ deinde dicenda  
 sunt, sine maximo causæ dispendio transgredi, ne Pon-  
 tiano, cui errorem suum deprecãti simpliciter igno-  
 ui, uidear nunc leuitatẽ exprobrare. Confiteor enim  
 quod mihi obiectum est, eum, postquam uxorem du-  
 xerit, à conspecta fide desciuisse, ac derepẽte animi  
 mutatũ, quod antea nimio studio festinarat, pari per-  
 tinacia prohibitum isse. Deniq; matrimonium nostrũ  
 ne coalesceret, quid uispati, quid uis facere, paratum  
 fuisse, quãuis omnis illa tum animi foeda mutatio &  
 suscepta contra matrem simultas non ipsi uitio uor-  
 tẽda sit, sed socero eius Ecclio Herennio Rufino, qui  
 unum neminem in terris uiliorem se, aut improbio-  
 rem, aut inquinatiorem reliquit. Per paucis hominẽ  
 quam modestissimẽ potero, necessario demonstrabo

Herennius  
 Rufinus.



Nisi omnino de eo reticuero, operam perdidit,  
quod negocium istud mihi ex summis uiribus confia-  
uit. Hic est enim pueruli huius instigator, hic accusati  
onis autor, hic aduocatorum conductor, hic testium  
exemptor, hic totius calumniæ fornacula, hic Aemili  
ani huius fax & flagellum, idq; apud omnes intem-  
perantissimè gloriatur, me suo machinatu reum pos-  
tulatum. Et sanè habet in istis, quod sibi plaudat. Est  
enim litium omnium deceptor, omnium falsorum cõ-  
mentator, omnium simulationum architectus, omni-  
um malorum seminatium, nec non idem libidinum  
ganciarumq; locus, lustrum, lupanar. Iam inde ab in-  
cunte æuo cunctis probris palàm notus. Olim in pu-  
eritia prius quàm isto caluitio deformaretur, emul-  
toribus suis ad omnia infanda morigerus. Mox in iu-  
uentute saltandis fabulis exorsis planè & eneruis,  
sed, ut audio, indocta et rudi mollitia. Negatur enim  
quicquam histrionis habuisse præter impudicitiam.  
In hac etiam ætate, qua nunc est, qui istum deperdiit  
multi sunt, honos auribus præfandus est, domus eius  
tota lenonina, tota familia contaminata, ipse propudi-  
osus, uxor lupa, filij similes proorsus, diebus ac nocti-  
bus ludibrio iuuentutis, ianua calcibus propulsata,  
fenestræ canticis circumstrepitæ, triclinium commes-  
satoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium.

Neq; enim ulli ad introeūdum metus est, nisi qui pre-  
 cium marito non attulit. Ita ei lecti sui cotumelia ue-  
 stigalis est. Olim solers suo, nunc coniugis corpore  
 vulgò meret. Cum ipso pleriq; nec mentior, cū ipso  
 inquam de uxoris noctibus paciscuntur. Iam illa in-  
 ter urum & uxorem nota collusio, qui amplam sti-  
 pem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat, suo ar-  
 bitratu ascendunt. Qui inaniore, uenere, signo da-  
 to pro adulteris deprehenduntur, & quasi ad di-  
 scendum uenerint, non prius abeunt quàm aliquid  
 scripserint. Quid enim faciat homo miser, ampliu-  
 scula fortuna deuolutus, quàm cum fraude patris  
 ex inopinato inuenerat? Pater eius plurimis credi-  
 toribus defœneratus, maluit retinere pecuniã quã  
 pudorem. Nam cum undiq; uersum tabulis flagita-  
 retur, & quasi insanus, ab hominibus obuijs tene-  
 tur, stax inquit negat posse distoluere, annulos au-  
 reos & omnia insignia dignitatis abiicit. Cum cre-  
 ditoribus depaciscitur. Pleraq; tamen rei familia-  
 ris in nomen uxoris callidissima fraude confert, ipse  
 egens, nudus, & ignominia sua tectus reliquid Ru-  
 suo huic, non mentior, sestertium triginta decoran-  
 dum. Tantum enim ad eum de bonis matris liberũ  
 uenit, præter quod ei uxor sua quotidianis doti-  
 bus quesuit. Que tamen omnia in paucis annis ita

hic degulator studio se in uentre condidit, et omnia  
 modis cohircinationibus delapidauit, ut crederes  
 metuere, nequid habere ex fraude paterna diceretur,  
 homo iustus & morum dedit operam, quod male  
 partum erat, ut male periret. Nec quicquam ei  
 relictum est ex largiore fortuna, præter ambitionem  
 miseram et profundam gulam. Ceterum uxor  
 iam propemodum uetula & effœta, totam domum  
 contumelijs abnuuit. Filia autem per adulescentulos  
 ditiores inuitamēto matris suæ, ne quicquam circum  
 lata, quibusdam etiam procijs ad experiendum per  
 missa, nisi in facilitatem Pontiani incidisset, fortasse  
 an adhuc uidua, antequam nupta, domi sedisset. Pon  
 tianus ei multum quidem dehortantibus nobis, nu  
 ptiarum titulum falsum & imaginarium donauit,  
 non nescius eam paulo ante quam duceret, à quo  
 dam honestissimo iuene, cui prius pacta fuerat, post  
 satietatem derelictam, uenit igitur ad eam cum noua nu  
 pta, secūra, & intrepida, pudore dissipato, flore  
 exolito, flammæ obsoleto, uirgo rursus post recēs  
 repudium, nomen potius asserens puellæ quam inte  
 gritatem. Vectabatur octaphoro. Vidistis profectō  
 qui a suis, quam improba uicuum circumspecta  
 trix, quam immo dica sui ostentatrix. Quis non disci  
 plinam matris agnouit, cum in puella uideret imma  
 dicatum

dicatumos et purpurissatas genas? et illices oculos: Dos erat à creditore omnis ad ternuntium pridie sumpta, et quidem grandior, quam domus exhausta, et plena liberis postulabat. Sed enim iste ut est rei modicus, spei immodicus, pari auaricia et egestate, totum Pudcutillæ quadrages præsumptione cassa deuorarat, eoque me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani facilitatem Pudcutillæ solitudinem circumueniret, inquit generum suum obiurgare, quod matrem suam nihil desponderat, suadet quamprimum ex tanto periculo dum licet, pedem referat. Res matris ipse potius habeat, quam homini extrario sciens transmittat, ni ita faciat, inicit scrupulum amanti adolescentulo, ueterator minatur se filiam abducturum. Quid multis? iuuenem simplicem, præterea nouæ nuptæ illecebris obfrenatum, suo arbitratu de uia defleat. At ille ad matrem uerborum Rufini gerulus, sed nequicquã temptata eius grauitate. ultro ipse leuitatis et inconstantia increpidus, reportat ad socerum haud mollia. Matri suæ præter ingenium placidissimum, et immobile, iram quoque sua expostulatione accensisse, non mediocriter pertinaciæ adiumentum. Respondisse eam denique non clam se esse Rufini ex oratione secum expostulari, eoque uel magis sibi auxilium mariti ad-



uersum eius desperatam auaritiam comparandum  
 Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suae  
 ita ira extumuit, ita exarsit furore, ut in foeminam  
 sanctissimam & pudicissimam, praesente filio eius,  
 digna cubiculo suo diceret, amatricem eam, me ma-  
 gum & ueneficum clamitaret multis audientibus,  
 quos si uoles, nominabo, se mihi sua manu mortem al-  
 laturum. Vix hercule possum irae moderari. Ingens  
 indignatio animo oboritur, tu ne effeminatus sine  
 tua manu cuiquam uero mortem minutaris? At qua  
 tandem manu? Philomena? an Meda? an Clite-  
 mnestra? quas tamen consultas, tantam mollicia ani-  
 mi, tanta formido ferri est, sine cludine saltas, sed ne  
 longius ab ordine digrediar, Pudentilla postquam  
 filium uidet praeter opinioem, contra suam esse sen-  
 tentiam deprauatum, rus profecta, scripsit ad eum  
 obiurgandi gratia illas famosissimas litteras, quibus  
 ut isti aiebant, confessa est sese mea magna in amore  
 inductam dementire. Quas tamen litteras tabula-  
 rio Pontiani praesente, & contra scribente Aenii-  
 liano, nudius tertius tuo iussu Maxime testato de-  
 scripsimus, in quibus omnia contra praedicatione  
 istorum pro me reperiuntur. Quinquam etsi di-  
 strictius magu me dixisset, posset uideri excusabilem  
 da se filio uim meam quam uoluntatem suam cau-  
 sari

sari maluisse. An sola Phœdra falsum epistolum de amore commentata est? An non omnibus mulieribus hæc ars usitata est, ut cum aliquid eiusmodi uelle cœperunt, maluit coactè uideri? Quòd si animo etiam ita putauit me magum esse, iccirco ne magus habear, quia hoc scripsit Pudentilla. Vos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, magum me non probatis, illa uno uerbo probaret? Et quanto tandem grauius habendum est, quod in iudicio scribitur, quàm quod in epistola scribitur. Quin tu meismet factis, non alienis uerbis reuincis. Cæterum eandem uia nuli rei cuiusuis maleficij postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisq; in epistola sua, uel amore, uel odio cuiuspiam scripserit? Magum te scripsit Pudentilla, igitur magus es. Quid si consulem me scripsisset, consul essem? Quid enim si pictorem si medicum, quid deniq; si innocentem, num aliquid horum putares, iccirco quod illa dixisset? Nihil scilicet. Atqui per iniurium est, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes. posse literas eius ad perniciem, nõ posse ad salutem. Sed in quieti animi fuit, efflictim te amabat, concedo interim. Num tamen omnes qui amantur, magi sunt, si hoc fortè qui amat scripserit. Cedo nunc quod Pudentilla me in eo tempore non amabat, siquidem id

foris scripsit, quod palā erat mihi obfuturū. Postre-  
 mō quid uis, sanam an insanā fuisse dum scriberet?  
 sanā dices. Nil ergo erat magicis artibus passa, in  
 sanam respondebis. Nescit ergo quid scripserit, cō-  
 que ei fides non habenda est, imō etiam si fuisset in-  
 sana, insanam se esse nescisset. Nam ut absurdū facit  
 qui tacere se dicit, quod ibidem dicendo tacere sese  
 non tacet, & ipsa professione quod profitetur infir-  
 mat, ita uel magis hoc repugnat. Ego insano, quod  
 uerū non est, nisi sciens dicit. Porro sanus est, qui  
 scit, quid sit insania. Quippe insania scire se non po-  
 test, non magis quā cecitas se uidere. Igitur Pua-  
 dentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se  
 non putabat. Possum si uelim pluribus, sed mitto diu-  
 lecticam. Ipsas litteras longē aliud clamantis, &  
 quasi dedita opera ad iudicium istud pręparatas,  
 & accommodatas recitabo. Accipe, tu, & lege, uis-  
 que dum ego interloquar, sustine paulisper que se-  
 quuntur. Nam ad diuerticulum rei uentum est. Ad-  
 buc enim Maxime, quantum equidem animaduerti,  
 nusquam mulier magiam nominauit, sed ordinem re-  
 petiuit eundem, quem ego pauloprius longa uidiui-  
 tate de remedio ualitudinis, de uoluntate nubendi,  
 de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de  
 sua

suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet. Hæc usq;  
 adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolæ, quæ si-  
 militer pro me scripta, in me metipsum uertit cor-  
 nua, ad expellendum à me crimen magiæ, sedulo om-  
 missa, memorabili laude Rufini uice mutauit, & ul-  
 tro contrariam mihi opinionem quorundam Acen-  
 sium, quasi mago quæsiuit. Multa fando Maxime  
 audisti, & plura legendo didicisti, non pauca expe-  
 riendo comperisti. Sed enim uersutiam tam insidio-  
 sam, tam admirabili scelere conflatam, negabis te  
 unquã cognouisse. Quis Palamedes? quis Siphax?  
 quis denique Euribates aut Phirindas talem ex-  
 cogitasset? Omnes isti, quos nominavi, et siqui præ-  
 terea fuerunt dolo memorandi, si cum hac una Ru-  
 fini fallacia contendantur, machi profus & bocho-  
 nes uidebuntur. O mirum commentum, o subtili-  
 tas digna carcere, et robore. Quis credat effici po-  
 tuisse, ut quæ defensio fuerat, eadẽ manentibus iisdẽ  
 litteris, in accusationẽ trãsuertetur? Est hercule  
 incredibile. Sed hoc incredibile, q̄ sit factũ, pbabo.  
 Obiurgatio erat matris ad filiũ, q̄ me talem uirum  
 qualem sibi prædicasset, nunc de Rufini sententiã ma-  
 gũ dicitur. Verba ipsa ad hũc modũ se habebãt.

Vocat.

Hæc ipsa uerba Rufinus, quæ

Græcè



Græcè interposuit, sola excepta, et ab ordine suo sese iugata, quasi confessionem mulieris circumferēs, & Pontianum per forum ductans, vulgò ostendebat. Ipsas mulieris literas, illatenus quæ dixi, legendas præbebat, cætera supra & infra scripta occultabat. Turpiora esse, quàm ut ostenderentur, dictabat satis esse confessionem mulieris de magna cognosci. Quid quæris? uerisimile oïbus uisum. Quæ purgandi mei gratia scriptæ erant, eadē mihi inuicem inuidiã apud imperitos consciuere. Turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus, epistolam sæpe aperiens proquirabat. Apuleius magus dicit ipsa quæ sentit, et patitur, quid uultis amplius? Nemo erat qui pro me ferret, ac sic resföderet. Totã sodes epistolã cedo. Sine omnia inspiciã, principio ad finem perlegã. Multa sunt, quæ sola prolata calumniæ possint uideri obnoxia, cuius oratio insinuari potest, si ea quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur; si quædam ex ordine scriptorum ad libidinē supprimantur, si quæ simulationis causa dicta sunt, ad seuerantis pñunciatione quã exprobrantis legantur. Hec & id genus ea quam merito tunc dici potuerint, ipse ordo epistolæ ostendat. At tu Aemiliane recognosce, an & hæc mecum testam descripscrit.

Deest ipse ordo epistolæ.

Oro te Maxime. si literæ ita ut partim uocales dicuntur, etiam propriam uocem usurparent, si uerba ita ut poëtæ aiunt, pinnis apta uulgò uolarent, nonne cum primum epistolam istam Rufinus mala fide excerperet, pauca legeret, multa & meliora sciens retineret, nonne tunc cæteræ literæ scelestæ se detineri proclamassent? Verba suppressa de Rufini manibus seruas euolassent? Totum forum tumultu complessent? Si quoque à Pudentilla nissas, sibi etiam quæ dicerent, mandata. Improbo ac nefario homini per alienas literas falsum facere temptanti ne auscultarēt, sibi ponis audirent. Apulcium magiæ non accusatum à Pudentilla, sed accusante Rufino absolutū. Quæ omnia etsi tum dicta non sunt, tamen nunc cum magis promissum sunt, lucè illustrius apparent. Patent artes tuæ Rufine, si audes hiant, detectum mendacium est, ueritas olim interuersa, nunc se offert, & uelut alto barathro calumnias emergit. Ad literas Pudentillæ pro uocastis. Literis uinco, quarum si uultis extremam quoque clausulam audire, non inuidebo. Dic tu quibus uerbis epistolam finierit mulier obcantata, uecors, amens, amans. Etiam ne amplius exclamat uol. Pudentilla, & sanitatem suam à uestris calumnijs quodam

dam præconio uindicat. Nubendi autem seu ratione,  
 seu necessitatem fato ascribit, à quo multum magia re-  
 mota est, uel potius omnino sublata. Quæ enim relin-  
 quitur uis cantaminibus & ueneficijs, si fatum rei ex-  
 usq; ueluti uolentissimus torrens, neq; retineri pos-  
 test, neq; impelli? Igitur hac sententia sua Pudentilla  
 non modò me magum, sed omnino esse magiam nega-  
 uit. Bene quòd integras epistolas matris Pontianus  
 ex more adseruauit. Bene quòd uos festinatio iudicij  
 anteuortit, nequid in istis literis ex ocio nouaretis.  
 Tuum hoc Maxime, tuæq; prouidentia beneficiaum  
 est, quòd à principio intellectas calumnias, ne corro-  
 borarentur tempore, præcipitasti, & nulla impari-  
 ta mora subneruasti. Finge nunc aliquid matrem filio  
 secretis literis de amore, uti assolet, confisã. Hoc  
 ne uerum, fuit Rufine, hoc non dico pium, sed saltem  
 humanum promulgari eas literas & potissimum li-  
 lij præconio publicari. Sed sum ego inscius, qui pos-  
 stulo ut alienum pudorem conserues, qui tuum per-  
 dideris. Cur autem præterita conqueror, cum non  
 sint minus acerba præsentia. Hucusq; à uobis miserã  
 istum puerum deprauatum, ut matris sue epistolas,  
 quas putat amatorias, pro tribunali proconsuli recita-  
 tet, apud uirum sanctissimum Claudium Maximum,  
 ante has imperatoris pij statuas filius matris sue pu-  
 denda

pudenda exprobrat supra, & amores obiecit?  
 Quis tam est mitis, quin exarbescat? Tūne ultro pa-  
 rentis tuæ animum in istis scrutans, oculos obseruas  
 suspiritus numeras? affectiones exploras? tabulas in-  
 tercipis? amorem reuincis? Tūne quod in cubiculo  
 agat, perquiris? ne mater tua nō dico amatrix, sed ne  
 omnino foemina est? ne tu in ea cogitas, nisi unam pa-  
 rentis religionem? O infelix uterum tuum Pudentil-  
 la, o sterilitas liberis potior, o infausi decem menses  
 o ingrati quatuordecim annuū duitatis. Vipera ut au-  
 di, exeso matris utero in lucē proserpit, atq; ita par-  
 ri idio gignitur. At enim tibi à filio iam adulto, acer-  
 biores morsus uiuenti & uideri offeruntur, silenti-  
 um tuum laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuū  
 fōditur, uiscera intima protrahuntur. Hasci' ne gra-  
 tius bonus filius matri respondes, ob datam uitam?  
 ob acquisitam hereditatem? ob quatuordecim anno-  
 norum longas alimonias? Hasci' ne te patruus disci-  
 plinis erudit, ut si compertum habeas, filios tibi si-  
 milis futuros, non audeas ducere uxore. Est ille po-  
 etæ uersus non ignotus:

Odi puerulos præcoci sapientia,

Sed enim malicia præcoci puerum,

Quis non auersetur, atq; oderit, cum uideat uerū  
 monstrum quoddam, prius robustos scelere quàm tē  
 potē



pore, ante nocentem quàm potentem, uiridi pueritia, cana malitia, uel potius hoc magis noxium, quòd cum uenia perniciosus est, & nondum penè, iam iniuriæ suffiat. Iniuriæ dico, immò enim sceleri aduersum parentem nefando, immani, impetibili. Athenienses quidem propter commune ius humanitatis, ex captiuis epistolis Philippi Macedonis hostis sui, unà epistolam, cum singule publicè legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem conscripta, hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum diuulgarent, præferendum rati fâs communitate propriæ ultioni: Tales hostes aduersus hostem. Tu qualis filius aduersus matrem, uides quàm similia cõtendam. Tu tamen filius matris epistolas de amore, ut ais scriptas, in isto cœtu legis, in quo si aliquem potètam lasciuiozem iuberetis legere, profectò non auderes, pudorè tamen aliquo impedirè, immò enim nunquam matris tuæ litteras attigisses, si ullas alias litteras attigisses, ad quam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare, quàm nimis irreuerèter, nimis contumeliosè & turpiter de matre tua scriptam, cū adhuc in eius sinu alerè, miseram clanculo ad Pontianum, scilicet ne semel peccasses, ac tam bonum tuum factum obtuto capesceret. Miser non intelligis, se circo patrum n tuum hoc fieri passum, quo se omnia  
 bus

bus purgaret, si ex literis tuis nosceretur, te etiam  
 prius quam ad eum conuigrasses, etiam cum matris  
 blandirere. Tamen iam tum uulpionem & impium  
 fuisse. Cæterum neq; in animum inducere, tam stul-  
 tum Aemilianum esse, ut arbitretur mihi literas pu-  
 eri & eiusdem accusatoris mei obsuturas fuisse & illa  
 comendaticia epistola, neq; mea manu scripta, neq; ue-  
 risimiliter conficta, qua uideri uolebam blandicijs à  
 me mulierem sollicitatam. Cur ergo blandirer, si ma-  
 gis confidebam? qua autem uia ad istos peruenit epi-  
 stola, ad Pudentillam scilicet per aliquem fidele mis-  
 sa, ut in re tali actitari solet? Cur præterea tam uitio-  
 sis uerbis, tam barbaro sermone ego conscriberem  
 quem ijdem dicunt nequaquam Græcæ linguæ im-  
 peritum? cur autem tam absurdis tamq; tabernarijs  
 blandicijs subagitarem, quem ijdem aiunt uersutus  
 amator ijs satis scite lasciuire? Sic est profectò, cuius  
 palàm est. Hic qui epistolam Pudentillæ Græciorè  
 legere non poterat, hanc ut suã facilius legit, & apti-  
 us commendauit. Sed iam de epistolis satis dictum  
 habeo, si hoc unum addidero, Pudentillã quæ scri-  
 pserat dissimulamenti causa & deridiculi post hæc  
 literas euocasse ad se filios, & nurum cum his ferme  
 duobus mensibus conuersatam. Dicat hic pius filius,  
 quid in eo tempore secus agentem uel loquentem ma-

trem suam, propterea insaniam, uiderit. Neget eam  
 rationibus uilliconum, et opilionum, et equisitionum  
 solertissime subscripsisse. Neget fratrem suum Pon-  
 tianum grauiter ab ea monitum, ut sibi ab insidijs Ru-  
 fini caueret. Neget uerè obiurgatum, quòd literas,  
 quas ad eum miserat, uulgò circumtulisset, nec tamen  
 bona fide legisset. Neget post ista quæ dixi, matrem  
 suam mihi apud uilliam iam pridem condicto loco nu-  
 psisse. Quippe ita placuerat in suburbana uilla poti-  
 us ut coniungeremur, ne ciues denuo ad sportulas  
 conuolarent, cum haud pridem Pudentilla de suo  
 quinquaginta milia nummum in populum expunxif-  
 set ea die, qua Pontianus uxorem duxit, et hic pue-  
 rulus toga est inuolutus. Præterea ut conuiujs mal-  
 tis ac molestijs superfederemus, quæ ferme ex more  
 nouis maritis obeunda sunt. Habes Aemiliane cau-  
 sam totam, cur tabulae nuptiales inter me ac Puden-  
 tillam non in oppido sint, sed in uilla suburbana consi-  
 gnatae, ne quinquaginta milia nummum denuo pro-  
 fundenda essent, nec tecum aut apud te coenandum  
 esset. Est ne causa idonea? Miror tamen quòd tu à  
 uilla tantopere abhorreas, qui plerumque rure uersere.  
 Lex quidem Iulia de maritandis ordinibus nunquam  
 scilicet ad hunc modum interdicit, uxorem in uilla ne  
 ducito. Immo si uerum uelis, uxor ad prolem multo  
 astricta

auspicatius in uilla quàm in oppido duatur. In solo uberi quàm in loco sterili. In agri æspite quàm in fori silice. Mater futura in ipso materno, si nubat in segete, adulta super fœcundam gliebam, uel enim sub ulmo marita cubet in ipso gremio terræ, matres inter soboles herbarum, & propagines uitium, & arborum germina, ibi & ille celeberrimus in comœdijs uersus de proximo congruit. Vacat.

Romanorum etiam maioribus, Quintijs & Serranis, & multis alijs similibus, non modò uxores, uerùm etiam consulatus, & dictatura in agris offerrebantur. Cohibebã me in tam prolyxo loco, ne tibi gratum faciam, si uillam laudauero. De ætate uerò Pudentillæ, de qua post ista satis cõfidenter mentitus es, ut etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse de ea paucis tibi respõdebo. Nam in re tam perspicua non opus est pluribus disputare. Pater eius natam sibi filiam, more cæterorum professus est, tabule eius partim tabulario publico, partim domo adseruantur. Que tibi ob os obijciuntur, porrige Aemiliano tabulas istas, lignum consideret, signa que impressa sunt, recognoscat, consules legat, annos cõputet, quos sexaginta mulieri assignabat, probet quinq; & quinquaginta. Lustrum mentitus est, parum hoc est, liberalius agam. Nam & ipse Pudentillæ mul



tos annos largitus est. Redonabo igitur uicissim. De-  
 cem annos Mezentius cum Vlyxe errauit, quinqua-  
 ginta saltem annorum multatē ostendat. Quid mul-  
 tis? ut cum quadruplato agam, bis duplum quin-  
 quennium faciam uiginti annos semel detraham. Iu-  
 be Maxime consules computari, nisi fallor inuenies  
 nunc Pudentillæ haud multò amplius quadraginta  
 annum ætatis ire. O falsum audax & nimium, o me-  
 dacium uiginti annorum exilio puniendum, dimidio  
 tanta Aemiliane mentiri falsa audeas sesquialtera? Si  
 triginta annos pro decē dixisses, posses uideri pro  
 computationis gestu errasse, quos circulari debue-  
 ris digitos apperuisse. Cum uerò quadraginta quæ  
 facilius cæteris porrecta palma significantur, ea qua  
 draginta tu dimidio auges, non potes digitorum ge-  
 stu errasse, nisi fortè triginta annorum Pudentillam  
 ratus, binos cuiusq; anni consules numerasti. Missæ  
 hæc facio, uenio nunc ad ipsum stirpem accusationis,  
 ad ipsam causam maleficij, respondeat Aemilianus  
 & Rufinus ob quod emolumentum, & si maxime ma-  
 gis forcm, Pudentillam carminibus & uenenis ad  
 matrimonium pellexissem. Atq; ego scio plerosq; re-  
 os alicuius facinoris postulat os, si fuisse quæpiam cau-  
 sæ probarētur, hoc uno se tamen abundè defendisse,  
 uitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorre-  
 re:

re, nec id sibi obesse debere, quod uideantur quædam fuisse ad maleficium perpetrandum inuitamēta. Non enim omnia que fieri potuerint, pro factis habenda. Rerum uices uarias euenire, certum indicem cuiusq; animum esse, qui semper eodem ingenio ad uirutem, uel ad malitiam moratus, firmum argumētum est accipiendi criminis, aut respondendi. Hæc ego quanquam possum merito dicere, tamē uobis condono. Nec satis mihi duco, si me omnium que insimulastis abunde purgari, si nusquam passus sum uel exiguam suspicionem magiē cōsistere. Reputate uobiscum, quanta fiducia innocētiæ meæ, quantoq; despectu uestri agam, si una causa uel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodum appetere, si quamlibet modicum emolumentum probaueritis. Ego ille sum Carinondas, uel Damigeron, uel Hismo ses, uel Ioannes, uel Apollonius, uel ipse Dardanus, uel quicumq; alius post Zoroastren & Hostanen inter magos celebratus est. Vide quæso Maxime quē tumultum suscitauerint, quoniam ego paucos magorum nominatim percensui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam Rufinum, hæc & multo plura alia nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse? An disputem, lon-

Magi insi- gniores.

gè aliud esse noticiam totam, aliud artis eiusdem habere communem? Nec debere doctrinæ instrumentum & eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi? An quod multo præstabilus est tua doctrina Claudii Maxime, tuæq; perfectæ eruditione fretus, contemnam stultis & impolis ad hæc respondere? ita potius sciam, quid illi existiment nacti non putabo, quod institui pergam disputare, nullam mihi causam fuisse, Pudentillam ueneficijs ad nuptias prolectandi. Formam mulieris & ætatem ipsi ultro improbauerunt, idq; mihi uitio dederunt, talem uxorem causa auaritiæ concupisse, atq; adco primo dotem in congressu grandem & ubrem rapuisse. Ad hæc Maxime longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil uerbis opus est, cum multo disertius ipsæ tabulæ loquantur, in quibus omnia contra quam isti ex sua rapacitate de me quoq; coniectauerunt, facta impræsentiarum, & prouisa in posterum deprehendes, iam primum mulieris locupletissimæ modicam dotem, neq; eam dactam, sed tantummodo promissam. Præter hæc eadem conditione factam coniectionem, si nullis ex me susceptis liberis uita demigrasset, ut dos omnis apud filios eius Pontionum & Pudentem maneret. Sin uero uno una ue superstitæ diem suum obisset, uti tum diuisas

Dos Apuleij.

diuidua pars dotis posteriori filio, reliqua prioribus cederet. Hæc, ut dico tabulis ipsis docebo. Fors fuerit, ut ne sic quidem credat Aemilianus sola trecenta millia nummum scripta, eorumq; repetitione filijs Pudentillæ pacto datam. Capiens ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino legat. Pudeat illum iumidi animi sui, & ambitiosæ mēdacitatis, quippe ipse egens, nudus trecentis milibus nummum à creditore acceptis filiam dotauit. Pudentilla locuplex scemina trecentis milibus dotis fuit contenta & maritum habet, & multis sepe & ingentibus dotibus spectis, inani nomine tantulæ dotis contentum. Cæterum præter uxorem suam nihil computantem, omnem suppellectilem, cunctasq; diuitias in concordia coniugis & multo amore ponentem. Quanquam quis omnium uel exigue rerum peritus culpæ audeat, si mulier uidua & mediocri forma, ut non ætate mediocri, nubere uolens, longa dote & molli cōditione inuitasset inueniam, neq; corpore, neq; animo, neq; fortuna prætentandū. Virgo formosa, etsi sit oppidō pauper, tamē abunde dotata est. Affert quippe ad maritū nouū animi indolē, pulchritudinis gratiā, floris rudimentū ipsa uirginitatis cōmēdatio, iure, meritoq; oibus maritis acceptissima est. Nā quodcūq; aliud in dotē accep-

m m 4 peris.



peris, potes cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne, ut acceperas, retribuere, pecuniam remanere, mancipia restituere, domo demigrare, prædij cedere, sola uirginitas cum semel accepta est, reddi nequitur. Sola apud maritum ex rebus dotalibus re manet. Vidua autem qualis nuptijs uenit, talis diuortio digreditur, nihil affert impossibile. sed uenit iam ab alio præstora, certè tibi ad que uelis, minime docilis, non minus suspectans nouam domum, quam ipsa iam ob unum diuortium suspectanda, sine illa morte amisit maritum, ut scui hominis mulier, et infausi conjugij, nunime appetenda, seu repudio digressa est, utramuis habeat culpam mulier, que aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiare. Ob hæc et alia uidue dote aucta procos sollicitant quod uidentilla quoque in alio marito fecisset si philosophum spernentem dote non reperisset. Age uero si auaritie causa mulierem concupissem, quid mihi ut lius ad possidendam domum eius fuit, quam simultatem inter matrem et filios serere? Alienare ab eius animo liberorum charitatem? quo liberius et archus desolatam mulierem solus possiderem. Fuit ne hoc prædonis, quod esse uos fingitis. Ego uero quietis et concordie et pietatis, autor, conciliator, fauissor, non modo nouis

odia

odia nō serui, sed uetera quoque funditus extir-  
 pavi. Suasi uxori meae, cuius, ut isti aiunt, iam uniuersas  
 opes transuoraram. suasi inquam, ac deniq; per Apuleius  
 suasi, ut filijs pecuniam suam reposcentibus, de quo heredita-  
 supra dixeram, ut tam pecuniam sine mora redde tē filijs im-  
 ret in prædijs, uili estimato, & quanto ipsi uolebāt. paratur.  
 Præterea ex re familiarum sua fructuosissimos agros,  
 & grandem domum opulente ornatam, magnam  
 que uim tritici, & ordeï, & uini, & olei, cæterorumq;  
 fructuum. Seruos quoque haud minus qua-  
 dringentos, pecora amplius, neq; pauca, neq; abiec-  
 ti præcij donaret, ut eos & ex ea quam tribuisset  
 parte, securos haberet, & ad cætera hereditatis  
 bona spe inuirtet. Hæc ego ab inuirta Pudētilla (pa-  
 tictur enim me, uti res fuit ita dicere) egrè exaudi-  
 tus ingentibus precibus, inuirtē & iratē extorsi. Ma-  
 trem filijs reconciliaui. Priuignos meos primo hoc  
 uirtici beneficio, grandi pecunia auxi. Cognitum  
 hoc est tota ciuitate Rufinum omnes execrati, me  
 laudibus tulere. Venerat ad nos prius quàm istam  
 donationem mater perficeret, ut cum dissimili alio  
 fratre suo, Pontianus ante pedes nostros aduoluitus  
 ueniam & obliuionem præteritorum omnium po-  
 stularet, flens & manus nostras osculabundus, ac  
 dicens pœnitere, quod Rufino & similibus auscul-

Ponti-  
 nus pœni-  
 tens.

tarit. Petit postea suppliciter, uti se Lolliano quoque  
 auito C. V. purgem, cui haud pridem tirocinto profes-  
 sionis suae fuerat à me commendatus. quippe com-  
 pererat ante paucos dies omnia me ut acta erant,  
 ad eum perscripsisse. Id quoque à me impetrat. Itaque  
 acceptis literis Carthaginem pergit: ubi iam prope  
 exacto consulatus sui munere, Lollianus auitus Ma-  
 xime opperiebatur. His epistolis meis lectis, pro sua  
 eximia humanitate gratulatus Pontiano, quod cito  
 errorem suum correxisset, rescripsit mihi per eum.  
 Quis litteras dii boni, qua doctrina? quo lepore?  
 qua uerborum amoenitate simul et iucunditate?  
 Profsus, ut uir bonus dicendi peritus. Scio te Ma-  
 xime libenter eius litteras auditurum. Et quidem si  
 perlegam, mea uoce pronuntiabo. Cedo tu Auiti  
 epistolas, ut quae semper ornamento mihi fuerunt,  
 sint nunc etiam salutis. At tui licebit aquam sinas fluere.  
 Namque optimi uiri litteras ter et quater ab  
 eo quatuordecim temporis dispendio lectitarem. Non  
 sum nescius, debuisse me post istas Auiti litteras per-  
 orare. Quem enim laudatorem locupletiorē, quē  
 testem uitae meae sanctiorem producam? Quem de-  
 niq; aduocatum facundiorē? Multos in uita mea  
 Romani nominis disertos uiros sedulo cognoui, sed  
 sum e quē neminē admiratus. Nemo est hodie, quam  
 sum

tum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis  
 ac spei, quin Auitus esse longè malit, sicum eo se re  
 mota inuidia uelit conferre. Quippe omnes sãndi  
 uirtutes penè diuersæ in illo uiro congruunt. Quã  
 cũq; orationem struxerit Auitus, ita illa erit undiq;  
 sui perfectè absoluta, ut in illa neq; Cato grauitatẽ  
 requirat, neq; Lælius lenitatem, neq; Gracchus im-  
 petum, nec Cæsar calorem, nec Hortensius distribu-  
 tionem, nec Caluus argutias, nec parsimoniam Sal-  
 lustius, nec opulentiã Cicero. Prorsus in qua, ne o-  
 mnis persequar, si Auitum audias, neq; additũ quic-  
 quam uelis, neq; detractum, neq; autem aliquid cõ-  
 mutatum. Vidco Maxime quã benigne audias,  
 quæ in amico tuo Auito recognoscis. Tua me comi-  
 tas, ut uel pauca dicerem de eo, iuuitauit. At nõ us-  
 que adeo tuæ beniuolentiæ indulgebo, ut mihi per-  
 mittam iam propemodum jesso in causa prorsus ad  
 finem inclinata, de egregijs uirtutibus eius, nõc de-  
 mum incipere. Quin potius eas integris uiribus, et  
 tempori libero seruem. Hunc cuius mihi ( quod æ-  
 gre jero ) à commemoratione tanti uiri, ad pestis  
 ista oratio reuoluenda est. Audès ne te ergo Ae-  
 miliane cum Auito conferre? Quem ne ille bonũ  
 uirũ ait, cuius animi disputationẽ tam plenè suis lite-  
 ris collaudat, cum tu magiæ maleficij criminis inse-  
 ctaberis?



Etabere? An inuasisse me domum Pudentillae, et  
 compilare bona eius? Tu magis dolere, quam do-  
 luiſſet Pontianus qui mihi ob paucorum dierum,  
 uestro ſcilicet inſinctu, ortas ſimultates, etiam abu-  
 ſenti, apud Auitum ſatis fecit. Qui mihi apud tan-  
 tum uir in gratias egit. Puta me acta apud Auitum,  
 nō litteras ipſius legiſſe. Quid poſſes, uel quas quis  
 in iſto negotio accuſare? Pontianus ipſe quod a ma-  
 tre donatum acceperat, meo muneri acceptum ſe-  
 rebat. Pontianus me uetricum ſibi contigiſſe inti-  
 mis affectionibus letabatur. Quod utinam incolus  
 in Carthagine reuertentiſſet, uel quoniam ſic ei ſue-  
 rat ſato decretum, utinam tu Ruſine ſummum eius  
 iudicium non impeſiſſes, quas mihi aut coram, aut  
 de uique in teſtamento gratias egiſſet. Litteras tamē  
 quas ad me Carthagine, uel iam adueniens ex ita-  
 nere praeſiſit, quas adhuc ualidas, quas tam es-  
 ger, plenas honoris, plenas amoris, queſo Ma-  
 xime pauliſſer recitari ſinas, ut ſciat frater eius  
 accuſator meus, quam in omnibus Mineruae cur-  
 riculum cum fratre optime memoriae uiro cur-  
 rat. Audiſti ne uocabula quae mihi Pontianus fra-  
 ter tuus tribuerat? Me parentum ſuum, me domi-  
 nam, me magiſtrū, tum ſepe aliās, tum in extremo  
 tēpore uitae uocans. Poſſem tuas quoque paris epiſto-  
 las

las promere, si uel exiguam moram tami putarem,  
 potius testamentum illud recens tui fratris, quanquā  
 imperfectum, tamen proferri cuperē, in quo mei offi-  
 ciosissime, & honestissime meminit. Quod tamē testa-  
 mentum Rufinus neq; comparari, neq; perfici passus  
 etiam pudore perditæ hereditatis, quā paucorum  
 mensuum, quibus socer Pontiani fuit, magno quidem  
 precio nocturno computarat. Præterea nescio quos  
 Chaldaeos consuluerat, quo lucro filiam collocaret.  
 Qui, ut audio, utinam illud non uere respondissent,  
 primum eius maritum in paucis mensibus moriturū.  
 Cetera enim de hereditate (ut assolent) ad consu-  
 lentis uotum consinxerunt. Verum ut dii uoluere,  
 quasi caeca bestia, in cassum hiauit. Pontianus enim si-  
 liam Rufini male compertam, non modo heredem  
 non reliquit, sed ne honesto quidem legato impartia-  
 uit. Quippe qui ei ad ignominiam lintea ascribi du-  
 centorum fere denariorum iussit, ut intelligeretur,  
 iratus potius externasse eam quā oblitus præteris-  
 se. Scripsit autem hæredes tam hoc testamento quā  
 priore, quod dlectum est, matrem cum fratre, cui ut uis-  
 des admodum puero tandem illam filiae suæ machi-  
 nam Rufino admouet, ac mulierem alioqui multo na-  
 tu maiorem nuperrimē uxorem fratris, misero pue-  
 ro obijcit, & obstermit. At illæ puellæ meretricis blā-  
 dimen-

dimentis, & lenonis patris illectamentis captus &  
 possessus, exinde ut frater eius animam ædedit, relicta  
 matre, ad patrum commigravit, quo facilius, re-  
 motis nobis cœpta perficerentur. Fauet enim Rufia-  
 no Acmilianus et prouentum cupit. Ehem, rectè uos  
 admonetis, etiam suam spem bonus patrius tem-  
 perat in isto ac fouet, qui sciat intestati pueri legitimum  
 magis, quàm iustum heredem futurum. Nollem  
 hercule hoc à me profectum, non fuit meæ moderati-  
 onis tacitas omnium suspiciones palam abrumpere  
 malè uos qui suggestistis. Planè quidem si puer uer-  
 lis, multi mirantur Acmiliane tam repentinam. cir-  
 cum puerum istum tuam pietatem, postquam frater  
 eius Pontianus est mortuus, cum antea tam ignotus  
 illi fueris, ut sæpe ne in occurſu quidem, filium fratris  
 de facie agnosceres. At tunc ad eò patientem te ei  
 præbes, itaq; cū indulgētia corrumpis, ad eò ei nul-  
 la re aduersaris, ut per hæc suspicionibus fidem faci-  
 sis. Inuestem à nobis accepisti, uesticipem illico reddi-  
 disti, cum à nobis regeretur, ad magistros ibat. At ab-  
 ijs nunc magna fugela in ganeum fugit. Amicos serios  
 os aspernatur. Cum adolescentulis post remissimis  
 inter scorta & pocula puer hoc æui in conuiuio agi-  
 tat. Ipse domi tuæ rector, ipse familie dominus, ipse  
 magister in conuiuio in ludo quoq; gladiatorio frequens

frequens uisitor, nomina gladiatorum & pugnas &  
 uulnera, planè quidem, ut puer honestè ab ipso lan-  
 sta doctur. Loquitur uunquã nisi Pumicè, & si quid  
 adhuc à matre Græcissat Latinè enim neq; uult, neq;  
 potest. Audisti Maxime pauloantè pròh nefas, priui-  
 gnum meum fratrem Pontiani, disertiiuuenis, uix  
 singulas syllabas fringultientem, cum ab eo quere-  
 res, donasset ne illis mater, quæ ego dicebam, me ad-  
 iuuante donata. Testor igitur te Claudi Maxime,  
 uosq; qui in consilio esus, uosq; etiã, qui tribunal me  
 cum adsistitis, hæc damna & dedecora morum eius  
 patruo huic, & candidato illi sacro adsignãda, meq;  
 posthac nil boni cõsulturum, quod talis priuignus cu-  
 re meæ iugum ceruicæ excusserit, neq; postea pro eo  
 matri eius supplicaturum. Nam quod penissimè obli-  
 tus sum, nuperrimè cum testamentũ Pudentilla post  
 mortem Pontiani filij sui, in mala ualetudine scripse-  
 rit, diu sum aduersus illam renisus, ne hunc ob tot irsi-  
 gneis contumelias, ob tot iniurias exheredaret. Elo-  
 gium grauisimum iam totum medijsfidius perscri-  
 ptum, ut aboleret, impensis precibus orauit. Postre-  
 mò ni impetrarem, diuersurum me ab ea commina-  
 tus sum mihi hanc ueniam tribueret, malum filiũ be-  
 neficio uinceret me inuidia omni liberaret. Nec pri-  
 us desisti, quàm ita fecit. Doleo me hunc sic scrupulũ  
 Aemilianò



Ac miliano dempsisse, tam inopinatam semitam in dē-  
 casse. specta quæ o Maxime, ut hiſce auditis ſubuo-  
 obſtupuerit, ut oculos ad terras demſerit. Enim lon-  
 gē ſecius ratus fuerat, nec inmeritō, mulierem filij  
 contumelijs infectam, meis officijs deuinctam ſciebat.  
 De me quoq; fuit quod timeret. Quis enim uel æque  
 ut ego ſpernens hæreditatis, tamen uindicari de tē  
 inofficioſo priuigno reuſaſſet? Hæc præcipuē ſollia-  
 tudo eos ad accuſationem mei ſtimulauit, hæreditatē  
 omnem mihi relictam falſō ex ſua auaritia conteſta-  
 uere. Solus uos in præteritum iſto metu. Namq; au-  
 tum meum neq; hæreditatis, neq; ulionis ocaſio po-  
 tuit loco dimouere. Pugnauit cū irata matre, pro pri-  
 uigno malo uictor, ueluti pater pro optimo filio  
 aduerſus noueram, nec ſatis fuit, ni bonæ uxoris pro-  
 lixam liberalitatē circa me, nimio plus æquo coher-  
 cerem. Cedō tu teſtamentum, iam inimico filio à ma-  
 tre factum, me quem iſti prædonem dicerent, uerba  
 ſingula cum precibus præeunte. Rumpi tabulas iſtas  
 iube Maxime, inuenies filium hæredem, mihi uerō te  
 nunc nescio quid honoris gratia legatum, ne ſi quid  
 ci humanitus attigiſſet, nomen maritus in uxoris ta-  
 bulis non haberem. Cape iſta, ut matris tuæ teſtamē-  
 tum. Verē hoc quidē inofficioſum. Quid' ni in quo  
 obſequentiſimum maritum ex hæreditauit, inimiciſi-  
 mum

mum filium scripsit heredem, immò enim uero non  
 filium sed Aemiliani spes, & Rufini nuptias, sed te=  
 mulentum illud collegium, parasitos tuos. Accipe in  
 quam filinrum optime, & positis paulisper epistolis  
 amatorijs matris, lege potius testamētū, si quid qua  
 si insana scripsit, hīc reperiēs, & quidem mox à  
 principio: Sicinius Pudēs filius meus mihi hāeres esto  
 Fateor, qui hoc legerit, insanum putabit. Hic nesci  
 lius hāeres, qui te in ipso fratris sui funere aduocata  
 perditissimorum iuuenum manu uoluit excludere è  
 domo, quam ipsa donaueras. Qui te sibi à fratre co=  
 heredem relictum, grauiter & acerbè tulit, qui cō  
 festim tecū tuo luctu & mœrore deseruit, & ad Ru  
 finum & Aemilianum de sinu tuo aufugit. Qui ibi  
 plurimas postea contumelias dixit corām, & adiuuā  
 te patruo fecit. Qui nomen tuū protribunalibus uen  
 tilauit. Qui pudorem tuū tuismut literis conatus est  
 publicè dedecorare. Qui maritum tuum, quem ele=  
 geras, quem ut ipse obijciebat, efflictim amabas, capi  
 tis accusauit. Aperi quæso bone puer, aperi testamen  
 tum, facilius insaniam matris sic probabis. Quid ab  
 nuis? quid recusās? Postquam solitūdinem de hāere  
 ditate materna repulisti. At ego hæc tabulas Maxi  
 ma hic ibidem pro pedibus tuis adijcio. Testorq; me  
 deinceps incuriosius habiturum, quid Pudentilla te=  
 stamen

stamento suo scribat. Ipse iam, ut libet, matrem suam  
 de cætero exoret. Mihi ut ultra eò deprecet, locum  
 non reliquit. Ipse iam ut sui potens ac uir acerbis-  
 mas literas matri diceret, iram eius delinuat: qui potuit  
 it, perorare, potuit exorare. Mihi iam dudum satis est,  
 si non modò crimina obiecta plenissimè dilui, nec un-  
 etiam radicem huius iudicij, id est hereditatis quæsi-  
 te inuidiam funditus substuli. Illud etiam ne quid  
 inuicem prætereā, priusquā peroro, falsò obiecta reum  
 cā. Dixistis me magis de pecunia mulieris pulcherrimam  
 prædium meo nomine emisse. Dico exiguum heredi-  
 colū sexaginta milibus nummū. Id quoque nō me, sed Pu-  
 dentillam suo nomine emisse. Pudētille nomē in ta-  
 esse. Pudētille nomine pro eo agello tributū depēdi.  
 Præsens est quæstor publicus, cui depēsum est, Corui-  
 nus celer uir ornatus. Adest etiā tutor autor mulieris  
 uir grauisissimus & sanctissimus, omni cum honore  
 mihi nominandus, Cassius Longinus. Quære Maxi-  
 me cuius emptionis autor fuerit, quātulo precio mu-  
 lier locuples agellum suum præstnarit. Testimoniū  
 Cassij Longini tutoris, & Coruini clementis quod  
 recitatum est. Est ne ita ut dixi: uspiam in hac empti-  
 one nomen meum ascriptum est? Num ipsum heredi-  
 oli precium inuidiosum est? Num uel hoc saltē in me  
 collatum? Quid etiam est Aemiliane, quod non te iu-  
 dice.

iudice refutauerim, quod precium magiæ meæ rep-  
 peristi? Cur ego Pudentillæ animum ueneficijs flecte-  
 rem? quod ex ea commodū caperem, uti dotem mihi  
 modicā potius quā amplam diceret? O præclara car-  
 mina, an ut eam dotē filijs suis magis restipularetur  
 quā penes me sineret? Quid addi ad hanc magiā po-  
 test? an uti rē familiarē suā meo ahortatu pererāq;  
 filijs condonasset, que nihil illis ante me maritū sue-  
 rat largita? mihi quicquā impartiret. O graue uenesi-  
 cium dicā, an ingratiū beneficiū? an ut testamento, q-  
 irato filio scribebat, filiū potius, cui offensa erat, quā  
 me cui deuincta, heredē relinqueret? Hoc quidē mul-  
 tis carminibus difficile impetraui. Putate uos causā  
 non apud Claudiū Maximū agere, uirum æquum, et  
 iustitiæ pertinacē, sed alium aliquē paruum et seuerū  
 iudicē substituere, accusationū fauctorem, cupidum con-  
 demnandi, date ei quod sequatur, ministrare, uel tan-  
 tulum uerisimilem occasionem secundum uos pronū-  
 tiādi. Saltē fingite aliquid, reminiscimini, quod re-  
 spōderatis, qui uos ita rogarit. Et quoniā omnem co-  
 natum necesse est quæpiā causa præcedat, respōdete  
 qui Apuleium dicitis animum Pudentillæ magicis il-  
 lectamentis adortum, quid ex ea petierit? Cur secc-  
 rit? formā eius uoluerat, negatis. Diuitias saltē con-  
 cupierat? negant tabulæ dotis, negant tabulæ dona-



nis, negant tabule testamenti, in quibus non modo  
 non cupide appetisse, uerum etiam dure repulisse, li-  
 beralitatem suæ uxoris ostenditur. Quæ igitur alia  
 causa est? Quid obmutuistis? quid tacetis? Vbi illud li-  
 belli uestri atrox principium, nomine priuigni mei  
 formatum? Hunc ego domine Maxime reum apud  
 te facere institui. Quin igitur addis reum magistrum  
 reum uictoricum? reum deprecatorem? Sed quid deinde  
 de plurimorum malefactorum et manifestissimorum.  
 Cedò unum de plurimis. Cedò dubium uel saltem ob-  
 scurum de manifestissimis. Ceterum ad hæc quæ ob-  
 iecistis innumera, binis uerbis respondeam. Dentis  
 splendidos, ignosce mundicijs, specula inspicias, de-  
 bet philosophus. Versus facis, licet fieri. Pisces ex-  
 ploras, Aristoteles docet. Lignum consecras, Plato  
 suadet, Vxorē ducis, leges iubent. Prior natus est,  
 solet fieri. Lucrum sectatus es dotis, dotalem accipe  
 donationem, recordare, testamentum lege: quæ si o-  
 mnia a fatim recudi, si calumnias omnes refutauit, si  
 in omnibus, non modo criminibus, uerum etiam ma-  
 ledictis procul à culpa philosophiæ tutus sum, si phi-  
 losophiæ honorem, qui mihi salute mea antiquior est  
 nusquam minui, immo contra ubique si cum septem  
 pœnis cum tenui, si hæc ut dico ita sunt, possum secu-  
 rius tuam existimationem reuereri, quam potestatem  
 uereri

uereri, quod minus graue & uerendum mihi arbi-  
tror, à proconsulibus damnari, quàm si à tam bono,  
tamq; emendato uiro improber. Dixi.

**L. APV-**  
LEII MADAVRENSIS  
PHILOSOPHI PLATO-  
NICI, COSMOGRAPHIA  
SIVE DE MVNDO, AD  
FAVSTINVM  
LIBER.



Consideranti mihi & diligentius in-  
tuenti, & sepe aliàs Fauſtine mihi  
uirtutis indagatrix, expultrixq; ui-  
tiorum, diuinarũ particeps rerum  
philosophia uidebatur, & nũc ma-  
xime, cũ naturæ interpretationem, & remotarũ ab  
oculis rerũ inuestigationẽ sibi uendicet. Nam cũ cœ-  
teri magnitudine rei territi, eiusmodi laborẽ arduũ  
& p̄fundum existimarẽt, sola philosophia suũ nõ de-  
spexit ingenũ, nec indignã se existimauit, cui diuina  
rum & humanarũ rerũ disceptatio deferaur. Sed  
condiscere, ac docere, tam bonas res, et eiusmodi o-  
pera cũ ingenuitate, p̄fessionis suæ creãdit, & con-  
n n 3      gruere

Philoso- gruere istiusmodi curam talibus studijs et moribus.  
 phia per sent, ut è terreno domicilio illas regiones inspiceret,  
 egrinari philosophiam duccm nacti sunt, eiusq; imbuti inuen-  
 licet. tis, animo peregrinari ausi sunt, per cæli plagas, his  
 itineribus, quæ exploratione acuminis sui, peruia  
 sapientiæ, solis cognitionibus uideant, ut cum ipsius  
 interualli conditione à mundi uicinia natura nos se-  
 cretos esse uoluisset, immensitati tamen eius uolu-  
 criq; curriculo cogitationum nostrarum nos permi-  
 citas intimaret, facillimè que ea, de quibus origo  
 eius est, anima diuinis oculis suis aspexit & agno-  
 uit, alijs etiam eius scientiam tradidit, ueluti pro-  
 phetæ quidam, qui dum deorum maiestati comple-  
 xi sunt, essantur cæteris, quæ diuino beneficio so-  
 li uident. Quare & eos qui nobis unius ingenia  
 qualitatesq; describunt, aut moenia urbis, aut ali-  
 cuius amnis fluentia, aut amœnitates & magnitu-  
 dines montium, alia multa descripta ab alijs ple-  
 rique studiosè legunt. Mysciuga, & penetralia Cir-  
 rhi, & Olympi sacra, & O. se ardua, & alia hu-  
 iuscemodi sola duntaxat & singula extollunt, quo-  
 rum ruseret me, cum tãtopere, nec magnis & op-  
 pidò paucis inexplebili admiratione capiuntur. Hæc  
 illis cucurire adeo non est admirabile, cum nihil ma-  
 ius

ius suspexerint, neque ad aliquid intenderint, quod  
 maiore diligētia contemplandum esset. Ceterum si  
 terrarum orbem omnemq; mundum contemplari  
 pariter aliquando potuissent, minus exiguas eius  
 & singulas partes dignas laudibus credidissent,  
 quibus esset uniuersitas comprehensa. Quare nos  
 Aristotelem prudentissimum & doctissimum phi-  
 lopporum, & Theophrastum autorem secuti,  
 quantum possumus cogitatione contingere, dice-  
 mus de omni hac cælesti ratione, naturas & offi-  
 cia: complexi, & cur, & quemadmodum moueren-  
 tur, explicabimus. **Mundus** omnis societate cæli  
 & terre constat, & eorum naturis, quæ urtiusq;  
 sunt. Vel sic. **Mundus** est ornata ordinatio, dei  
 munere, decorum recta custodia, cuius cardinem  
 (sic nim dixim centrū) robustum, & incontingi-  
 bilen genitrix atq; altrix animantium omnium ha-  
 bet telus, supernis oibus, ut uideri potest, aeris li-  
 quiditate, ad modum tegminis septis & opertis.  
 Ultra leorū domus est, quod uocamus calum, quod  
 quidem diuinis corporibus onustū uidemus ignibus  
 pulcherimis et perlucidis solis & lunæ, ceterū iuo-  
 rum siderū, cum quibus fertur per orbē, dierū, no-  
 ctūq; curiculis, agens stellarū choros intimo lapsu,

**Mundus.**



finem nulla cui defectione factura. Sed cum omne  
 celum ita reuoluatur ut sphaera, ipsum tamen radi-  
 cibus oportet teneri, quas diuina machinatio uerticibus  
 affixit, ut in tornando artifex solet forcipe ma-  
 teria non solum reciproco uolumine rotundare. Eis  
 Poli. polos dicimus, à quibus uelut à cardinibus directo  
 quedam profecta, axis est ductus, diuisor & discha-  
 minator mundi, orbem terræ in medietate constitu-  
 ens. Verum hi uertices, quos immobiles diximus, in-  
 sunt, ut supra caput alter appareat ex parte boreæ,  
 qui septentrionalis uocatur. Alter antarcticus hunc  
 tegitur, humidis & austrinis uaporibus mollis. sed  
 Aether undè. celum ipsum stellæq; , omnisq; sidera compa-  
 gis, aether uocatur, non, ut quidam putant, quod igneus  
 sit & intensus, sed quod cursibus rapidis semper  
 rotetur. Elementum uero unum ex quattuor que  
 nota sunt cunctis, sed longè aliud, numero quintum,  
 ordine primum, genere diuinum, & inuolabile iam  
 astrorum innumerabilis multitudo partim libitur  
 cum orbis inerranti regione, quem circulos in am-  
 bitu signifer, obliqua complexione circumdatus, &  
 signis duodecim illuminatus, partim errantibus stel-  
 lis, que neq; priorum motus habent, nec sane inter  
 se similem & æqualem, sed affixe diuersi globis,  
 inordinate, ut sic dixerim, ordinem seruat, aliæq;  
 ultra

ultra sunt, alia citra stellæ, quæ propter naturam  
 eiusmodi, nullis creduntur erroribus uagæ, & infi-  
 nitos numero greges ducunt, & simplex ætheris  
 dorsum alma & sacratâ amœnitatē lucis coronant.  
 Septem uerò decorū illustres, totidem orbibus as- Septem  
 fixæ sunt, & gradatim sibimet superlatæ, ut superi Planctæ.  
 or inferiore sit maior, ac uicij in mutuis abhæsiom-  
 bus nexæ, complexu illius, quæ inerrabilis dicitur,  
 cōtinentur. Hic Phœnonis globus, quæ appellamus  
 Saturnum. Post quem Phœtonis secundus est, quem  
 Iouem dicimus, & loco tertio Pyrocœntis, quæ mul-  
 ti Herculis, plures Martis stellam uocant. Hanc se-  
 quitur Stilbon, cui quidam Apollinis, cæteri Mercu-  
 rij nomen dederunt. Quintus Phosphorus Iunonia  
 inò Veneris stella censetur. Deinde Solis est orbis  
 & ultima omnium Luna, altitudinis ætheræ prin-  
 cipia discriminans, quæ diuinas & immortales uiua- Luna.  
 citates ignium pascens, ordinati ac semper æ quali-  
 bus inuectiōibus soluitur, atq; reparatur. Post eā ue-  
 rò pars est, quæ sancti ætheris finibus coërcetur, cu-  
 ius mensu, appensuq; distincta est natura immutabi-  
 lis origo, & mortalis ac iam penè terrena, cuius pri-  
 mæ sunt partes tenuiores & uaporatæ. Quippe  
 cum finitōnis ætheris attingantur ardoribus, quan-  
 tum maximis parua, & quantum rapidis possunt pi-  
 griora

griora contingi. Sed ex ea parte, qua curriculis fra-  
 nitimi inuritur solis eiaculari atq; emicare flammæ  
 quedã, ostẽdere se oculis nostris uidetur, quas Græci  
 Comete, & Docidas, & Bothynos appellat, quaq;  
 labi & fluere frequenter uidemus, lucere, faciliusq;  
 restingui. Exinde inferioris aëris qualitas turbidior  
 infunditur, cui permixtus est glacialis rigor. Sed  
 superior uicinia claritatis, & propinqui caloris  
 afflatu nitescit, ac sinceriore interdum luce ues-  
 scitur. Huius sæpe mutabilis conuertitur species,  
 cum sit natura uariabilis in nubes cogitur, & recta  
 procis stabris aperitur, & hymbribus uehementia  
 bus rumpitur, niuibus etiam & glaciei inhorrescit,  
 & præcipiti grandine desuper uerberatur turbidæ  
 ne statibus, typhoniq; consuctu sit procellosa. Sed  
 telis fulminum & missilium cælestium iaculis ignea  
 maria, sed frequentatur animantibus, sed fontium  
 perennitate recreatur. Hæc fulminum frigidus la-  
 psus, nunc exterioribus terris uehit, modo profundo  
 in maria confundit. Eadem infinitis coloris flo-  
 res, altitudine montium, camporumq; equalitate, ne-  
 morum opacitate uariatur, sinuosis inflexa litoribus  
 distincta insulis, uillulis, urbibusq; collucens, quas sa-  
 piens

Piens genus homo communibus usibus fabricauit.  
 Nec sum ne scius, plerosq; huius operis autores terrarum orbem ita diuisisse, partem eius insulas esse, partim uerò continentem uocari, nescij omnes hanc terrenam immensitatem Athlantici maris ambitu coerceri, insulamq; hanc unam esse cum insulis suis omnibus. Nam similes, huic alias, & alias minores circumfundit Oceanus, quæ tamen meritò uidentur ignotæ, cum ne hanc quidem, cuius cultores sumus, omnes peragrarè possimus. Nam sicut hæ insule interfluuntur, quæ sunt in nostro mari, ita illæ uniuerso salo fretis latioribus ambiuntur. Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus implicatur, & quinq; coniuges copulæ his ordinatæ uicibus attinentur, ut adhæreant etiam grauioribus leuiora. Aquam in se habet tellus, & aqua, ut alij putant, uehit terram. Aër ex aqua gignitur, ignis ex aëris condensitate conflatur, ather uicissim, ignesq; illi immortalis dei uiuacitate flammatur. Huius diuini ignis origine incensi, per totius mundi conuexa, illustribus facibus ignescunt superna. Quapropter dii superas sedes habent, infima cæterorum animantium terrena possident, & erumpunt, scatent flumina, fontes & maria, quæ meatus & lacunas, & origines habent in gremio terræ.

Elementorum harmonia.

Nebula



- Nebula.** Nebula constat, aut ex ortu nubeculae, aut ex eius reliquijs. Est autem exhalatio uaporata, humore uiduata, aere crassior, nube subtilior, qui serenitas abolitionem inuert. Nec aliud est serenitas, quam aer purgatus caligine, & perspicue sincerus. Ros uero non est humor est, quem serenitas tenuiter spergit.
- Ros.** Ros uero non est humor est, quem serenitas tenuiter spergit.
- Glacies.** Glaciem dicimus humorem, sereno frigore concretum. Huic est pruina cōsimilis, si mollicies roris matutinis frigoribus in canuit. Ergo aer actus in nubem nubium denset, & ea crassitudo aquarum factu grauidatur. Hymber exprimitur, cum inter se urgentur nubium densitates, totque diuersitatibus pluuiae cadunt, quot modis aer nubium conditionibus cogitur. Raritas enim nubium stillicidia dispergit. Quae concrete uehementius effundunt agmina largiora
- Hymber** & eas aquas, quas hymbres uocamus, a quibus hoc
- Nimbus** differunt nimbis, quod pluuia iugis est. nimbus autem
- differt** quanto repentior est, tanto uehementior: & quanto
- improuisor** & praecipitator est, tanto breuiore casu restringitur. Niues autem colliguntur a tactatione densarum nubium constat. Nam priusquam in aquam defluat, fractae ac discissae spumas agitationibus suis faciunt, & mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit. Haec uictis nubibus crebrior ad terram uenit. Nunc
- Venti.** noia exequemur, regionesque uentorum. Euros orientes, boreas

borcas septentrio, occidens Zephyros, austrus medi  
 us dies mittit. Turbo enim dicitur, qui repentinis fla  
 bris profilit, atq; uniuersa perturbat. Vortex ille est  
 ueluti dicitur pinea. cum torquetur humus arida, et  
 ab infimo erigitur ad summum. Anaphysemata Græ  
 ci uocant eos spiritus, qui de fundo uel hiatus ter  
 ræ explosi, ad superna maris solent diuenire. Hi cū  
 maiore ui torti sunt, fit procella, & à Græcis proster  
 nomen accepit. Sed cum tormentum illud ire pergit,  
 densusq; & tumidas nubes præfagit, coactasq; colli  
 dit, fit sonatus, & intonat cælum, non secus, ac si com  
 motum uentis mare cum ingenti fragore undas litto  
 ribus illidat. Nūc de nubium præfagijs referā, quan  
 do illa profecta nubecula patefecerit cælum ignes  
 cunt penetrales spiritus, emicatq; lux clara, hoc dici  
 tur coruscare, & ordine quidem prius tonare oportet,  
 postea coruscare. Quippe ut ignis fertur ad saxa  
 attrita, obtutus uelocius illustriora contingit, auditus  
 dum ad aureis uenit fertore sensu conapitur, ita &  
 prius coruscare cælum creditur, & mox tonare. Tū  
 quia ignes pernitate sui coruscātes dicto citius no  
 stræ uisioni occurrunt. sonus uerò uerberati aëris se  
 rius indicio sentitur. Flamma uerò illa, quam nubiu  
 conflictus excussit, si robustiore fuerit incendio, im  
 petu deuchitur in terras, & fulminis habet nomen,  
 atq;

Turbo.

Procella.

Coruscare

Fulmen.

atq; formidinem habet. Presteras uerò nominamus  
 cum flammaram in illis minus fuerit. Sed si ignitum  
**Typhon.** non fuerit fulmen typhon uocatur. Sæptos generale  
**Sæptos.** omnibus, quæ de nubibus cadunt, nomen est. Iris  
 Iris uulgo arcum esse aiunt, quando imago solis uel lu  
 næ humidam & cauam nubem densamq; ad instar  
**Rhabdos.** speculi colorat, & mediet. tē orbis eius secat. Rhab  
 dos autem generis eiusdem ad uirgæ rigorem per  
**Alysis.** longum colorata nubecula dicitur. Alysis est cathe  
 na quædam luminis clarioris per solis ambitū in se  
**Selas.** reuertens. Selas autem Græci uocant incensi aeris  
 lucem. Horum pleraq; iaculari credas, alia labi alia  
 stare. Iaculatio igitur tunc fieri putatur cum meatu  
 aque impulsæ generatus ignis celeritatē sui cursumq;  
**Sterigmon** rapidæ festinationis ostendit. Statura lux est, quam  
 Sterigmon illi uocant, sine cursu iugi, sed prolyxa  
**Cometes.** lux stellæq; fluor, ignitusq; liquor. Quicumq; latius pā  
 ditur, cometes uocatur, sed plerunq; lucēs istæ repē  
 tinò ortæ statim occidūt. Sed non aquarū tantūmodo  
 tellus in se habet fontes, uerū spiritu & igni fecū  
 da est. Nam quidam sub terra occulti sunt spiritus,  
 & flantes incendia itidem suspirant. Illi etiam ignes  
 qui terræ secretarijs cōtinentur, prætereūtes aquas  
 uaporant & producant. Longinquitate enim flam  
 mæ tepidiores aquas reddunt, uicinia feruentiores.  
 Apposi

Apposito incendio aquæ utuntur, ut Phlegetontis  
 amnis, quem poëtæ sciunt in fabulas inferiorum. Se  
 pe accidit, ut statim spiritus per terræ concavas par-  
 tes errantes, continerēt solida terrarum, sæpius ut  
 spiritus crescente uolentia, & insinuantes se telu-  
 ris angustijs nec inuenientes exitum terram moue-  
 rent. His passionibus cōtingit, ut quædam terræ ex  
 pirēt halitus, aliæ uomāt saxa, nōnullæ sunt etiã quæ  
 fontes pariunt insolentibus locis, peregrinorum flu-  
 minum saltantes uias. Isti sunt motus, quibus solū qua-  
 titur. Palmatiæ uerò appellantur, quorum pauitati *Palmatiæ.*  
 one illa quæ trepidant, sine inclinationis periculo  
 nutant, cum directi tamen rigoris statum retineant *Micetiæ.*  
 Micetias uocatur tetri odoris inquietudo terrena.  
 Audiantur mugitus, interioribus gemitibus expres-  
 sis, cum spiritus inualidus ad terram mouendam per  
 aperta telluris inuentis uulneribus fertur. His talibus  
 marina sunt paria, cum fluctuum concurrerentiū mo-  
 le, nunc progressibus litora, nunc recursibus sinus  
 cæsi quatuntur. Sentitur etiam cæli marisq; cognā-  
 tio, cum mensuris cursibus lunæ decrements, & ac-  
 æssus fætorum atq; æstuum deprehenduntur. Verū  
 enim uero, ut quatenus possum de uniuersitate quod  
 sentio breuiter absoluā. Elementorū inter se tāta di-*Elemento*  
 scordia est, aëris, maris, atq; terræ, ut admirari mi-*rum dis-*  
 nus cordia.



nus deceat, si illis incommoda soleant, atq; secunda  
 contingere, particulatim quidem rebus ortus, atq;  
 obitus afferentes, uniuersitatem uerò sine atq; initio  
 uindicantes. Et quibusdam mirum uideri solet, quòd  
 cum ex diuersis atq; inter se pugnantibus elementis  
 mundi natura conflata sit, aridis atq; fluxus glaciali-  
 bus, & ignitis, tanto rerum diuortio, nondum sit ei-  
 us mortalitas dissoluta, quibus illud simile satisfaci-  
 cum in urbe ex diuersis & contrarijs corpora-  
 rum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim  
 pariter diuites, & egentes, adolescentes etas per-  
 mixta senioribus, ignaui cum fortioribus, pessimi cū  
 optimis congregati. Haud profecto fateantur hanc  
 esse ciuilibus rationis admirandam temperantiam, cum  
 quidem de plurimis, una sit facta, & similis sui tota,  
 cum membra dissimilia sint, receptrixq; sit natura  
 ad diuersa tendentium, & fortunarum per uarios  
 fineis, exitusq; pergeritium, & contrariorum per se  
 natura flectitur, & ex dissonis fit unus idemq; con-  
 sensus. Sic mas & foemina secum iunguntur, ac di-  
 uersus utriusq; sexus ex dissimilibus simile animal fa-  
 cit, artesq; ipsæ naturam imitantes, ex imparibus pa-  
 ria faciunt. Pictura ex discordibus pigmentorum co-  
 loribus, atris, albis, luteis, & puniceis, confusione  
 modica temperatis, imagines his, quæ imitantur, si-  
 miles

nales facit. Ipsa q̄; musica, quæ de longis & breuibus  
 acutis, & grauioribus sonis constat, tam diuersis &  
 dissonis uocibus harmoniam consonam reddit. Gr̄a  
 matricorum artes unde quæso? cum ex diuersis colle  
 ctæ sint literis, ex quibus aliæ sint insonæ, aliæ semi  
 sonantes, tamen mutuis se auxilijs adiuuantes sylla  
 bas pariunt, & de syllabis uoces. Sic totius mundi  
 sua instantia initorum inter se impares conuentus,  
 pari non discordante consensu, natura ueluti musi  
 cam tēperauit. Namq; liquidis arida, & glacialibus  
 flammuda, uelocibus pigra, directis obliqua confudit  
 unumq; & omnibus, & ex uno omnia, iuxta Heracli  
 tum, constituit. Principiorum igitur consensus sibi  
 concordiam peperit. Perseuerantiam uerò amici  
 tiæ inter se elementis dedit specierum ipsarum par  
 titio, & dum in nullo alia ab alia uincitur modo uel  
 potestate æqualis. Quippe omnium diuersitas gra  
 uissimorum & leuissimorum feruentium & frigido  
 rum, docente ratione naturæ, diuersis licet rebus  
 æqualitatem deferre concordiam, omnia parentis  
 mundi amœnitatem æternitatēq; repperisse. Quid  
 enim mundo præstantius? Lauda quā putes speciē,  
 portio à te laudabitur mundi. Admirare quam uo  
 les temperantiam, ordinationem, figurā, hic & per  
 hunc illud quo attingit, est, inuenitur esse laudandum

Nam quid oro te ornatum atq; or dinatum uideri po-  
 test, quod nō ab ipsius exemplo imitatura sit ratio?  
 Vnde cosmos Græcè nomen accepit. Euntibus Sole  
 atq; Luna cæteraq; luce siderea per easdem uias, cu-  
 stoditis temporum uicibus, nec ullius temporis inter-  
 iectione confusus, digeruntur tempora, & rursum  
 incipiunt. Atq; pulchrè & sæcundè horæ procrean-  
 tur, nunc æstiuos uapores resoluentes, nunc præuicias  
 hyemis circumferentes. Dierum etiam noctiumq; cur-  
 riculis ordiuntur menses, texunt annos, annu seriem  
 conficiunt seculorū. Et quidem hic mundus magni-  
 tudine immensus, cursibus rapidus, splendore perlu-  
 cidus, ualenti habitudine, pubertate iuuenili. Hic ani-  
 malium natantium atq; terrestrium, pennigerorum  
 cunctorumq; distinxit genera, in species separauit, fi-  
 xitq; leges uiuendi atq; moriendi. Ex hoc animantia  
 uitalis spiritus ducunt illis statutis cursibus tempo-  
 rum euentus, qui admirationi esse solent, cum uel in-  
 ter se concutiuntur, uel directis nubibus fulmina, cæ-  
 lum & tempestates inter se serena, hybernaq; con-  
 fligunt, micant hymbres, ignes rumpuntur, & rur-  
 sus placatis omnibus amœna letitia mundi resera-  
 tur. Videas & uiridantibus comis cæsariatam esse  
 terram, & scatebris fontium manantem, & aquarū  
 agmina concipientem, parientem atq; educantem,  
 nec

nec occasibus fatigari, nec secundis excussam erum=  
 pentibus, semper tam pigris quàm mouentibus fœd=  
 bus aquarum, sæpe alluionibusmersam, flammarum  
 per parteis uoracitate consumptam, quæ tamen cum  
 regionaliter uideantur pestifera, ad omnem saluta=  
 ria sunt, & ad redintegrationem eius ualent. Et cū  
 mouetur, profectò spirat illos spiritus, quibus clausis  
 & effugia quærentibus mouebatur. Hymbribus eti=  
 am madescētā, non solum ad educandos foetus suos  
 opimatur, uerùm etiam pestifera contagione prolui=  
 tur. Flabris autem spirantium aurarum grauiores,  
 & minus puri aëris spiritus differuntur atq; pur=  
 gantur. Tepores frigus glaciale mitificant, & bru=  
 malis austros fauonius ac terræ terrestriumq; usce=  
 rum uenas renouit. Et pars gignentium, alia adole=  
 scentium cætera occidentium utces sustinent. Et fors  
 nascentium obitorum loco pullulant, & occidentiū  
 numerus nascentibus locum pandit. Restat quod ca=  
 put est sermonis huius, ut super mundi rectore uerba  
 faciamus. Indigens quippe orationis huius uideba=  
 tur de mundo reputantes, ut etsi minus curiosè, at=  
 quomodo possemus differemus. De rectore quippe  
 omnium non, ut ait ille, silere melius est, sed uel parū  
 dicere, uetus opinio est. Atq; in cogitationes omniū  
 hominum penitus incidit, deum esse, originis non ha



bere autorem, deumq; esse salutem, & perseveran-  
 tiam earum, quas effecerit, rerum. Neq; ulla res est  
 tam præstantibus uiribus, quæ uiduata dei auxilio,  
 sui natura contenta sit. Hanc opinionem uates secti  
 profiteri ausi sunt, omnia Ioue plena, cuius præ-  
 sentiam, non iam cogitatio sola, sed oculi, & aures  
 & sensibilis substantia comprehendit, ad hæc com-  
 posita est potestati dei conueniens oratio. Sospita-  
 tor quidem ille genitor est omnium, qui ad comple-  
 dum mundum nati factiq; sunt. Non tamen, ut corpo-  
 rei laboris officio orbem istum manibus suis instru-  
 xerit, sed qui quadam infatigabili prouidentia, &  
 procul posita, cuncta contingit, & maximis interual-  
 lis disiuncta circumplectitur. Nec ambigitur eum præ-  
 stantem atq; sublime in sedem tenere, & poetarum  
 laudibus nomen eius consulum, ac regum nuncupati-  
 onibus prædicari, & in arduis arcibus solium con-  
 secratum. Deniq; propiores quosq; de potestate eius  
 us amplius trahere, corpora cælestia illa quanto fini-  
 tima sunt ei, tanto amplius de deo capere, multo mi-  
 nus, quæ ab illis sunt secunda, et ad hæc usq; terrena  
 pro interuallorum modo indulgentiam dei ad nos  
 usq; beneficiaq; peruenire: Sed cum credamus deum  
 per omnia permeare, & ad nos & ultra potestatem  
 sui nominis tendere, quantum abest, uel imminet, tan-  
 tum

tum exist. mandum est cum amplius minus ue rebus  
 utilitatis dare. Quoniam rectus & honestus sit ar-  
 bitrari summam illam potestatem. sacratam cali pe-  
 netrabilibus, & illis qui longissimè separatur, una &  
 eadem ratione per se & per alios opem salutis af-  
 ferre, neq; penetrantem atq; aduentem specialiter  
 singula, nec indecorè attractantem conuenus cun-  
 cta. Talis quippe humilitas deiecti & minus subli-  
 mis officij, nec cum homine quidem cōuenit, qui sit  
 paululum conscientie celsioris. Militie principes,  
 & curie proceres, & urbium ac domorum recto-  
 res dico nunquam commissuros esse, ut id suis mani-  
 bis factum uelint, quod sit curæ leuioris. Nihil enim  
 possunt æquius facere dominorum imperia. ministr-  
 ria seruulorum, exemplo ut intelligi possit. Camby-  
 ses, & Xerxes, & Darius potentissimi reges fue-  
 runt, horum præpotentia, quam ex opibus college-  
 rant, lenociniū uitæ effecerat celsioris, cum eorum  
 alter apud Susam & Ecbatanas, ut in fano quodam  
 sacratu nulli temerè notitiam moris sui panderet,  
 sed circumseptus admirabili regia, cuius tecta fl-  
 gerent, eboris nuue, argenti luce, flammis ex auro,  
 uel electri claritate. Lumina uerò alia præ alijs ce-  
 rant. Interiores fores, exteriores ianue immine-  
 bant, portæq; serrate, & muri adamantina firmi-

Cambyses  
 Xerxes  
 Darius

tate. Ante fores uiri fortes, stipatoresq; regalium laterum, tutela peruigili, custodiam per uices foruū sustinebāt. Erant inter eos diuisa officia, in comitatu regio armigeri quidam, at extrinsecus singuli custodes locorum erant, & ianitores, & atrienses. Sed inter eos aures regis, & imperatoris oculi quidam homines uocabantur, per quae officiorum genera rex ille ab hominibus deus esse credebatur, cum omnia quaecunq; ibi gererentur, ille praedictorum delatione discebat. Dispensatores pecuniae, quaestores uectigalium, tribunos aerarios habebat. Alios & alios praefecerat caeteris urbibus. Alij uenatibus agendis prouiniam nacti, pars domibus et muneribus praefecti putabantur, & caeteri perpetuis, magnisq; curis, obseruatione singularum rerū appositi erant. Duces ac satrapae ubiq; dispositi, et permixta locis omnibus mancipia regalia ex eo numero erant & cursores diurni, atq; nocturni exploratores, & per uices incersae faces ex omnibus regni sublimibus locis in uno die imperatori significabant, quod erat cito opus. igitur regnum illud ita componi oportet cum mundi aula, ut inter se comparentur summus atq; exuperantissimus diuūm, & homo gnauus & pessimus. Quod succi uiro uel quilibet regi indecorū est per semetipsum procurare

curare omnia & perficere, multò magis deo inco-  
 ueniens erit. Quare sic putandum est cum maximè  
 maiestatem retinere, si ipse in alto resideat loco,  
 eas autem potestates per omnes mundi partem or-  
 biq; dispenset, quæ sint partes, Solem ac Lunã, cum  
 etiamq; cælum. Horum enim cura salutem terreno-  
 rum omnium gubernat. Nec multis ei opus est, nec  
 particeps hominum conuersatione, quibus propter  
 ignauiam appositum est, pluribus indigere. Et non  
 eiusmodi compendio machinatores fabricarum, astu-  
 tia unius conuersionis multa & uaria pariter ad-  
 ministrant, etiam illi qui in ligneolis hominum figu-  
 ris gestus mouent, quando filum membri quod agi-  
 tari solet, traxerint, torquetur ceruix, nutabit ca-  
 put, oculi uibrabüt, manus ad ministeriũ p̄tererüt,  
 nec inuenustè totus uidebitur uiuere. Haud secus  
 etiã cælestis potestas cū initiũ sciẽtia et saluifera o-  
 pera mouerit ab uno ad secundum, et deinceps ad  
 tertium, et usq; ad supremũ. Attactu cõtinuo uim sue  
 maiestatis insinuat, aliud alio cõmouitur, motusq; u-  
 nus alteri mouendi se originẽ tradit. Mundo equi-  
 dem consentiüt, non una, sed diuersa uia, & ple: uq;  
 cõtraria. Sed prima remissior e admodum data sim-  
 pliciq; inchoato principio, impulsibus mutuis, ut



supra dictum est, mouentur quidem omnia, sed ita  
 ut si quis sphaeram aut quadratum, & cylindrum,  
 & alias figuras in procliuē simul iaciat, deferentur  
 quidem omnia, sed non eodem genere mouebuntur.  
 Nec illud dissimile exemplum uideri oportet, si quis  
 pariter patefacto gremio, animalium multitudinē  
 simul abire patiatur, uolucrum, natatiliū, atq; ter-  
 restrium, enim uero ad suum locum, quæq; duce na-  
 tura properabunt. Pars aquam repentes, illa inter  
 agros, legibus & institutis suis naturali lege aggre-  
 gabuntur. Ibunt per aëris uias præpetes, quibus  
 hæc natura largita est, sic natura uiuendi est consti-  
 tuta. Nam cum omne cælum simplici circūactu uol-  
 uatur, nocte dieq; distinctum, diuersis mensurarum  
 æqualitatibus separatum, quamuis una sphaera o-  
 mnia concluderet, incrementis tamen globi sui, den-  
 sioneque lamina menstrua luna significat, & cæ-  
 li spaciū sol annua reuersione collustrat, eiusque  
 comites amœnus Lucifer, et communis Cyllenius stel-  
 la, etenim prioribus Mauortium sidus circulis in bi-  
 ennio conficit spacia. Iouis clarum fulgensq; sexies  
 eadem multiplicatis cursibus suis tempora, quæ sa-  
 turnus sublinior tīginta spacijs annorum circum-  
 errat. Verū inter hæc una mundi conuersio orbis et  
 unus concentus, atq; unus stellarum chorus, ex diuersis  
 sis

sis occasibus ortibusq; hoc ornamento, & ut moni=  
 le rectissime Græca lingua significat. At enim ut in  
 choreis, cum dux carminis hymno præcinit, concin=  
 nentium vulgus uirorum & fœminarum mixtis gra=  
 uibus & acutis clamoribus unam harmoniam reso=  
 nant: sic diuina mens mundanas uarietates, ad in=  
 star unius concertionis reuelat. Nam cælum confi=  
 xit, ut uaporatis & radiantibus stellis inerranti cur=  
 su feratur, & reciprocis itineribus astra consur=  
 gant. Sol quidem contuens ortu suo diem pandit, Sol.  
 occasu noctem reducit, conditusq; uel relatus per  
 plagas mûdi, quattuor temporum uices mutat. His  
 oppositi sunt torrentium cursus, & humores unda=  
 rum, ericcationesq; sylvarum, frugalis maturitas, fœ=  
 tus animalium, educationes atq; obuius singulorû.  
 Cum igitur rex omnium & pater quem tantummo=  
 do mentis oculis nostræ cogitationes uidet, machinã  
 omnem iugiter per circuitum suis legibus termina=  
 tam, clarã sideribus & relucentem, speciesq; in=  
 numeras modo propalã sepe confectas ab uno,  
 ut supra dixi principio, agitari iubet, simile istud es=  
 se bellicis rebus, hinc liceat arbitrari. Nam cum tu=  
 ba bellicum eccinit, milites clangore incensi, alius  
 accingitur gladio, alius clypeum capit, ille lorica se  
 induit, hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit, ille

equum temperat, frenis & loris iugales ad concordiam copulat, et protinus unusquisque competens capessit officium. Milites executione adornant ordines, principes curant, equites ordinibus praesunt, caeteri negotia quae nacti sunt, agitant, cum interea unius ducis imperio cunctus exercitus pareat, quem rex praefecerit, penes quem est summa rerum. Non aliter diuinarum & humanarum rerum status regitur, quando uno moderamine contenta omnia pensum sui operis agnoscunt, curaque omnes occultas nullis oculis obuia, nisi quibus mens suae lucis aciem intendit. Nec tamen hoc uel illi ad molendum, uel nobis ad intelligendum est. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non uidetur, & tamen fateantur omnes necesse est, huius opera omnia, quae per hominem praecleara sunt, prouenire, neque animae ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea gestorum intelligi qualis & quanta sit. Omne quippe humanae uitae praesidium ingenio eius est paratum, cultus agrorum, ususque frugum, artificum solertia, prouentus artium, commoditas uitae humanae. Quid de legibus dicam? quae ui faciente inuenta sunt? Quid de ciuilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum ac ciuitatis conuentibus frequentantur asperitate bellorum.

*Anima hominis.*

& pacata mitigantur quiete? Nisi forte iniustus re-  
 rum æstimator potest esse, qui hæc eadem de deo  
 neget, quem uideat esse uiribus exuperatissimū, au-  
 gustissimum, immortalis æui genitorem. Vnde nihil  
 mirum est, si mortales oculi non capiunt aspectum  
 eius, quando diuinorum operum uis sit perspicuus  
 atq; manifestus. Huius locum querimus, qui neque  
 infimus est cum rerum contagionibus, neq; in aëre  
 turbido, uerum in mundano fastigio; quem Græci,  
 Τὸν οὐρανόν, id est cælum rectè uocant, ut qui sit alti-  
 tudinis finis, & ijdem ea ratione eum nominant,  
 quem ab omni suscitata ac perturbatione uiderit li-  
 berum. Neque enim caliginem nubium recipit, uel  
 pruinas & niues sustinet, nec pulsatur uentis, nec  
 hymbribus ceditur. Hæc enim de Olympo, qui est  
 celsitudinis summæ, poëta his uerbis cecinit:

Ζῆς δὲ λαχ' οὐρανὸν ἑστῶτα ἐξ αἰθέρος ἐπιφανοῖ. Id est

Sors Iouis aula poli enubis, super æthere fixa  
 est.

Hæc opinionem communis mos & hominum  
 obseruationes secute affirmant, superiora esse  
 se deo tradita. Nanque habitus orantium sic est,  
 ut manibus extensis in cælum precemur. Ro-  
 manus etiam poëta sic sensit. Aspice licet subli-



me tuens, quem inuocant omnes Iouem. Vnde illa  
 que uidentur, suntq; omnibus præstantia, easdẽ sub  
 luminitates regionum tenent astra cœlestia & mundi  
 lumina, ac meritò licet illis ordine perpetuo frui, nec  
 diuersis ea in spacijs temporibùs ue obseruantissi-  
 mam legem suorum aliquando itinerum metiuntur.  
 Terrena omnia mutationes & cõuersiones, postre-  
 mò interitus habent. Postremò quod est in triremi  
 gubernator, in curru rector, præcentor in choris,  
 dux in urbe, dux in exercitu, hoc est in mũdo deus,  
 nisi quòd cæteris ærumnosum, & multiplex, & cu-  
 rarum innumerabiliũ uidetur esse, hoc ipsum, ali-  
 cuius officij principẽ fieri, deo uerò nec tristis, nec  
 onerosa est imperij sui cura. Nãq; nobis circũfert et  
 regit cunctas formas natura, quas diuersis regioni-  
 bus cõmoueus, ut est lex ciuitatis semel promulgata  
 perpetuis obseruationũ rationibus fixa, ipsa quidẽ  
 immutabilis, ac eius arbitrio parẽs mentes agatũtur  
 nutuq; eius & dominatione flectuntur, & sacis eius  
 magistratus, tribunalia, principia, milites frequẽta-  
 bunt recuperatores iudicijs præsidebũt. Videasq;  
 illam ciuitatem pariter spirantem odoribus, et gra-  
 ueolentibus coenus, et resonantiẽ hymnus, et carmini-  
 bus, & cantias, eandem etiam lamentis, et plorati-  
 bus eiulantẽ, & ad hũc modũ res agi in mũdo est  
 menius.

Deus qd  
 in mũdo

memus, Lex illa, uel gens, ad æquitatis tenorem, re-  
 ducēda sit nulla indigēs correctione mutabili. Quip-  
 pe sicut mundi uniuersitas regitur, dum speculatur  
 ad omnia rector eius, atq; immutabiliter incumbit,  
 spargiturq; uis illa seminibus inclusa, per naturas o-  
 mnium, speciesq; & genera digesta, sic faciles uitii  
 lapsus, & palmarum ardua, persicorum robur, leui-  
 tas mali gignatur, sic & quæ infelicia propter infœ-  
 cunditatem uocamus, tamen utilia sunt alio pacto.  
 Platanu, ut ait poëta, umbras potantibus ministran-  
 tes. Et cum sit unus, pluribus nominibus cietur pro-  
 pter specierum multitudinem, quarum diuersitate  
 sit multiformis, & à iuuandis suis iuppiter dicitur,  
 quem Zeua Græci, quod uitæ nostræ autor sit, rectif-  
 simè appellant, fulgurator, & tonitrualis, & fulmi-  
 nator, & idem dicitur seruator, & plures eum si-  
 giferum uocant, multi urbis custodem, alij hospitalè,  
 amicabilemq; & omnium officiorum nominibus ap-  
 pellantes, & multò plura eiusmodi apud aurospices  
 & Romanos ueteres inuenies. Orpheus uerò hanc  
 effari potestatem uolens, his de couerbis canit.

Ζεύς πάντων γένετο, Ζεύς ὑστάτος ἀρχιέρανος  
 Ζεύς κεφαλῆ, Ζεύς μεσοῦ, Διὸς δ' ἐν πάντεσσιν ἔτιοντα  
 Ζεύς πύθμεν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀσφόντος  
 Ζεύς ἀρσῆν γένετο, Ζεύς ἀμβροτος ἔπλατο νόμφη  
 Ζεύς πάντων ἄντων, Ζεύς ἀνομάτου πυρός ἀρμυ  
 Ζεύς πάντων ἔξω, Ζεύς ἡλίου, ἡδὲ σελήνης.

Ζεύς

Ζεύς βασιλεύς, Ζεύς ἄρχος ἀπάντων ἀρχιέρανος  
 πάντας γὰρ κρύβας αὐτὸς φάος ἐπολυθέως  
 Ἐξ ἑρῆς κραδίης ἀννέγκαστο μέγαρα βέβωρ.

Iuppiter omnipotens est primus, & ultimus idē  
 Iuppiter est caput, et mediū, Iouis omnia munus  
 Iupiter est fundamen humi, ac stillantis Olympi.  
 Iupiter & mas est, & nescia scēn. ina mortis.  
 Spiritus est cunctis, ualidi uis Iuppiter ignis.  
 Et pelagi radix, Sol, Luna est Iuppiter ipse.  
 Omnipotens rex est, rei omnis Iuppiter ortus.  
 Nam simul occuluit, rursus extulit omnia leto  
 Corde suo è sacro, cōsultor lumine rebus.

Fatum quod Græci ἐμορμένον, tractu quodam inimicē  
 causarum se continentū, uolunt dici decretum. idē  
 pepromenon dicunt, quod omnia in hoc statu rerū  
 definita sint, nec sit in hoc mundo aliquid intermi-  
 natum. Idem fatum mœran uocant, quod ex parti-  
 bus constet, hinc emiomon, quod unicuiq; attributio  
 sua sit ascripta, ac pacti eadem rerum ineffugibilis  
 necessitas ultionis. Sed tria fata sunt, numerus cum  
 ratione temporis faciens, si potestatem earum ad ei  
 usdem similitudinem temporis referas. Nam quod  
 in fuso perfectum est, præteriti temporis habet spe-  
 ciem. Et quod torquetur in digitis momenti præsen-  
 tis indicat spacia. Et quod nondum colo tractum  
 est, subactumq; cura digitorum, id futuri & conse-  
 quentis

quentis sæculi posteriora uidetur ostendere. Hæc illis  
 conditio ex nominum eorundem proprietate con=  
 iungit, ut sit Atropos præteriti temporis fatum. La=  
 chesis à fine cognominata, quòd etiam illis quæ fu=  
 tura sunt finem suum deus dederit. Cloto præsentis  
 temporis habet curam, ut ipsis actionibus suadeat,  
 ne cura solers rebus omnibus desit. Deum uerò ire  
 per omnes terras non frustra arbitrabitur, qui audi  
 et Platonis hæc uerba. Deus nanq; inquit, sicut &  
 uera continet ratio, principia, fines, & media rerũ  
 omnium penetrat, atq; illustrando cursu uolucris su=  
 perfer tur. Eundem deum uultrix necessitas semper,  
 & ubiq; comitatur eorum, qui à sacra lege discesse=  
 rint: Vindex futura, quam ille facit nutificam,  
 qui statim à tenero & ipsis incunabu  
 lis intellexit & timuit, eiq; se  
 totum dedit atq;  
 permisit.  
 Finis.


BASILEAE EXCVDEBAT HENRI  
 CVS PETRVS MENSE MAR=  
 TIO: ANNO XXXIII.





Faint, illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.



Faint, illegible text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.









6571



